







DE

# VARIOLARVM MORBORVMQVE CONTAGIOSORVM

ORIGINE, CAVSA, ATQVE FACILI EXTINCTIONE

FERDINANDO QVARTO

VTRIVSQVE SICILIÆ, ET HIERVSALEM REGI HVMANISSIMO
HISPANIARVM INFANTI
&c. &c. &c.

PRINCIPIQVE SVO MVNIFICENTISSIMO

NVNC PRIMVM PROPOSITA SIMVL ATQVE DEMONSTRATA

A PRESBYTERO PHIL. ET MED. DOCT.

FRANCISCO MARIA SCVDERI

CATINÆ ARCHIATRO

ET IN REGIO EIVSDEM VRBIS TOTIVSQVE SICILIÆ REGNI GYMNASIO
M. P. P. P. P.

PARS SECUNDA.

*Accesserunt in calce hujusce Partis De horrendissima* HYDROPHOBIA, *deque* ATRÆBILIS *mortifera Excretione Observationes Medico-Practicæ.*

NEAPOLI
TYPIS, ET AVSPICIIS REGIIS.
MDCCLXXXIX.

*De Variolarum, Morborumque Contagiosorum Origine, Causa, atque facili Extinctione,*

## PARS SECUNDA.

### §. 317.

LAboris quidem plenissimam, sed juvante Historia, faventibusque æternis Scientiæ Medicæ a Magno Naturæ atque Morborum Scrutatore HIPPOCRATE jactis principiis, primam nostræ Propositionis, quæ unica ( §. 60. ) totum hoc nostrum Opus sibi assumit, particulam hactenus demonstrasse videmur: *Variolas* videlicet, *origine Æthiopicas*, *Tabes*, *Ophthalmias*, *Febres ardentes phreniticasque*, *Dysenterias*, *Febres Intermittentes*, & quidem *Epidemicas*, sive, quod idem est, *contagione stipatas*, in *Europam exoticas atque alienigenas irrupisse*, perspectaque earum natura, *etiamnum tales existere*. Negotii reliquum quod superest, id quidem est, ut in hac secunda Operis parte cæteros *Epidemicos* tam *acutos*, quam *diuturnos* morbos extra Europam suum habere *domicilium*; *omnesque specifica tantum causa*, *haud vero generica inter sese discriminari*, *& unicam*, singulis communem, *possidere Prophylaxim*, evincamus.

§. 318. Rei medicæ quisque Cordatus fatebitur, hanc pathologicam provinciam esse omnium implicatissimam, summisque tenebris involutam. Quandoquidem vero eam hominum mens sortita est conditionem, ut nullius rei claram distinctamque notionem sibi queat efformare, nisi singillatim pensitatis, atque perbene cunctis enodatis illius phœnomenis, quæ ad ejus veram naturam assequendam recto itinere ducunt; idcirco operæ pretium duximus & hanc nimium operosam spartam pro nostra virili parte, si non prorsus enucleandam, saltem excutiendam pertentandamque, analitica adhuc inquisitione agitare, si non alia, illa saltem

ſpe, qua in iis, quæ Reipublicæ bonum promovere valent, *contendiſſe juvat*.

§.319. In aliorum itaque *Epidemicorum* morborum origine inveſtiganda, Ducem Hippocratem neutiquam deſeremus. Magnum etenim lumen ad hoc inſtitutum nobis affulgebit ex reliquis ejus *Epidemicorum* libris; dummodo quæ ſequuntur, accurate perpendantur *Galeni* animadverſiones, utpote qui pene innumera monumentorum *Hippocratis* commentaria, a quamplurimis rei medicæ Peritis ante ipſum literis tradita, dein infauſto ſydere deperdita, præ manibus habuit, inque illis interpretandis peracrem ſuum conſumpſit ingenium. De *Epidemicorum* igitur *Hippocratis* Libris præ reliquis hæc fatur (*a*): „ *Quando ſeptem ſunt ex toto morborum* Popularium *libri*, *& ex his* ſeptimus *manifeſte ſpurius eſſe omnibus videtur*, *imo recentior ac ſubornatus*: Quintus *vero non* Magni Hippocratis Heraclidæ filii, *ſed junioris filii* Draconis: Secundus *vero ac* quartus *&* ſextus, *ab aliquibus* Hippocratis *filii*; *ab aliis vero ipſius eſſe putantur*; *non tamen ut conſcriptos libros*, *neque ut Græcis invulgandos*, *ſed* commentarios *potius eſſe*: *Quibuſdam vero*, qui mihi exactius librorum vim expendiſſe videntur, *a Theſſalo conſcriptos eſſe quinque libros videtur: verum duos eſſe* Magni Hippocratis, *& intitulari propter hoc alios ſub nomine* Hippocratis, *quia* Theſſalus *omnia*, *quæ Pater ſuus ſcripſerat* in parvis tabulis, ſtuduit acervare in idem, *ut nihil periret*. *Solos autem reliquos ex his ſeptem libris*, Hippocratis Magni *eſſe fere omnibus confeſſum eſt*, *nempe* primum, *&* tertium ". Alibi (*b*) arbitratur in hos binos adhuc legitimos *Hippocratis* libros *perpauca infarcta* irrepſiſſe. Certe in omnibus frequentiſſime occurrit interrupta ſententiarum ſeries; nimium intercisa morborum hiſtoria; nulla olympiadis, ſub qua Epidemici morbi contigerunt, facta adnotatio. *Primo libro* tres *epidemicorum* morborum graſſationes, in *Thaſo*, Inſula *Thraciæ* proxima, centum fere & octoginta milliaria Athenis re-

(*a*) Cl. III. de Diffic. Reſpir. lib. II. cap. VIII. pag. 66. A.
(*b*) Ibid. Comment. II. in lib. III. Hipp. de Morb. vulgar. p. 134.

remota, vulgatorum defcribuntur; & cuilibet ipfarum præponitur totius anni conftitutio; unde patet, Hippocratem integros tres annos in *Thafo* confumpfiffe. Eodem libro quatuordecim appinguntur peculiarium Ægrotorum hiftoriæ, inque harum IV. & IX. adjicitur: „ *In Thafo* ". *Libro fecundo* nulla præmiffa temporis conftitutione, alia *Epidemicorum Morborum* graffatio, *Cranonem* aggreffa, narratur; feu melius raptim indicatur. *Sectione fecunda ibid.* poft nimium concifas trefdecim Ægrotorum hiftorias, cujufdam *Anginofi affectus* epidemice graffati injicitur mentio. *Sectione tertia ibid.*, defcripta totius anni temporis conditione, quæ in *Perintho* graffatæ funt *epidemicæ ardentes Febres* enarrantur; dein tres Ægrotorum hiftoriæ, variis interpofitis, afferuntur; aliæ binæ *Sectione quarta ibid. Libro tertio Sectione prima & fecunda* duodecim fcribuntur fatis integræ Ægrotorum hiftoriæ, & horum quartus in *Thafo* laboravit. *Sectione tertia ibid.*, relata totius anni temporis conftitutione, *Sacrorum Ignium*, jam a nobis explanatorum, fit defcriptio; dein fexdecim recenfentur Ægrotorum hiftoriæ; quorum I. II., & III. in *Thafo*; V. in *Lariffa*; VI. VII. VIII. IX., & X. in *Abderis*; XI. in *Thafo*; XII. in *Lariffa*; XIII. in *Abderis*; XIV. in *Cyzico*; XV. in *Thafo*, XVI. denique in *Melibœa*. *Libr. quarto* perplures memorantur Ægroti, alter in *Cranone*; alius in *Perintho*; iterum in *Cranone*. *Libro quinto* Ægroti I., & II. in *Helide*; III. IV. V. VI., & VII. *in Oeniadis*; VIII., & IX. *Athenis*; X. in *Lariffa*; II. in *Pheris*; a XII. ad XXII. in *Lariffa*; dein ipforum quatuor in *Omilo*; *Sutor in Pityo .... Eniates in Delo ... Tychon in obfidione circa Datum ... Mulier in Abderis*. *Libro Sexto* a *Sectione prima* ad *fextam* plures nominantur Ægroti: *Sectione* vero *feptima ibid. Tuffium* & *Anginarum* defcribitur epidemica graffatio, nulla loci, quo contigerunt, facta mentione; poft multa vero interjecta, adjicitur: „ *In Perintho vere plurimi ægrotarunt. Simul caufa fuit Tuffis per hyemem populariter vagata* ". *Sectione Octava ibid.* pag. 821. hæc leguntur: „ *Erumpentes tumores aut livores, in lippitudinibus aut ulceribus. Sed*

*& quæ deferuntur ex tuberculis ac suppurationibus , quia signa sunt . Circa messem tormina circa umbilicum , & dolores , quandoque a porro ; sed & ab allio his postea .* Sacri Ignes *quibusdam a collo , & circa has partes , in facie judicabantur . Nigri etiam quibus a collo , mali erant : & si* pustulæ *essent , malæ erant ; & quibus alvus turbata esset* ", & aliis interpositis , scribitur : " *Satyrus in Thaso cognomento Grypalopex ... In Abderis Phæthusa Pythea uxor ... Namysiæ Gorgippi uxori in Thaso* ". *Libro* denique *septimo* pag. 839. " *In Olintho hydropicus* " ; p. 844. " *Enitates in Delo* " ; p. 861. : " *Fullo in Syro . . . Nicoxenus in Olintho* " ; p. 873.: " *Polyphantus in Abderis* " ; p. 874. 875. quatuor in *Abderis* recensentur Ægroti , dein: " *Pythonis filio in Pella* " ; demum p. 877. iterum describitur *Tychon in obsidione circa Datum* , cujus historia extat *libro* v. n. XXXIV. p. 793., ubi n. XXXII. adhuc habetur *filii Nicolai* , quæ in hoc *libro septimo* p. 867. repetitur ; sicuti & p. 845. repetitur & illa *magnæ Navis Gubernatoris* , citato *libro* v. p. 789. jam relata . Ex his igitur, aliisque , a linguæ Græcæ Peritis facile detegendis , temporum & locorum in hisce *Epidemiorum* libris perturbatis ordinibus, aperte liquet, quæ sub horum morborum per plures annos pluresque Græciæ Civitates grassatione , de ipsis vel integre & accurate , vel memoriæ recolendæ studio scripsit Hippocrates, a *Thessalo* filio, uti Auctor est *Galenus*, vel ab aliis quibusdam , nullo servato temporis , nec locorum ordine, in unum fuisse conflata; susque deque confusa , & non pauca detruncata . Qui enim , ut unum exempli loco innuamus, Hippocrates fulguris instar ab una in alteram regionem sub uno eodemque tempore transvolare potuerit , ut *Thaso* prope *Thraciam* ; *Larissa Thessaliæ* urbe ; *Abderis Thraciæ* ; *Melibæa Thessaliæ* munimento ; *Olyntho Macedoniæ* Civitate ; *Athenis* ; *Cranone* ; *Corintho* ; *Helide* ad *Peloponnesi* occidentem &c. operam suam ægrotis tribueret? His vero prælibatis , quæ ad veritatem inveniendam aliquam sternunt viam , nostrum prout incœptum fuit, sequamur institutum, reliquorum *Epidemicorum* Morborum in allegatis libris ab *Hip-*

*Hippocrate* descriptorum, originem simul atque naturam investigaturi.

## ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ

Τὸ πρῶτον.

## ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

Κατάστασις πρώτη. ἐν Θάσῳ φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πληϊάδα ὕδατα πολλὰ, ξυνεχέα, μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι. χειμὼν νότιος· σμικρὰ πνεύματα βόρεια. αὐχμοί. τὸ σύνολον ἐς γε χειμῶνα ὁκοῖον ἦρ γίνεται. ἦρ δὲ νότιον, ψυχινόν· μικρὰ ὕσματα. θέρος ὡς τὸ πολὺ ἐπινέφελον, ἀνυδρίαι, ἐτησίαι ὀλίγα σμικρὰ διεσπασμένως ἔπνευσαν. γενομηνῆς δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια καὶ μετὰ αὐχμῶν. Πρωὶ μεν τοῦ ἦρος, ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης καὶ βορείου γενομένης, ὀλίγοισιν ἐγενόντο καῦσοι, καὶ τουτέοισι πάντη εὐσταθεῖς. καὶ ὀλίγοισιν ἡμοῤῥάγεεν. οὐ δ' ἀπέθνησκον ἐκ τουτέων. ἐπάρματα δὲ κατὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτερόῤῥοπα, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων, τοῖσι πλείστοισιν ἀπύροισιν ὀρθοστάδην. ἔστι δε οἷσι καὶ μικρὰ ἐπεθερμαίνοντο. κατέσβη πᾶσιν ἀσινέως, οὐδ' ἐξεπύησεν οὐδενὶ, ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφάσιων. ἦν δὲ ὁ τρόπος αὐτέων, χαῦνα, μεγάλα, κεχυμένα, οὐ μετὰ φλεγμονῆς, ἀνώδυνα, πᾶσιν ἀσήμως ἠφανίσθη. ἐγένετο δὲ ταῦτα μειρακίοισι, νέοισιν, ἀκμάζουσι· καὶ τούτων τοῖσι περὶ παλαίστρην καὶ γυμνάσια πλείστοισι· γυναιξὶ δὲ ὀλίγησιν ἐγένετο. πλείστοισι δὲ βῆχες ξηραὶ, καὶ φωναὶ βραγχώδεες οὐ μετὰ πουλύ· τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον. φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης ἐς ὄρχιν ἑτερόῤῥοποι, τοῖσι δὲ ἐπ' ἀμφοτέρους. πυρετοὶ, τοῖσι μὲν, τοῖσι δ' οὔ. ἐπιπόνως ταῦτα τοῖσι πλείστοισι. τὰ δ' ἄλλα, ὁκόσα κατ' ἰητρεῖον, ἀνόσως διῆγον.

*Liber Primus.*

SECTIO PRIMA.

*Tuberosus Parotidum morbus, quem nostri* mali di Cunigghiu *&* Oricchiaina *vulgo dicunt, Sacrorum Ignium consectarius fuisse videtur.*

§. 320.

,, *Constitutio temporis prima. In Thaso autumni tempore, circa æquinoctium & sub pleiadas, aquæ multæ assiduæ, molles, velut in austrinis: Hyems austrina: parvi venti aquilonares, squalores; & omnino hyems, quale ver fieri solet. Ver autem austrinum, frigidum, pluviæ parvæ. Æstas plerumque nubila, aquarum inopia. Etesiæ parum, modice, sparsim spirarunt. Quum autem totus hic aeris status ad austrina vergeret, ac cum siccitatibus fieret; ante ver quidem ex priore statu, subcontrario & aquilonio emergente,* paucis *obortæ sunt* Febres ardentes: *atque his omnino boni status: & paucis* sanguis *erupit, neque ex his moriebantur. Tubercula vero circa aurem alteram* multis *erant*, plurimis *ex utrisque*, citra febrem *erecte obambulantibus: quibusdam vero etiam* parum incalescebant. *Exincta sunt omnibus* absque nocumento, neque cuiquam suppurarunt, *quemadmodum ea quæ* ex aliis causis *sunt oborta. Erat autem natura ipsorum hæc*: laxa *erant*, magna, diffusa, non cum inflammatione, doloris exortia: *omnibus* obscure *evanuerunt. Fiebant autem hæc* adolescentibus, juvenibus, in vigore constitutis, & ex his plurimis, qui circa palæstram & gymnasia exercebantur. Mulieribus vero paucis *fiebant*. Plurimis *vero* Tusses siccæ, *qui tussiebant, & nihil rejectabant, & voces non longe postea* raucosæ. Quibusdam *vero etiam interposito tempore* inflammationes cum dolore in altero testiculo, quibusdam in utroque. *Et* aliis *quidem* febres, aliis non. Hæc autem plurimis laboriose *fiebant. De cætero vero, quantum* ad

*ad ea attinet, 'quæ in officina medica ad* chirurgiam *pertinentia fiunt, sine morbo degebant* ". *Hippocrates lib. I. Popul. Sect. I. pag. 654. ex vers. Vander-Lind. vol. I. edit. a Gaasbeeck.* 1665.

§. 321. *Constitutio temporis prima* ]. Qui sub hac temporis constitutione vulgati numerantur morbi, alii ac prorsus diversi principis *Epidemici morbi*, fuerunt consectarii. Vel igitur *Hippocrates Thasum* venit post primarii morbi *Epidemici* illuc grassati deflagrationem; vel hæc constitutio, suo loco exturbata ( §. 319. ), Constitutioni, sub qua genericus *Epidemicus* morbus grassatus fuit, ex errore præposita est. Morbos, qui Thasios oppresserunt, haud fuisse *Endemicos* sive indigenas, sed *Epidemicos* sive exoticos & alienigenas, auctor est ipse *Galenus*. In hujus libri enim Præfatione (*a*) scribit: " *Non hoc quidem libro* Hippocrates Cous *agere instituit de propriis cujusque regionis Morbis, sicut sane alias nonnunquam; quod fere sermo ipsius omnis sit de Morbis, qui* Epidemi, *idest* passim grassantes *nominantur: qui ab* Endemis, *idest* regionalibus *sic* differunt, *quod hi quidem per aliquod tempus aliquam regionem* pervadant: *hi vero incolas, ac si cognati essent, nullo non tempore comitentur. Igitur in* libro de aquis, aere, & locis, *regionales ægritudines docet, quæ per singulas habitationes fiant*: *hoc autem* libro Epidemiorum, *ægritudines, quæ per aliquod tempus* passim vel Civitates, vel Nationes totas *adoriantur*. " Galeni verba, *pervadant*, *adoriantur*, satis clare demonstrant, eidem notum fuisse, *Epidemicorum* efficientem Causam haud in Civitatibus, regionibusque, quas pervadunt atque adoriuntur, natam fuisse, sed ab alio loco transvectam.

§. 322. *In Thaso.* ] Ex *Thucydide* §. 66. habemus: " *Quum nondum multos dies in agro Attico mansissent* (Peloponnesii), Morbus *Athenienses* primum *aggredi cœpit: quanquam* & ante cum in multas regiones invasisse *ferebatur*, *tum etiam in* Lemnum & alia loca... *nec Medici*, propter morbi ignorantiam *initio ægrotis mederi poterant*". Dum hæc *Athenis* ageban-

(*a*) Cl. III. Comment. I. in I. Hippocr. de Morb. Vulgar. Libr. p. 100. G.

bantur, Hippocrates annum suæ ætatis tricesimum circiter numerabat (§.67.). Insula *Thasus* a *Lemno* parum distat (§.78.). Rationi itaque consentaneum erit conjectari, Hippocratem *Coo* natum, Artis medicæ promovendæ studiosissimum virum, vulgata *novi* prorsus *Morbi*, in Insulis *Hellespont*i grassantis, fama, *Thasum* ad illum cognoscendum accurrisse; exhausta vero illius sæviendi ferocia, Morbos, qui eum uti consectarii consequuti sunt, posteritati tradidisse.

§. 323. *Autumni tempore, circa æquinoctium &c.* ] Hæc temporis constitutio cum illa *Sectionis tertiæ libri tertii* (§.180.) comparata, ne latum unguem ab ea distare comperietur. In hac attamen absfuerunt illi *Sacri Ignes multi* in ea *epidemice* & lethaliter grassati, quod fortasse superiori vel binis ante annis (§.319., & 322.) eorum *Miasmata* semel tantum eumdem invadentia (§. 155.), grassationem suam in *Thasios* jam expleverant: unde reliquis miasmatibus, funestæ ipsorum soboli, alios morbos provocantibus, locum dedere.

§. 324. *Ante ver ex priore statu, subcontrario & aquilonio emergente, paucis obortæ sunt Febres Ardentes, atque his omnino boni status &c.* ] Sub hoc aquilonari Aeris statu solivaga Febrium Ardentium *Miasmata* minime nacta sunt sibi faventes conditiones illas, quæ Febrium ardentium semina adhuc vigente *Sacrorum Ignium* grassatione (§.252.) comitatæ sunt; unde sævitiam suam, adversante Aquilone, exserere nequaquam potuere; *bonique* quum fuissent *status*, *nulli ex his moriebantur*. Conf. §. 258. Quibus hæc expositio non satisfacit, admittat necesse est, has Febres Ardentes vel fuisse *Pancoinas*, ex magna nimirum temporis mutatione ortas, vel *Sporadicas*, præsertim quod *Hippocrates eas paucis* obortas esse scripserit.

*Apud nos rarissima quædam Pestis species, Maxillarum extuberatione se exserens, ab Hippocrate descripta.*

§.325. *Tubercula vero, circa aurem alteram multis erant; plurimis ex utrisque, citra febrem, erecte obambulantibus ...*
*absque*

*absque nocumento ... laxa, magna, diffusa, non cum inflammatione, doloris exortia: omnibus obscure evanuerunt.* ] An verbum græcum *Eparmata græci textus* latine *Tubercula* sonet, an potius *Elationes*, *Extuberationes*, *Inflationes*, judicent græcæ linguæ Periti; &, qui uberi Bibliotheca ditati sunt, decernant num hic *Hippocrates* Morbum illum descripsit, quem nostri vocant *Mali di Cunigghiu* & *Oricchiaina*, quum qui præ manibus habemus rei medicæ Scriptores circa id nil nobis adnotandum præbent. Certe adhuc impuberes, id mali *epidemice* apud nos vulgatum esse memoramur, & pueros, adolescentes, juvenes, viros magis quam fœminas aggressum fuisse. „ *Eparmata, sunt tumores glandularum Parotidum pone aures: Ab* epæreo, *attollo, eo quod aures hoc vitio eriguntur. Galenus tamen hoc sub nomine quævis Exanthemata elevata denotat* (a).

§. 326. *Plurimis vero Tusses siccæ, qui tussiebant, & nihil rejectabant, & voces non longe postea raucosæ* ]. Qui has Tusses *Epidemicas* fuisse contenderit, primarium *Epidemicum* Morbum, qui has excitaverit, admittat necesse est, uti §.276.

§. 327. *Quibusdam vero etiam interposito tempore inflammationes cum dolore in altero testiculo, quibusdam in utroque: Et aliis quidem Febres, aliis non. Hæc autem plurimis laboriose fiebant.* Ipse magnus Senex in *lib. II. Popular. sect. I. p.* 687. maximum, qui inter pectus & pudenda intercedit, consensum hisce verbis nos docuit: „ *Neque Tusses diuturnæ, quoniam ubi Testis intumuit, cessant: & Testis tumor a Tussi cessat & allevatur: quæ res commonefacit nos communionis pectorum, mammarum, genituræ, vocis*". Testis vero inflammationem Febrem in quibusdam advocasse, & quidem laboriosam, experientiæ est consentaneum.

*Additio Septima.*

1. " *Siccas Tusses, testiculorumque tumores, ex observationum penuria haud probe hactenus a nobis assequutos fuisse*,



(a) Stephanus Blancardus Lexicon Medic. edit. Lipsiæ 1777.

*se*, *& inconsulto §. 326. & 327. a tuberoso Aurium* Epidemico *Morbo*, §. 325. *adnotato*, *sejunxisse*, *unus inter omnes praeclarissimos viros*, *in superioribus* Additionibus *commendatos*, *Ill. Morborum descriptor* Burserius *clare nos docet*. *Hujus equidem laboriosissimi viri solertiam perquam rara*, *& apud Europam apprime nova ab* Hippocrate *descriptae Pestis species haud aufugit*; *quamquam ejus antiquitas minime eidem perspecta fuerit*. *Aptiorem huic pestilenti affectui commentarium haud aptare quimus prae illo*, *quem constituit ejusdem a praelaudato Auctore elaborata historia*, *quam*, *sepositis ad Institutum non pertinentibus*, *hic attexere est operae pretium*: „ De Tumore, *inquit* (*a*), Glandularum Parotidum, & Maxillarum, vulgo *Orecchioni* : Synonyma: *Orecchioni* Etruscis; *Gotoni* Bononiensibus & Flaminiae populis; *Gotazze* Genuensibus; *Oreillons*, & *Ourles* Gallis; *Parotis spuria* Lieutaudii . . . *Parotis benigna & simplex* fortasse Sauvagesii . . . *Parotides seroso glutine tumentes*, Thom. Laghii . . . *Narbonensium Morbus familiarissimus*, cujus levior gradus *Gales*, gravior *Coarnudos* vocatur, Lieutaud. l. c.: Parotidum tumores recte dividuntur in tria genera. *Primum* genus est eorum, qui Febribus acutis, & praesertim malignis aut pestilentibus superveniunt . . . *Alterum* eos comprehendit, qui Morbos chronicos, scrophulas, luem veneream, scorbutum, scirrhosam, cancrosamque diathesim subsequuntur . . . *Tertium* vero genus est, quando Parotides, & Maxillares Glandulae repente intumescunt, & dolent, nec diu, nec gravibus, aut saltem non periculosis symptomatibus, si recte curentur, stipantur, brevique, & perfecte resolvuntur. *Pueros* atque *adolescentes* duntaxat hoc genere corripi solitos nonnulli tradunt. At quamquam illos huic malo magis obnoxios fateamur, experientia tamen compertum est, nullam quandoque aetatem, sexumque nullum immunem ab eo esse, in primis quum *Epidemicum* est: nam interdum *Epidemici*, aut stationarii more vagatur. Quinimo velut Endemicum quibusdam in regionibus esse dicitur. ( *not. Journal. de Medec.*

(*a*) Vol. VI. Instit. Med. Pract. Cap. XV. §. CCCLVI. seqq. p.144. seqq.

*dec. T. VII. p.* 379., ubi *Rochardus* Endemicum hujuſmodi Morbum in *Belle-Islle-en Mer* eſſe affirmat, atque egregie deſcribit ). Tumores hujuſmodi, quia vix unquam ſuppurationem ſubeunt, ſed facili reſolutione evaneſcunt, *lymphatici*, & *ſeroſi* a pleriſque reputantur; quamquam interdum *inflammatoriam indolem* indubiis notis exhibeant. *Peculiari nomine carent apud Medicos*, a quibus ſæpe eorum deſcriptio, & curatio prætermittitur. Idcirco nonnulli eos redigunt ad *Anginas notas*, *aquoſas*, aut ad *bronchocelem* ( *not. Lieutaud.* l.c. *Targioni Tozzetti* Prim. Raccolt. d'oſſerv. med. p. 176. *Vogel.* De coguoſc. & curand. &c. §.192.). In *Etruria*, & reliqua *Italia* vulgo vocantur *Orecchioni*, *Gottoni*, & *Gotazze*. De his igitur nunc referam quidquid aut aliorum obſervationes, aut meæ me docuerunt. Plerumque hic Morbus hyeme, ſæpius vere ſe exſerit, *quin ulla alia corporis Labes præceſſerit*. *Pueris*, & *juvenibus* magis, quam adultis infenſus eſt; interdum *nec ſenibus parcit* . . . Parotides igitur intumeſcunt primum leviter, mox graviter, & duræ fiunt, dolore quodam tenſivo moleſtæ. Colorem cutis vix mutant, imo interdum leve integumentorum *œdema* exhibent; quo factum eſt, ut Cl. *Louiſius* opinaretur, cellularem telam magis, quam glandulæ corpus affici. Quandoque tamen nihil œdematoſi integumenta præſeferunt, ſed tumor durus, & tenſus acriter dolet, & rubore quodam quaſi eryſipelatode ſuffunditur. Præter parotides ſimili tumore una attolluntur *glandulæ maxillares*, & in nonnullis etiam illæ, quæ *in collo* ſitæ ſunt; in aliis *tonſillæ* ipſæ occupantur, itaut non modo manducatio, ſed etiam deglutitio ipſa reddatur difficilis. Tumor autem *magnitudine varius* eſt; modo planior, modo eminentior, & quandoque tantus, ut totam faciem, effigiemque deformet. Ubi *mitior* Morbus eſt, *Febrem nec movet*, nec ægros lecto addicit. Tunc plerumque *ſolius naturæ* ope intra paucos dies paullatim decreſcit, & finitur . . . Raro ultra ſeptem dies protrahitur. Si vero gravius affligit, vel *cum Febre* incipit, vel *Febris ad eum accedit*, *nunc parva*, *mitis*, *& brevis*, nunc magna, & vehemens, quæ interdum ad aliquot dies perſiſtit, plerum-

 que

que continua remittens, & vespere suas accessiones renovans. Id præcipue incidit, quando *Malum epidemice grassatur*. Interdum *vis epidemica tam late diffunditur, ut ne convalescentes quidem ex aliis morbis prætereat*. In Constitutione *Epidemica anni* 1753., quam *Bononiæ* vidit, atque accuratissime descripsit *Thomas Laghius*, Febris in graviori malo non destitit, nisi post nonam, aut undecimam, aut decimam quartam diem . . . Detumescentibus parotidibus, præsertim maturius, nempe primis jam diebus, sæpe evenit, ut humor, qui parotides, aliasque proximas glandulas tenebat, mira sane metastasi, etiam sponte, ad *scrotum* feratur. Quo casu non modo scrotum tumet, dolet, ac rubet; verum etiam alteruter *testis*, *quandoque uterque*, phlegmone vera corripitur, *Febre tunc intensiore, vehementioreque* reddita. Metastasim ejusmodi a parotidibus ad testiculos, in *Epidemicis* ( *I.Epidem.stat.*3. ) clare exposuit jam *Hippocrates*, eamdemque vere *anni* 1750. observavit *Joannes Targionius Tozzettius*, & post hunc *anno* 1753. *Cl. Laghius*: Nec me *circa illud idem tempus Faventiæ* medicinam facientem, ubi *Epidemicus erat Morbus*, rarum hoc Metastaseös genus præterfugit. Hoc ipsum phœnomenon viderunt alii, in quibus non prætereundus est *Rochardus*, homo *Gallus*, & nuperrime, *anno* videlicet 1782. *Genuæ*, ubi Morbus iste *epidemice* increbuerat, Cl. *Joseph Pratolongus*, vir tum doctrinæ laude, tum medendi usu præstantissimus; quemadmodum ex ejus Epistola sub finem mensis Maii anni ejusdem ad me data intellexi . . . *Laghii* vero observatio est, pueros impuberes, & senes huic metastasi non fuisse obnoxios; mulieres vero, quamquam hæ rarius in parotidum tumorem inciderent, eo itidem detumescente doloribus lumborum, & pubis correptas esse, ac si iis menstrua imminerent; quæ utique aut intempestive erumpebant, aut eorum loco pruritus & caloris sensus pudendum præter consuetudinem invadebat. ( *not.* In Ephemeridibus Medicis, quas novissime, hoc ipso nimirum *anno* 1785., italico sermone scriptas edidit Cl. *Botonius*, bis, vel ter ejusmodi malum memoratur, in quo metastasis ad *testiculos* in viris contingebat, in fœminis

minis vero ad *inguina* ). Notatu item dignum eſt , complures tam viros, quam fœminas, progrediente morbo, imo etiam jam inclinante , aut inclinato , non raro *crebris vomitibus* vexari , & aliquot dies male ex his habere ; quod potiſſimum a *Laghio* obſervatum legimus, & a nobis etiam nuper confirmatum eſt. Quibus vomitus hujuſmodi ſupervenit, etſi *lingua pulchra ſit* , *neque os amareſcat* , *neque appetitus deficiat*, *nihilque humoris depravati*, *aut alieni*, ſed ſolus potus, aut cibus ventriculo reſtitans ejiciatur , omnes tamen ab *anxietate* , *& inquiete*, quam poſt potum aut cibum patiuntur, plerumque liberantur, & conquieſcunt: quæ res ſuſpicionem injicit, ad ſpaſticos potius ventriculi motus, *quam ad cacochyliam* vomitionem iſtam referendam eſſe . . . Vomitum autem iis ſuperveniſſe , quibus nulla ad teſticulos *metaſtaſis* contigit, narrat *Laghius*, atque ideo conjicit , a metaſtaſi eum pendere . Quod etſi ita aliquando eſſe non inficier ; adduci tamen non poſſum ad credendum , ſemper metaſtaſim ad ventriculum cauſſam ejus eſſe; quod interdum eum acceſſiſſe viderim , tumore parotidum non modo extante, ſed etiam augmentum ſumente. Alios, decedente parotidum tumore , *dolor Capitis* invadit, hemicraniæ periodicæ non abſimilis; iſque certo evaneſcit, ſuccedente *ſcroti*, aut *teſtium* tumore ( *ex Laghio* ) . Quibus vero neutrum horum accidit, ſæpe converſo ad pectus pravo humore *Tuſſis* oboritur. Quamcumque demum partem Morbi vis petat , *Febris illico increſcit ſiti*, *vigiliis*, *anxietate* , *& corporis aſſidua jactatione* comitata ( *ex eodem* ). Præter haſce metaſtaſium ſpecies prope ſingularis eſt ea , quam laudatus *Pratolongus* notavit ( *Epiſt. cit.* ). Is enim tumoribus parotidum in aliquibus ſuperveniſſe ſcribit *Anaſarcam* omnino *ſimilem* illi, quæ nonnunquam ſupervenit *Purpuræ Scarlatinæ*, ſumma cum ſpirandi difficultate, & *acuta Febri*. Hinc ipſe ſuſpicatur , parotidum iſtum tumorem *Febribus Eruptivis* , ſive *Morbis Exanthematicis Febrilibus adnumerari poſſe*. Hæc enimvero ſuſpicio magnam probabilitatis ſpeciem habere videtur, ſi animum advertamus *ad Morbos antecedentes* , *aut una decurrentes*, *qui plerumque Exanthematici*, *ſive Eruptivi ſunt*

*ſunt*. ( *not*. Anno 1753. *Bononiæ epidemicam* parotidum conſtitutionem anteceſſerunt *Peticularis morbus*, *& Variolæ*, quibus interdum tumor parotidum ſeſe *adjungebat*. Peticulis & Variolis *deſinentibus*, tumores Parotidum *ſoli cœperunt populariter vagari*. In ea Conſtitutione, quam *anno* 1782. non modo in quibuſdam pagis, verum etiam hic *Mediolani* habuimus, *Morbilli* primum ſporadici, deinde *epidemici* inſurrexere. Eodem tempore hi Parotidum tumores *Genuæ*, ut jam dictum eſt, & *Taurini* invaluerant. Neſcio tamen, an ibidem Morbi *Eruptivi* concurrerint ) : Si animum ( *pergit idem Auctor* ) advertamus item *ad nauſeas*, *ad vomitus*, *ad ſuſpiria*, *ad anxietatem*, *ad languorem virium*, *ad faciles lipothymias*, *ad vigilias*, *ad jactationes*, aliaque id genus ſymptomata, quæ huic Morbo, *quando vehementior*, *graviorque* eſt, adjunguntur, & *Eruptivorum Morborum communia ſunt*. Suſpicioni robur & pondus addit quorumdam opinio, vulgique communis perſuaſio, *contagione malum proſerpere*, *& communicari*. In quam ſententiam pronus quodammodo fuit *Laghius* ipſe, vir certe perſpicaciſſimus, & ſimul cautiſſimus, qui, dum cauſſas ejus indagat, non longe abeſt, ut credat, *Epidemicam* illam conſtitutionem, cujus abſolutiſſimam hiſtoriam conſcripſit; ex *Africa*, *ubi peſtilens Morbus graſſatus erat*, ventorum flatu ad nos perlatam fuiſſe ( *Conf. noſtr. Opus* §.45. ). Ut ut res ſe habeat, *optandum quam maxime eſt*, ut excellentium Medicorum ſtudia, occaſione data, *in veram hujuſce Morbi Naturam incumbant*, obſervationibuſque iteratis decernant, utrum ad *Eruptivos*, ut vocant, & *Contagioſos* ipſe pertineat, necne. In *Epidemica* horum tumorum conſtitutione, quam dixi anno ſuperiore 1782. nobis cum *Genuenſibus*, & *Taurinenſibus* fuiſſe communem, metaſtaſis ad teſticulos, quemadmodum alibi, conſpecta non eſt; ſed ejus loco frequentiſſime *vomitus moleſtus cum ſenſu ponderis ad epigaſtrium pleroſque*, tumoribus jam & Febre diſcuſſis, exercuit . . . Parotides & maxillares glandulæ enormiter tumebant, tendebantur, notabili duritie manui renitentes ( *& quidem menſe Martio poſt magnam nivium copiam friguſque repentinum*, *ut Auctor* paulo

*paulo supra* ): Non admodum tamen, nec vehementer dolebant. Color cutis vix mutabatur; & si quis rubor extrinsecus apparebat, is levissimus profecto erat. Sed Febris continua, inæqualis, plerumque vehemens cum iis complicabatur, exceptis paucis quibusdam, qui levius affecti sunt. Gravius afflictis non deerant *virium languor & dejectio*, *nausea*, *vomituritio*, *crebra suspiria*, *& facilis in lipothymiam lapsus*, *in primis situ erecto*... Sua stadia Morbus perfecit, ut plurimum, *octo*, *vel novem diebus*; solvique consuevit aut *alvi fluxu*, *aut sudoribus*, *aut urinarum copia*, *aut narium hæmorrhagia*. Pueris, & adolescentibus in quarta, aut septima sponte sanguis e naribus prorumpens plerumque veram *crisim*, qua illico sanabantur, apud *Bononienses* præstitisse ( *Laghius* ) visus est. Neminem ex hoc Morbo, licet gravi, unquam periisse constat ( *ex Laghio* ). Nolim tamen, quis plus æquo sibi confidat, & temere aspernetur ejus benignitatem; quum fieri aliquando possit lethalis ad pulmones, aut cerebrum metastasis. ( *not.* Tempore eodem, quo *Mediolani* Morbus iste increbuit, *Magente* etiam *epidemicus* extitit. Rem non inutilem me facturum puto, si descriptionem, qualem ad me misit rogatus illius loci Medicus *Franciscus Beretta* die sexta mensis *Junii anni* 1783. hic e vernaculo in latinum sermonem versam addidero: „ Morbum ( *citatæ descriptionis hæc verba sunt* ) vulgus noster appellat *la Sgualtera*; de quo *ut plurimum vix*, *ac ne vix quidem consulitur Medicus*... *Symptomata*, *quæ præcedere*, *& comitari vidi tumorem istum Parotidum*, *fuere prope semper* dolores articulorum, atque insignis omnium membrorum lassitudo. Nullum unquam Symptoma mihi occurrit, quod Febrium Exanthematicarum esset proprium ( *An vero*, *articulorum dolores*, *omniumque membrorum insignis lassitudo*, *Exanthematön eruptionem sæpissime non præcedunt?* ). Excipio tamen Puerum duodecim annos natum, qui, antequam Parotides ei tumerent, tres ferme dies vexatus fuit crebro vomitu bilioso, anxietate, inquietudine, & simul Febre non exigua, *quæ post etiam Parotidum apparitionem aliquot dies ægrum tenuit*. *Hæc vero modo tumores ejusmodi* antecedebat, modo

modo subsequebatur, modo cum eisdem omnino ingruebat, & conjungebatur. *Perpetuo tamen inchoabat* cum alterno frigoris, calorisque sensu ( *& hoc Exanthematicarum Pestilitatum pathema fere individuum est* ). Interdum intumuerunt Parotides, quin ullus unquam motus febrilis accederet. *Tumores tunc diutius, & pertinacius perstitere semper*, ad mensem unum, vel sesquimensem, ultraque nonnunquam producti. *Quando Febris corripuit, hæc nunquam minus triduo, nunquam plus octiduo perduravit: nec semper tumores ex toto evanescebant, sed aliquandiu trahebantur adhuc, ea penitus discussa. Qui tumore simul, & Febre correpti fuerunt, ut plurimum questi etiam sunt* Faucium dolorem, difficilem deglutitionem, & arthriticos cruciatus in universo corpore . . . *Nunquam suppuratione, aut alio modo eos* ( tumores ) *finiri vidi, neque ulla metastasi &c.* ". *Hæc Beretta* )

2. " *En ex disertissimo* Burserio *apud Europam hucusque fere incogniti, aut saltem haud bene perspecti Pestilentis Morbi enucleata Historia; ex quo adhuc bina, & quidem brevissima, supersunt adnotanda, nostrum Institutum fulcientia: Et primo* (a) *ab eodem scriptam observationem, qua perspicuum sibi fuit, sexagenarium quemdam hac lue fuisse correptum, duodecim post diebus, ex quo adolescenti eadem laboranti* assidue adstiterat. *Secundo, hunc summi judicii Scriptorem, nullam hujus* Epidemici *Mali efficientem caussam definivisse, hisce verbis ejus historiam concludere ratum* (b) : „ Tumorem glandularum lymphaticarum eum esse, nemo in dubium revocare audebit; utrum vero sola crassior, densiorque lympha, aut ejus motus retardatus, *an quidpiam alienum cum ea complicatum* in caussa sit; numque frigus susceptum, atque Aeris humiditas sive vasa lymphatica, & glandulas ipsas minus tectas corrugando, sive expirationem supprimendo, pro caussa *occasionali* tantummodo, aut pro *efficienti* haberi debeat, liberum esto cuique pro suo arbitratu judicare. *Res enim adhuc obscura, nec satis comperta*

(a) Ibid. §. CCCLXIII. p. 156.
(b) Ibid. §. CCCLXV. p. 158. 159.

*perta, multo plures postulat observationes, quam eæ sunt, quas Scriptores nobis in hanc usque diem reliquerunt* ".

3. " *Ubi itaque Nonnullorum Medicorum adscitus, vel potius innatus contentionis Furor, qui* e tenebris in lucem revocatam Sanguinis Circulationem; invictam adversus venereos, aliosque Morbos Mercurii vim; divinam Corticis Peruviani contra Epidemicas Intermittentes Febres ac periodicos affectus virtutem; præsentissimam ad contagiosam Dysenteriam Ipecacuhanæ efficaciam; tutissimum ex Sanguinis Missione, atque ab Opio multis in Morbis præsidium; *cæterasque hujusmodi Medicas Veritates olim e Scholis deturbare, perfracteque subvertere non erubuit; & etiamnum, quæ ipse non proposuit, vera, vel pessumdare satagit, vel saltem obgannit, in superius enarrati* Pestilentis Morbi *historiam procaciter non irruerit, procul dubio concludi posse videtur, I. Tuberosum Parotidum atque Maxillarum* Epidemicum Morbum, *Variolarum ac Morbillorum esse Consectarium; II. Eumdem ab Hippocrate post horum Morborum grassationem descriptum fuisse; III. Extinctis post* Hippocratem *Variolis, vetustis Medicis tam Græcis quam Latinis haud extitisse perspectum; IV. denique, Longe lateque Variolosa Peste per Europam diffusa, iterum insurrexisse nunc sub benigno, modo sub maligno more, pro varia* Epidemicos *Morbos moderante* (§. 180.) *temporis, in quam incidit, Constitutione*.

4. " *Recentiorum alter, quantum scimus, qui breviter de hac Pestis specie pertractavit, Celeberrimus est* Cullenius, *cujus verba sunt hæc* (*a*): „ Cynanche (*parotidæa*) cum tumore externo parotidum & maxillarum glandularum magno; respiratione & deglutitione parum læsis; Febre *synocha* plerumque leni. Cynanche parotidæa S. sp. 14. Gallis *Oreillons* & *Ourles*, *Tissot* Avis au peuple no. 116. *Encyclopedie*, au mot *Oreillons*. Angina externa, *Anglis*, the *Mumps*, *Russel.* Œconom. natur. p. 114.; *Scotis*, the *Branks* = Catarrhus Bellinsulanus S. sp. 4 = Osservazioni di *Girolam. Gaspari*, Venez. 1731. = Osservazioni di Targ. Tozzetti,



(*a*) Synopf. Nofolog. Method. Ord. II. Gen. X. V. p. 54.

Raccolta I. p. 176. " . *Alibi vero* (*a*) *hæc ſcripſit*: „ De Cynanche parotidæa. Hic Morbus per omnes Europæ regiones vulgo notus eſt, *ſed parum diligenter a Medicis deſcriptus. Sæpe per populum graſſatur; & manifeſto contagioſus eſt*. Incipit a ſolitis *Pyrexiæ* ſymptomatibus, quam brevi poſt inſignis externarum Faucium & Cervicis tumor ſequitur. Hic primo tanquam tumor glandularis mobilis ad angulum maxillæ inferioris apparet; ſed cito per magnam colli partem diffunditur, quandoque uno tantum in latere, frequentius in utroque æqualiter. Ad quartum uſque diem tumor increſcit; qua periodo exacta minuitur, ac paucis diebus poſt ex toto evaneſcit. Recedente faucium tumore, in Maribus *teſticuli*, in Fæminis *mammæ*, intumeſcunt aliquantum; atque novi hi tumores nonnunquam lati, duri, ac dolorifici ſunt, raro tamen valde moleſti aut diu inhærentes. *Pyrexia* hunc Morbum comitans plerumque levis eſt, atque una cum Faucium tumore recedit: interdum tamen, ſi teſticulorum tumor Faucium tumorem non excipiat, aut alteruter *ſubito repreſſus fuerit*, *intenditur Febris*, accedente etiam *delirio*, atque ſic *quandoque ad interitum* fatalis eſt ".

5. „ *Scriptorum igitur nemini hactenus notum fuit*, *hunc* Epidemicum Morbum Hippocratis *diebus populariter fuiſſe graſſatum*, *atque a Magno Sene graphice deſcriptum*; *unde ejuſdem* exotica origo *hucuſque ignota manſit*; *nec apertum eſſe potuit*, *quod extincto primario* Epidemico morbo, *cujus eſt ingrata*, *& quandoque lethalis ſoboles*, *& ipſe extinguatur neceſſe ſit*.

Πρωΐ δὲ τῦ θέρεος ἀρξαμένυ, καὶ διὰ θέρεος, καὶ κατὰ χειμῶνα, πολλοὶ τῶν ἤδη πυλὺν χρόνον ὑποφθινομένων, φθινώδεες καλεκλίθησαν. ἐπεὶ καὶ τοῖσιν ἐνδοιαςῶς ἔχυσι πολλοῖσιν ἐξεβιβάσε τότε. ἐςι δ᾽ οἷσιν ἤρξατο πρῶτον, τυτέοισιν ἔρρεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖςοι τυτέων. καὶ τῶν κατακλιθέντων ὐκ οἶδ᾽ εἴ τις καὶ μέτριον χρόνον διεγένετο. ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως ἢ ὡς εἴθιςαι διάγειν τὰ τοιαῦτα. ὡς τά γε ἀλ-

(*a*) Prim. Lin. Medicin. Prax. Part. I. Lib. II. Cap. V. Sect. V. §. CCCXXIV. p. 149.

ἄλλα. καὶ μακρότερα ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐόντα, εὐφόρως ἤνεγκαν, καὶ οὐκ ἀπέθνησκον. περὶ ὧν γεγράψεται. μοῦνον γὰρ καὶ μέγιστον τῶν τότε γενομένων νουσημάτων τοὺς πολλοὺς τὸ φθινῶδες ἔκτεινεν. ἦν δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων τὰ παθήματα τοιάδε. Φρικώδεες πυρετοὶ, ξυνεχέες, ὀξέες, τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες. ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος. τὴν μὲν κουφοτέρην, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι. καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες. ἱδρῶτες δὲ αἰεὶ, οὐ δι' ὅλου. ψύξις ἀκρέων πολλὴ, καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. κοιλίαι ταραχώδεες, χολώδεες, ὀλίγοισιν, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι, πυκνὰ ἀνίσταντο. οὖρα δὲ ἦν λεπτὰ καὶ ἄχροα, καὶ ἄπεπτα, καὶ ὀλίγα, ἢ πάχος ἔχοντα καὶ μικρὴν ὑπόστασιν, οὐ καλῶς (δὲ) καθιστάμενα, ἀλλ' ὠμῇ τινι καὶ ἀκαίρῳ ὑποστάσει. ἔβησσον δὲ μικρὰ καὶ πυκνὰ, πέπονα, κατ' ὀλίγον μόλις ἀνάγοντες. οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐδ' ἐς ὀλίγον πεπασμὸς ἦν, ἀλλὰ διετέλεον ὠμὰ πτύοντες. Φάρυγγες δὲ πλείστοισι τούτων ἐξ ἀρχῆς καὶ διὰ τέλεος ἐπώδυνον εἶχον. (καὶ) ῥεύματα σμικρὰ, λεπτὰ, δριμέα, ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι, ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων, διὰ τέλεος ἄδιψοι, καὶ παράληροι πολλοὶ περὶ θάνατον. περὶ μὲν τὰ φθινώδεα, ταῦτα.

*Qui inferius ab Hippocrate describitur Tabificus Morbus, popularitet in Thaso vulgatus, manifesto evincit, ante ipsius grassationem illuc primum sæviisse principem Epidemicum Morbum, cujus fuit luctuosa progenies, & quidem non alium, quam variolosam Pestim, sive malumus, Sacros Ignes, uti ipsius cum horum Tabibus comparatio luce clarius confirmat.*

### *Analogia Quadragesimaquarta.*

§. 328.

„ *At vero ante æstatis initium, & per æstatem, ac hyemen* ( deficit hic *Autumnus* ) *multi ex his qui longo jam tempore subcorrupti erant, Tabidi decubuerunt* ( §.182.214. 276. *seqq.*). *Nam & multis qui ambigui erant, tunc Tabes confirmata est: quibusdam vero primum cæpit; & his natura*

 *ad*

*ad Tabem vergebat* ( §. 283. 284. ). *Moriebantur autem multi & plurimi ex his* ( §. 278. ). *Et de his qui decubuerunt, haud scio an quis etiam modico tempore supervixerit. Moriebantur autem citius quam tales Morbi transigere solent* ( §. 276. ). *Nam alios & longiores & cum Febribus conjunctos facile ferebant, & non moriebantur: De quibus paulo post scribetur* ( ibid. ). *Solus enim & maximus ex his, qui tum vigebant, Tabidus Morbus multos occidit* ( ibid. ). *Erant autem plurimis ipsorum affectiones hujusmodi: Febres horridæ* ( §. 279. ), *continuæ, acutæ, in totum non intermittentes* ( ibid. ). *Modus autem erat semitertianus, una die leviores, altera amplius exacerbescentes, & in summa acutiores increbescentes* ( ibid. ). *Sudores vero semper non per totum* ( ibid. ). *Frigiditas extremarum multa, & quæ vix recalesceret* ( ibid. ). *Alvi turbatæ, biliosæ, ex paucis, puris, tenuibus, mordacibus: frequenter ad exonerandos se surgebant* ( ibid. ). *Urinæ tenues, & crudæ & decolores, & paucæ: aut crassitudinem habentes, & subsidentiam parvam, non probe desidentes; sed cum cruda quadam, ac intempestiva subsidentia* ( ibid. ). *Tussiebant autem pauca, condensata, concocta, paulatim vix educentes* (§.281.). *Quibus vero violentissima accidissent, his neque modice concoctio aderat, sed cruda spuere perseverabant. Fauces autem plurimis horum ab initio, & perpetuo dolebant; ruborem habentes cum inflammatione: fluxiones parvæ, tenues, acres* ( §. 248. ). *Brevi colliquescebant, & affligebantur, omnes cibos perpetuo fastidientes* ( §. 281. ); *sitis exortes* (ibid.); *& plerique circa mortem deliri* ( ibid. ). *Et circa Tabidos quidem hæc* ". Hippocrates Popul. I. Sect. I. *p.* 654. 655.

§. 329. *At vero ante æstatis initium, & per æstatem, ac hyemen multi ex his, qui longo jam tempore subcorrupti erant, Tabidi decubuerunt.* ] Etsi Tabes, quæ a Morbo contagioso ortum suum trahit, sanos homines, ut nobis visum est ( §. 214. ), contagione per commercium communicata, inficere possit; nulla tamen, quantum scimus, apud Medicinæ Scriptores legitur observatio, qua aliquando compertum sit, unum, alterum, adhuc plures cujusdam Civitatis Tabidos,

dos, tam multos homines sub idem tempus suo morbo coinquinasse, ut id Pestis genus *Epidemicorum acutorum* more populariter grassaretur. Neque *sporadicæ*, *pancoinæ*, aut *endemicæ* morbificæ causæ ita dire in producenda Tabe unquam vel uspiam exarserunt, ut vel bubonicæ Pestis instar multos, imo plurimos (§. 328.) interimerent. In *Thaso* igitur *Epidemicum* Morbum, Tabi gignendæ aptum, hanc præcessisse necesse fuit; sed qui in hac Sectione eidem præponitur tuberosus Parotidum *Epidemicus* Morbus (§. 320.) id mali haud potis fuit provocare; restat ut credamus, vel Morborum ordinem in hac Sectione fuisse perturbatum; vel Hippocratem *Thasum* venisse, postquam princeps *Epidemicus* Morbus, qui alias consectarias pestilitates secum afferre suevit, prorsus deflagrasset, uti §. 321. 322. indicavimus. Has Tabes ex caussis sporadicis haud profluxisse, ex Galeni Commentario arguitur (*a*). ubi ait: „ *Tabidos inquit solito vitam finivisse celerius. Cujus mox ipse causam subjungit, ubi ait*: Febres horrificæ, continuæ, acutæ; *id enim præter consuetudinem Tabem comitatur, quod tum videtur accidisse* ".

## *Conclusio Vigesimasexta.*

Quum Tabis apud *Thasum epidemica* grassatio apprime respondeat illæ, quæ a *Sacris Ignibus Athenis* producta fuit (§.214. & 276.); ipsaque sine principe *Epidemico Morbo*, cujus consectaria esse oportuit, consistere non potuerit (§.329.): quumque alia generica Pestis præter *Sacros Ignes* per id temporis in *Thaso* vel in tota *Græcia* vulgata assignari nequeat; demonstratum videtur, Tuberosum Parotidum atque Maxillarum *Epidemicum* Morbum, simul & populariter grassatam Tabem, qui *Thasios* mulctarunt, a *Sacris Ignibus*, antea ibidem vulgatis, promanasse.

Κατὰ δὲ ( τὸ ) θέρος ἤδη καὶ ( τὸν ) φθινόπωρον πυρετοὶ πολλοὶ καὶ ὀξέες. οὐ βίαιοι. μακρὰ δὲ νοσέουσιν, οὐ δὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως διάγουσιν. ἐγένοντο ( δὲ ) κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι

(*a*) Cl.III. Comment. I. in I.Hipp. de Morb. vulg. lib. text.20. p. 105.H).

σι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως, καὶ οὐδὲν ἄξιον λόγον προσέβλαπτον. οὖρά τε τοῖσι πλείστοισιν εὔχροα μετὰ καὶ καθαρὰ, λεπτὰ δὲ καὶ μετὰ χρόνον περὶ κρίσιν πεπαινόμενα. βηχώδεες οὐ λίην, οὐδὲ τὰ βησσόμενα δυσκόλως. οὐδ' ἀπόσιτοι, ἀλλὰ καὶ διδόναι πάνυ ἐνεδέχετο. τὸ μὲν οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον. πυρετοῖσι φρικώδεσι σμικρὰ ἐφιδροῦντες, ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνόμενοι πεπλανημένως. τὸ μετὰ ὅλον οὐκ ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ τριταιοφυέα τρόπον. ἐκρίνοντο δὲ τουτέων, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην τοῖσι δὲ πλείστοισι περὶ τεσσαρακοστήν. πολλοῖσι δὲ περὶ ὀγδοεκοστήν. ἔστι δὲ οἷσιν οὐδ' οὕτως, ἀλλὰ πεπλανημένως τὲ καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον. τουτέων δὲ τοῖσι πλείστοισιν, οὐ πουλὺν διαλείποντες χρόνον, ὑπέστρεψαν οἱ πυρετοὶ πάλιν. ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἐν τῆσιν αὐτῆσι περιόδοισιν ἐκρίνοντο. πολλοὶ δὲ αὐτέων ἀνήγαγον ὥστε καὶ ὑπὸ χειμῶνα νοσέειν. ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ καταστάσει ταύτη μούνοισι φθινώδεσι θανατώδεα ξυνέπεσεν. ἐπὶ τοῖσι δὲ ἄλλοισι πυρετοῖσιν οὐκ ἐγένοντο.

*Reliquæ Febres, quæ ſub hac Conſtitutione contigerunt, nihil exhibent, quod noſtrum Inſtitutum oppugnat.*

## §. 330.

„ *Cæterum æſtate jam & autumno, Febres multæ, continuæ, non violentæ, diu quidem ægrotantibus, non autem alias ita male habentibus oboriebantur. Plurimis alvi turbatæ, ita ut valde toleranter ferrent, & nihil memorabile lædebant. Urinæ item plurimis boni quidem coloris & puræ: verum tenues, & poſt tempus circa judicationem concoctæ. Tuſſiebant autem non valde, neque ea, quæ per tuſſim rejectabantur, difficultatem exhibebant. Neque cibum faſtidiebant, ſed etiam valde licebat ipſis offerre. In ſumma ſubægrotabant Tabidi, non tabido modo, Febribus horridis parum inſudantes, alias alii, ut qui erroneo modo exacerbarentur, Febribus quidem in totum non intermittentibus, ſed quæ juxta naturæ Febris Tertianæ morem exacerbarentur. Judicabantur autem quibus inter hos breviſſimæ eſſent, circa vigeſimum diem, plurimis circa quadrageſimum, multis circa octuageſimum. Quibuſdam neque ſic, ſed vago modo & citra ju-*

*judicationem deficiebant: horum autem plurimis Febres rursus non multum tempus intermittentes reversæ sunt. Ex recidivis autem in iisdem circuitibus judicabantur. Multis vero ipsorum producebantur, ut sub hyemem ægrotarent. Ex omnibus porro in hac temporis Constitutione descriptis, solis Tabidis lethalia acciderunt. In aliis autem Febribus, non ".* Popul. I. Sect. I. p. 655. 656. cit. edit.

§. 331. *Cæterum æstate jam & autumno Febres multæ continuæ non violentæ &c.* ]. Benignioris notæ Tabes hic Hippocrates a lethalibus, §. 328. descriptis, sejunxit, & seorsim recensuit, & nullus in hoc textu invenitur *Epidemicus* Morbus, qui a nobis propositum argumentum vel leviter infirmare valeat.

## ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Κατάστασις δευτέρα. ἐν Θάσῳ πρωῒ τοῦ φθινοπώρου χειμῶνες, οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισι πολλοῖσιν, ὑγροὶ καὶ προεκρηγνύμενοι. ταῦτα δὲ ἐγένετο τοιαῦτα μέχρι πληϊάδος δύσιος, καὶ ὑπὸ πληϊάδα. χειμὼν δὲ βόρειος ὕδατα πολλὰ, λαῦρα μεγάλαι χιόνες. μεταίθρια τὰ πλεῖστα. ταῦτα δὲ ἐγένοντο μὲν πάντα, οὐ λίην δὲ ἀκαίρως τὰ τῶν ψυχέων. ἤδη δὲ μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς καὶ ἡνίκα ζέφυρος πνέειν ἄρχεται, ὀπισθοχειμῶνες μεγάλοι, βόρεια πολλὰ, χιὼν καὶ ὕδατα ξυνεχῶς πολλὰ, καὶ οὐρανὸς λαιλαπώδης καὶ ἐπινέφελος. ταῦτα δὲ ξυνέτεινε, καὶ οὐκ ἀνίει, μέχρις ἰσημερίης. ἦρ δὲ ψυχρὸν, βόρειον, ὑδατῶδες, ἐπινέφελον. θέρος (δὲ) οὐ λίην καυματῶδες ἐγένετο. ἐτησίαι ξυνεχῶς ἔπνευσαν, ταχὺ δὲ περὶ ἀρκτοῦρον. ἐν βορείοισι πολλὰ πάλιν ὕδατα. γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ καὶ βορείου, κατὰ χειμῶνα μὲν ὑγιηρῶς ἔχον τὰ πλεῖστα, πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος πολλοί τινες καὶ οἱ πλεῖστοι διῆγον ἐπινόσως.

*Constitutio Temporis Secunda.*

§. 332.

„ *In Thaso ante autumnum tempestive, sed derepente in Aquiloniis & Austrinis multis, humidæ & præerumpentes. Hujusmodi vero durabant usque ad Pleiada, & sub Pleiade. Hyems autem Aquilonia. Aquæ multæ, largæ, magnæ: nives. Plerumque mixta Aëris serenitas: & hæc quidem fiebant omnia: frigora vero non admodum intempestiva. Jam vero post brumale solstitium, & quando Favonius spirare incipit, posterior hyems magna erat, aquilonia multa. Nives & aquæ assidue multæ, & cælum procellosum ac nubilum. Hæc autem durabant & non remittebant usque ad æquinoctium. Ver autem frigidum, aquilonium, aquosum, nubilum. Æstas non valde æstuosa fiebat. Etesiæ assidue spirarunt. Mox circa Arcturum in Aquiloniis, aquæ valde multæ. Quum autem annus totus humidus & frigidus & Aquilonius esset, per hyemem sano modo plerumque habebant: ante ver autem multi quidem & plurimi morbide degebant*". Popular. I. Sect. II. p. 656. 657. cit. edit.

§. 333. *In Thaso ... quum annus totus humidus & frigidus & aquilonius esset &c.* ]. Adhuc & qui a perversis temporum tempestatumque constitutionibus *Epidemicos* repetunt Morbos hic fateantur oportet, humido-frigidam & Aquiloniam Aëris conditionem, in Thaso per integrum annum dominatam, morbosam quidem, sed minime efficiendis *Epidemicis* Morbis opportunam extitisse (§. 180. 184.): quum omnes Medici in eo conveniant, humidam & calidam Atmosphæræ temperiem pestilentes procreare Morbos, utpote promovendæ corruptioni, sive, ut loqui amant, putredini, quam horum Morborum immediatam causam sistunt, efficacissimam: Quinimo tam longe sunt, ut credant, Aquilonarem temporis statum *Epidemicos* Morbos gignere posse, ut in allegandis causis, quibus *Hyperboreæ* Nationes pestilitatibus raro infestantur, nimio Frigori, summoque gelu, quæ

illa

illas perpetuo fere tenent, principem locum tribuant. Qui igitur in *Thaso* sub descripto ab Hippocrate anni curriculo *Epidemici* grassati sunt Morbi, eorum efficientem causam minime a frigido & Aquilonari per id temporis regnante Aëris statu, sed ab *Epidemicis Miasmatibus* alio illuc advectis, & sub quacumque temporis constitutione vel rigido Aquilone (§. 195.) sævientibus, repetierunt.

*Ἤρξαντο μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὀφθαλμίαι ῥώδεες, ὀδυνώδεες, ὑγραὶ, ἄπεπτοι· σμικρὰ λημίαι, πολλοῖσι δυσκόλως ἐκρηγνύμεναι, τοῖσι πλείστοισιν ὑπέστρεφον· ἀπέλιπον δὲ πρὸς τὸ φθινόπωρον. κατὰ δὲ (τὸ) θέρος ἤδη καὶ τὸν φθινόπωρον, δυσεντεριώδεες, καὶ τεινεσμοὶ, καὶ λειεντεριώδεες, καὶ διάῤῥοιαι χολώδεες, λεπτοῖσι, πολλοῖσιν, ὠμοῖσι καὶ δακνώδεσιν· ἔστι δ᾽ οἷσι καὶ ὑδατώδεες. πολλοῖσι δὲ καὶ περίῤῥοιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ὑδατώδεες, ξυσματώδεες, πυώδεες, στραγγουριώδεες, οὐ νεφριτικαί. ἀλλὰ τούτοισιν ἀντ᾽ ἄλλων ἄλλα, ἔμετοι χολώδεες, φλεγματώδεες, καὶ σιτίων ἀπέπτων ἀναγωγαὶ, ἱδρῶτες. πᾶσι πάντοθεν πουλὺς ὁ πλάδος. ἐγένετο δὲ ταῦτα πολλοῖσιν ὀρθοστάδην ἀπύροισιν, πολλοῖσι δὲ πυρέττουσι· περὶ ὧν γεγράψεται. ἐν οἷσι δὲ ἐπεφαίνοντο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα, μετὰ πόνου φθινώδεες. ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ τοῖσιν αὐτέων ὀλίγοισι καυσώδεες, ἡμερινοὶ, νυκτερινοὶ, ἡμιτριταῖοι, ἀκριβέες, τεταρταῖοι, πλανῆτες. ἕκαστοι δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων πυρετῶν πολλοῖσιν ἐγένοντο. οἱ μὲν οὖν καῦσοι ἐλαχίστοισί τε ἐγίνοντο, καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν. οὔτε γὰρ αἱμοῤῥαγίαι, εἰ μὴ πάνυ σμικραὶ καὶ ὀλίγοισιν, οὔτε οἱ παράληροι, τά τε ἄλλα πάντα εὐφόρως. ἐκρίνετο δὲ τουτέοισι πάνυ εὐτάκτως, τοῖσί (τε) πλείστοισι ξὺν τῇσι διαλιπούσῃσιν ἐν ἑπτακαίδεκα ἡμέρῃσιν. οὐ δὲ ἀποθανόντα οὐδένα οἶδα τότε ἐν καύσῳ, οὐδὲ φρενιτικὰ τότε γινόμενα. οἱ δὲ τριταῖοι, πλείους μὲν τῶν καύσων καὶ ἐπιπονώτεροι, εὐτάκτως δὲ τούτοισι πᾶσιν ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος τέσσαρας περιόδους, ἐν ἑπτὰ δὲ τελέως ἐκρίνοντο, οὐδ᾽ ὑπέστρεψεν οὐδενὶ τούτων. οἱ δὲ τεταρταῖοι, πολλοῖσι μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐν τάξει τεταρταίου ἤρξαντο, μακρὰ δὲ καὶ, ὡς εἰθισται, τούτοισι καὶ ἔτι μακρότερα ξυνέπιπτεν. ἀμφημερινοὶ δὲ, καὶ νυκτερινοὶ, καὶ πλανῆτες, πολλοῖσι πολλοὶ καὶ πουλὺν χρόνον παρεόμενον, ὀρθοστάδην τὲ καὶ κατακειμένοισι. τοῖσι πλείστοισι τουτέων ὑπὸ πληϊάδα καὶ μέχρι χειμῶνος οἱ πυρετοὶ παρείποντο.*

*σπασμοὶ δὲ πολλοῖσι, μᾶλλον δὲ παιδίοισιν ἐξ ἀρχῆς. καὶ ἐπύρεσσον, καὶ ἐπὶ πυρετοῖσιν ἐγίνοντο σπασμοί. χρόνια μὲν τοῖσι πλείστοισι τουτέων, ἀβλαβέα δὲ, εἰμὴ τοῖσι καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πάντων ὀλεθρίως ἔχωσιν.*

*Quos in ſequenti textu Hippocrates deſcripſit, magna ex parte Pancoini, atque Sporadici, haud quidem Epidemici Morbi fuerunt.*

§. 334.

*Primum igitur cœperunt lippitudines fluidæ, doloroſæ, humidæ, crudæ. Lemæ parvæ & multis difficulter erumpentes plurimis revertebantur: defecerunt ſero ad autumnum. Æſtate jam & autumno, Lienteriæ, & Dyſenteriæ, & Teneſmi, & Alvi profluvia ex bilioſis, tenuibus, multis, crudis, & mordacibus: quibuſdam vero etiam aquoſis. Multis autem & Urinæ fluxiones cum dolore bilioſæ, aquoſæ, ramentoſæ, purulentæ, cum ſtillicidio, non renales, ſed his alia pro aliis. Vomitus pituitoſi, bilioſi, & ciborum crudorum rejectiones: Sudores. Omnibus undiquaque multa humiditas. Fiebant autem hæc multis erecte obambulantibus, non febrientibus. multis item febrientibus, de quibus paulo poſt ſcribetur. In quibus autem omnia hæc præſcripta apparebant cum dolore, Tabidi fiebant. Jam vero autumno & ſub hyemem, Febres continuæ, & quibuſdam ipſorum paucis ardentes, diurnæ, nocturnæ, ſemitertianæ, Tertianæ exactæ, Quartanæ, erroneæ. Singulæ vero prædictæ Febres multis fiebant. At ardentes & pauciſſimis obortæ ſunt, & ex ægrotis hi minimum laboraverunt: ( neque enim ſanguis erupit, niſi valde parum, & paucis: ) neque delirabant: aliaque omnia tolerabilia erant. Judicabantur autem plurimis valde bono ordine, cum intermittentibus in ſeptem ac decem diebus. Neque mortuum aliquem tunc in Febre ardente novi, neque phrenitim tunc cuiquam factam ſcio. At vero Tertianæ plures quidem quam ardentes Febres erant ac graviores; verum ordinate in his omnibus a prima acceſſione quatuor circuitus habebant, in ſeptem autem perfecte judicabantur, ne-*

*neque ulli horum reversæ sunt. Quartanæ vero multis quidem ab initio ex ordine quartanæ cœperunt. Quibusdam autem non paucis, ex aliis Febribus ac Morbis abscessus ad quartanas fiebant: atque hos diu, quemadmodum solent, & adhuc diutius tenebant. Diurnæ vero quotidianæ, & nocturnæ, & erroneæ multæ, multis & multo tempore permanebant, & erecte obambulantibus, & decumbentibus. Plurimos horum sub Pleiada, & usque ad hyemem, Febres consequebantur. Multos convulsiones, magis autem pueros ab initio: & febriebant, & in Febribus convulsiones fiebant: & erant hæc plerisque diuturna verum innocua, nisi ad hæc etiam ex aliis omnibus pernicies adesset*". Popul.I. Sect. II. a p.657. ad p. 659. cit. edit.

§. 335. *Primum igitur cœperunt Lippitudines . . Dysenteriæ . . Alvi profluvia . . Urinæ Fluxiones . . Vomitus pituitosi . . Sudores. Omnibus undiquaque humiditas. Fiebant autem hæc multis, erecte obambulantibus, non febrientibus: multis item Febrientibus, de quibus paulo post scribetur &c.* ] Et hîc Hippocrates Morbos *Pancoinos*, (qui a *Galeno (a) universales*, ex *temporum anni conversione* procedentes, vocantur, ficuti *Endemici* ab eodem ibidem *publici* dicuntur), & *Sporadicos* cum *Epidemicis* vel populariter grassatos, quos ingenuus *Sydenhamus Intercurrentes* appellavisset, ab *Epidemicis*, de quibus paulo post se scripturum fore promittit, solertissime divisit. Inficias non imus, *Pancoinos* sive *Constitutionales* Morbos, quum a magna vel repentina temporis mutatione originem ducant, intra unius, binorum, vel trium mensium curriculum terga vertere, deficereque, & quidem mutata, quæ eos produxit, temporis conditione (§. 27. 28.); sed in Thaso *Aquilonaris* tempestas integrum fere annum occupavit (§. 332.); & quæ per id temporis intercurrerunt caloris vicissitudines, morbosiorem eam effecerunt. Sub hac igitur temporis Constitutione frigida humidaque, nimium deminuta, sæpiusque suppressa insensibilis *Sanctoriana* Perspiratio superius enumeratis Morbis



(a) Cl. III. Comment. in I. Hipp. libr. de Morb. vulgar. Præfat. p. 101. E.).

bis producendis apertiſſimam tribuit rationem.

*§. 336. Jam vero Autumno & ſub hyemem Febres continuæ . . ardentes, diurnæ, nocturnæ, ſemitertianæ, tertianæ exactæ, quartanæ, erroneæ . . Judicabantur autem plurimis valde bono ordine . . . Et erant hæc plerìſque diuturna, verum innocua; niſi ad hæc etiam ex aliis omnibus pernicies adeſſet* ]. Neque hæ Febres, &, quos recenſet ( §. 334. ), reliqui Morbi, ullum redolent *Epidemicum* morem; non equidem quia innocue ſolvebantur, quum & *Epidemici* benignæ indolis non ſemel contingant; ſed quia & nullis *Exanthematibus*, individuis, *Huxhamio* Sanciente ( §. 255. ), & Experientia teſte, *contagioſorum* Morborum comitibus, ſtipati; & quia ipſe *Hippocrates* ab *Epidemicis* adhuc ſepoſuit illis verbis: „ *niſi ad hæc etiam ex aliis omnibus* ( inferius, ut ſupra §. 334., deſcribendis ) *pernicies adeſſet* ".

*Οἱ δὲ ξυνέχεες μὲν τὸ ὅλον ϗ οὐδὲν ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ πᾶσι τριταιοφυέα τρόπον, μίαν ὑποκουφίζοντες ϗ μίαν παροξυνόμενοι, πάντων βιαιότατοι τῶν τότε γενομένων, ϗ μακρότατοι, ϗ μετὰ πόνων μεγίστων γενόμενοι. πρηέως ( γὰρ ) ἀρχόμενοι, τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες αἰεὶ, ϗ παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισι, ϗ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ κάκιον. σμικρὰ διακουφίζοντες, ϗ ταχὺ πάλιν ἐξ ἐπισχέσιος βιαιοτέρως παροξυνόμενοι. ἐν κρισίμοισιν ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ κακούμενοι. ῥίγεα δὲ πᾶσι μὲν ἀτάκτως ϗ πεπλανημένως ἐγίνετο, ἐλάχιστα δὲ ϗ ἥκιστα τουτέοισιν ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν μείζω. ἱδρῶτες πολλοὶ, τουτέοισι δὲ ἐλάχιστα· κουφίζοντες οὐδὲν, ἀλλ' ὑπεναντίον βλάβας φέροντες. ψύξις πολλὴ τουτέοισιν ἀκρέων, καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. οὐδὲ ἄγρυπνοι τὸ ξύνολον μάλιστα οὗτοι, ϗ πάλιν κωματώδεες. κοιλίαι πᾶσι μὲν ταραχώδεες ϗ κακαὶ, πολὺ δὲ τουτέοισι κάκισται. οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι τουτέων ἢ λεπτὰ ϗ ὠμὰ ϗ ἄχροα, ϗ μετὰ χρόνον σμικρὰ πεπαινόμενα κρισίμως, ἢ πάχος μὴ ἔχοντα. θολερὰ δὲ ϗ οὐδὲν καθιστάμενα, οὐδ' ὑφιστάμενα, οὐδὲ πεπαινόμενα, ἢ σμικρὰ ϗ κακὰ ϗ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα. κάκιστα δὲ ( εἶσι ) ταῦτα πάντα. βῆχες μὲν παρείποντο τοῖσι πυρετοῖσι. γράψαι δὲ οὐκ ἔχω βλάβην οὐδ' ὠφελείην γενομένην διὰ βηχὸς τότε. χρόνια μὲν οὖν ϗ δυσχερία καὶ πάνη ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ϗ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων*

τέων διετέλει γενόμενα, ϗ τοῖσι πάνυ ὀλεθρίως ἔχουσι, καὶ τοῖσι μή. εἰ γάρ τινας αὐτέων διαλίποιεν σμικρὸν, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφον. ἔστι δὲ οἷσιν ἔκρινον αὐτέων ὀλίγοισιν. οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ ὀγδόηκος ἦν ἐοῦσι. ϗ τουτέων ἐνίοισιν ὑπέστρεφον, ὥστε κατὰ χειμῶνα τοὺς πλείστους αὐτέων ἔτι νοσέειν. τοῖσι δὲ πλείστοισιν ἀκρίτως ἐξέλιπον. ὁμοίως δὲ ταῦτα ξυνέπιπτε τοῖσι περιγινομένοισι ϗ τοῖσιν οὔ. πολλῆς δὲ τινος γενομένης ἀκρισίης ϗ ποικίλης ἐπὶ τῶν νουσημάτων, ϗ μεγίστου μὲν σημείου ϗ κακίστου διὰ τέλεος παρεπομένου τοῖσι πλείστοισιν, ἀποσίτους εἶναι πάντων γευμάτων, μάλιστα δὲ τουτέων, οἷσι ϗ τἄλλα ὀλεθρίως ἔχοι. διψώδεες (δὲ) οὐ λίην ἀκαίρως ἦταν ἐπὶ πυρετοῖσι τούτοισι. γενομένων δὲ χρόνων μακρῶν, ϗ πόνων πολλῶν, ϗ κακῆς ξυντήξιος, ἐπὶ τουτέοισιν ἀποστάσιες ἐγίνοντο. ἢ μείζους, ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους. ὥστε μηδὲν ὠφελέειν, ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομέειν καὶ ξυνεπείγειν ἐπὶ τὸ κάκιον. ἦν δὲ τουτέοισι τὰ γινόμενα δυσεντεριώδεα, ϗ τεινεσμοὶ, ϗ λειεντερίαι, ϗ ῥοώδεες. ἔστι δ' οἷσι ϗ ὕδρωπες. μετὰ τούτων ϗ ἄνευ τούτων ἄσαι, ὅ τι δὲ παραγένοιντο τούτων βαίως ταχὺ ξυνήρει, ἢ πάλιν ἐπὶ τὸ μηδὲν ὠφελέειν. ἐξανθήματα μικρὰ. ϗ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νουσημάτων, ϗ ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα. ἢ παρὰ τὰ ὦτα οἰδήματα μωλυόμενα καὶ οὐδὲν ἀποσημαίνοντα. ἔστι δ' οἷσιν ἐς ἄρθρα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸ ἰσχίον. ὀλίγοισι κρισίμως ἀπολιπόντα, ϗ ταχὺ πάλιν ἐπικρατευόμενα ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕξιν. Ἔθνησκον δὲ ἐκ πάντων μὲν, πλεῖστον δὲ ἐκ τουτέων, ἀπαίδια ἔσα ἀπὸ γάλακτος ἤδη, ϗ πρεσβύτερα ὀκταετέα ϗ δεκαετέα, ϗ ἔσα προήβης. ἐγίνετο δὲ τούτοισι ταῦτα οὐκ ἄνευ τῶν πρώτων γεγραμμένων, τὰ δὲ πρῶτα πολλοῖσιν ἄνευ τουτέων. μοῦνον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν γενομένων σημείων, (ὃ) ϗ πλείστους ἐῤῥύσατο τῶν ὄντων ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι κινδύνοισιν, οἷσιν ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο, ϗ ἐς τοῦτο ἀποστάσιες ἐγίνοντο. ξυνέπιπτε δὲ ϗ ἐν τοῖσι πλείστοισι τὸ στραγγουριῶδες τῇσιν ἡλικίῃσι ταύτῃσι γίνεσθαι μάλιστα. ἐγίνετο δὲ ϗ τῶν ἄλλων πολλοῖσιν ὀρθοστάδην, ϗ ἐπὶ τῶν νουσημάτων. ταχὺ δὲ ϗ μεγάλη τις ἡ μεταβολὴ τούτοισι πάντων ἐγίνετο. κοιλίαι τὲ γὰρ, εἰ ϗ τύχοιεν ἐφυγραινόμεναι, κακοήθεα τρόπον ταχὺ ξυνίσταντο, γεύμασι τε πᾶσιν ἡδέως εἶχον, οἵτε πυρετοὶ πρηέες μετὰ ταῦτα. χρόνια δὲ τουτέοισι τὰ περὶ τὴν στραγγουρίην ϗ ἐπίπονα ἦν: οὖρα δὲ τουτέοισιν εἴη πολλὰ, παχέα, ϗ ποικίλα, ϗ ἐρυθρὰ μιξόπυα μετ' ὀδύνης. περιεγένοντο δὲ πάντες οὗτοι,

ϗ

ϗ ὐδένα τουτέων οἶδα ἀποθανόντα. Ὁκόσα δὲ ἀκινδύνως, πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων πάντας πάντοθεν ἐπικαίρους, ϗ καλάς (τε) ϗ κρισίμους ἀποστάσιας, σκοπεῖσθαι. πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσιος καὶ ἀσφαλίην ἐς ὑγείην σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ ϗ ἄπεπτα, ϗ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. ὅ, τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκεπτέον ἐξ ἄλλων. λέγειν τὰ περιγινόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, περιλέγειν τὰ ἐσόμενα. μελετᾶν ταῦτα. ἀσκεῖν περὶ τὰ νουσήματα δύο ὠφελεέιν ἢ μὴ βλάπτειν. ἡ τέχνη διατριῶν. τὸ νούσημα, ὁ νοσέων, ϗ ὁ ἰητρός. ὁ ἰητρὸς, ὑπηρέτης τῆς τέχνης. ὑπεναντιοῦσθαι (δὲ) τῷ νουσήματι τὸν νοσεῦντα μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρή.

*Quæ parva Exanthemata vel comitatæ, vel consequutæ sunt Febres continuæ, & Intermittentes mali moris, ab Hippocrate inferius descriptæ, Ardentibus, Intermittentibusque, Sacrorum Ignium consectariis, inita comparatione, prorsus respondere comperiuntur.*

*Analogia quadragesimaquarta.*

§. 337.

„ *At continuæ quidem in totum, & nihil intermittentes, exacerbescentes autem omnibus ad naturæ Tertianæ modum, una die sublevantes, & una exacerbescentes* (§.252.), *omnium quæ tunc fiebant violentissimæ erant* (ibid.), *& longissimæ* (ibid.), *ac cum maximis doloribus* [ibid.]; *leniter auspicantes, & in totum semper augescentes* [ibid.], *& in judicatoriis diebus exacerbescentes, & in pejus procedentes* [ibid.]; *parum allevantes, & statim rursus ex intermissione violentius exacerbescentes* [ibid.]; *in judicatoriis plerumque diebus pejores evadentes* [ibid.]. *Rigores vero omnibus quidem inordinate, & erroneo modo fiebant; parcissime autem & minime his* [ibid., & §. 266.]. *Verum in aliis Febribus majores* [§.266.]. *Sudores multi, his minimi, nihil allevantes, sed subcontrario modo damna inferentes* [§. 252, 266.]. *Frigiditas extremitatum his multa,*

*&*

*& vix recalescens* [ ibid. ] . *Neque somni in totum , maxime vero hi etiam rursus soporosi* [ ibid. ] . *Ventres autem omnibus turbati & mali , hi autem longe pessimi* [ ibid. ] . *Urinæ vero plurimis horum aut tenues & crudæ , & decolores , & post tempus parum concoctæ , judicatorio modo ; aut crassitudinem quidem habentes , verum turbatæ , neque consistentes , neque subsidentes , neque concoctæ : aut paucæ , & crudæ : ac malæ & subsidentes* [ ibid. ] . *Pessimæ autem hæ omnes* [ ibid. ] . *Et Tusses quidem ad Febres comitabantur* [ §. 266. ] . *Verum non habeo quod scribam , an detrimentum aut utilitas tunc ex Tussi contigerit* [ ibid. ] . *Diuturna igitur & molesta , & valde inordinate ; ac erroneo more , & citra judicationem , plurima horum perseverabant , tum his qui perniciose habebant , tum his qui non* [ §. 252. 266. ] . *Si enim aliquos ipsorum paululum relinquerent , statim rursus revertebantur* [ §. 266. ) . *Quibusdam vero paucis ipsorum judicabantur , quibus brevissime adessent , circa octuagesimam diem* [ ibid. ] ; *& horum aliquibus reversa sunt , ut plurimi ipsorum per hyemem adhuc ægrotarint . Plurimis autem citra judicationem defecerunt* [ ibid. ] . *Hæc vero pariter acciderunt & his qui superstites manserunt , & qui non . Quum autem multa & varia fieret judicationis impeditio ex morbis* [ §. 252. 266. ] , *maximum etiam & pessimum signum perpetuo comitabatur , quod plerique omnes cibos fastidirent* [ ibid. ] , *& ex his maxime hi , quibus etiam alia exitialia erant . Siticulosi vero non adeo intempestive in his Febribus erant* ( ibid. ) . *Quum vero tempus produceretur , & dolores essent multi , ac colliquatio mala* ( ibid. ) , *his abscessus succedebant , aut majores quam ut ferre possent , aut minores quam ut quicquam prodessent* ( ibid. ) : *sed statim recurrerent & ad pejus courgerent . Erant autem quæ his fiebant hæc : Dysenteriæ* ( §. 252. ) ; *Tenesmi* ( ibid. ) . *Lienteriæ* ( ibid. ) , *& alvi profluvia* ( ibid. ) : *quibusdam etiam hydropes , partim cum his , & partim absque his* (§. 266.). *Quicquid autem ex his violenter accedebat , statim vires dejiciebat ; aut rursus nihil proderat . Papulæ parvæ , & non pro dignitate rationis excretiones morborum , & statim rursus*

*sus*

*sus evanescentes*. *Aut juxta aures tumores*, *qui non solvebantur*, *& nullam de se significationem præbebant*. *Quibusdam in articulos*, *maxime vero in coxendicem paucis judicatorio modo cessantes*, *& statim rursus ad habitum ab initio invalescentes*. *Moriebantur autem ex omnibus*, *& plurimi ex his Pueri jam ablactati*, *& majores natu*, *octennes ac decennes*, *& nondum puberes*. *Fiebant autem hæc his*, *non sine prius scriptis*: *Priora vero multis sine his*. *Solum vero bonum & maximum inter ea quæ fiebant signum*, *& quod plurimos in maximis periculis constitutos liberavit*, *quibus ad urinæ stillicidium convertebantur*, *& ad hoc abscessus fiebant*. *Accidit autem plerisque urinæ stillicidium*, *maxime his ætatibus*. *Fiebat & aliis multis*, *tum erecte obambulantibus*, *tum in morbis*. *Statim vero etiam magna quædam mutatio omnium his fiebat*. *Alvi enim etiamsi humectæ essent maligno modo*, *mox sistebantur*, *ciboſque omnes libenter sumebant*. *Et Febres postea mites erant*. *Verum urinæ stillicidium his diuturnum & laboriosum erat*. *Urinæ vero his erant multæ*, *crassæ*, *variæ*, *rubræ*, *purulentæ cum dolore*. *Atque hi omnes superstites manserunt*, *& nullum ex his mortuum novi*. *Quæcunque vero non periculose fiunt*, *concoctiones excrementorum omnes undiquaque tempestivas aut bonas*, *& judicatorios abscessus*, *considerare oportet*. *Concoctiones*, *celeritatem judicationis*, *& securitatem sanitatis significant*. *Cruda vero & inconcocta*, *& in malos abscessus conversa*, *aut judicationis sublationem*, *aut dolores*, *aut diuturnitatem*, *aut mortem*, *aut eorumdem recidivas*. *Quod vero ex his potissimum futurum sit*, *ex aliis considerandum est*. *Præterita dicito*, *præsentia cognoscito*, *futura prædicito*. *Hæc tractato*. *Exerceto circa morbos duo*: *ut juves*, *aut non noceas*. *Ars ex tribus constat*, *Morbo*, *Ægroto*, *& Medico Artis Ministro*. *Ægrotum cum Medico adversari Morbo oportet* ". Hippocrates Popul. I. Sect. II. a pag. 659. ad 662. cit. edit.

§. 338. *At continuæ quidem in totum*, *& nihil intermittentes* . . . *parum allevantes*, *& statim rursus ex intermissione* violentius *exacerbescentes &c. &c.* ] Qui patienter has

has Continuas, atque Intermittentes mali moris Febres cum illis, quæ Sacros Ignes ( §. 252. & 266. ) vel comitatæ vel consequutæ sunt, comparare non gravabitur, ne minimum quidem discrimen inter utrasque intercedere fateatur oportet. Num vero prægressorum, & ab *Hippocrate* hîc non descriptorum, *Sacrorum Ignium* soboles fuerunt, vel potius *parvorum Exanthematön*, in harum descriptionis calce adjectorum, liberum cuique esto judicium.

§. 339. *Papulæ parvæ, & non pro dignitate rationis excretiones morborum, & statim rursus evanescentes &c.* ]. *Papulæ parvæ*, in græco textu, *Exanthemata micra*. Galeni versio habet (*a*): " *Papulæ parvæ, quæ non essent excernendis Morbis, statimque evanescebant* ". Quodnam morbi genus hæc *parva Exanthemata* constituerint, quorum symptomata, morbosaque producta vel nulla fere fuerunt, vel descripta non sunt, vel ex *Hippocratico* Codice infeliciter excisa, nos hariolari nequimus. Ex citato *Galeni* commentario nihil ad rem. Credat quis *Morbillosum*, alius *Purpuraceum*, sive *Miliarem*, equidem Pestilitatum, Europam modo depopulantium, aliqua fuit species. At undenam, ut *Hippocrates* generico *Exanthematön*, haud vero peculiari nomine id Malum definierit? An quia tunc primum in Græciam irruptum, eidemque apprime novum advenit? Nisi *Sacrorum Ignium* aggressionis, augumenti, status, recessionis, symptomatum omnium absolutissimam descriptionem ipse posteris reliquisset, bina illa verba *Erysipelata polla* (§.183.) satis adhuc generica, variolosam Pestim minime significassent.

§. 340. *Aut juxta aures tumores, qui non solvebantur, & nullam de se significationem præbebant.* ] In græco textu, *Œdemata molyomena*. Hoc eodem libro *Sect. I. Constit. Tempor. I.* adhuc in *Thaso* " *Tubercula circa aurem alteram multis erant, plurimis ex utrisque* "; de quibus jam §. 325. Principalis itaque Pestis *Miasmata*, quæ *Thasum* ingressa sunt, sua secum consectaria attulerunt, tumoribus

 juxta

(*a*) Cl. III. in lib. I. Hipp. de Morb. Vulgar. Comment. II. text. 33. p. 111. D.

juxta aures excitandis idonea, quos & sub hac Constitutione revirescentia effecerunt: nondum enim defecerant, vigente eorumdem principe causa (§. 339.). Parotidum tumores sub Variolis, reliquisque *Exanthematicis* Pestilitatibus Artis Exercitatissimus nemo non observavit.

§. 341. *Moriebantur autem ex omnibus, & plurimi ex his Pueri jam ablactati, & majores natu, octennes ac decennes, & nondum puberes.* ] *Ex omnibus*; tam scilicet ex Febribus superius descriptis, quam ex Papulis parvis. *Et plurimi ex his*; ex parvis nimirum Papulis plurimi Pueri moriebantur. An hæc Pestis species in *Thaso* ante aliquot annos grassata ætate provectos iterum non corripuit?

§. 342. *Fiebant autem hæc his non sine prius scriptis. Priora vero multis sine his.* ] *Hæc his*, nempe Pueris parvæ Papulæ contingebant non sine prius scriptis, Febribus scilicet. *Priora vero*, nimirum Febres, *multis sine his* i. e. *papulis*; quia fortasse his jampridem jam defuncti erant.

§. 343. *Solum vero bonum & maximum inter ea, quæ fiebant, signum, & quod plurimos in maximis periculis constitutos liberavit, quibus ad Urinæ stillicidium convertebantur . . . Urinæ vero his erant multæ, crassæ &c.* ] Galenus (*a*) hæc notat: „ *Has autem partes erat necessarium, per quas acres excernebantur Urinæ, affici: quia vellicabantur scil., continuaque excretione sollicitabantur*". Salutarem & criticum Urinæ profluvium Variolis supervenire ex ipsius Hippocratis observatione jam §. 244. adnotavimus. Cujusnam igitur speciei fuerit hic *Exanthematicus* Morbus parvis papulis insignitus, reliquorum *Exanthematōn* morem minime deferens, tam eorum mala, quam bona phænomena consectatus est.

§. 344. *Quæcunque vero non periculose fiunt concoctiones &c.* ] Hæc summa Senis effata, utut ad nostrum Institutum minime pertinentia, Tironum tamen gratia ab Hippocratis textu avellere non fuit animus; ut hi, Medicinæ Parentis Præceptis obsequentes, divinam Artem summo Reipublicæ bo-

(*a*) Ibid. text. 41. G.

bono tandem navare valeant. Ne vero nimis vulgaria Hippocratem proposuisse aliquibus videatur in illis verbis: " *Exerceto circa Morbos duo : ut juves , aut non noceas* " ; *Galeni* animadversionem hic adjicere putamus: „ *Iis*, inquit (*a*), *qui artem addiscunt, sat scio, prodesse aut non lædere, indignum visum iri , ut mihi quondam , quod ab Hippocrate literis mandaretur: at vero medicantibus jam , non dubito , quin ejus vis appareat . Quod si quando per vehementis medicamenti usum temerarium , perimi contingat ægrum, maxime tum sentient , cujus nunc Hippocrates vim ante oculos proposuit* ".

Κατάςασις τρίτη. ἐν Θάσῳ, πρὸ ἀρκτέρȣ ὀλίγον ϗ ἐπ' ἀρκτέρῳ, ὕδατα πολλὰ (ϗ) μεγάλα ἐν βορείοισι· περὶ δὲ ἰσημερίην ϗ μέχρι πληϊάδος, νότια ὕσματα ὀλίγα, χειμὼν βόρειος, αὐχμοὶ, ψυχρὰ πνεύματα, μεγάλαι χιόνες. περὶ δὲ ἰσημερίην χειμῶνες μέγιςοι. ἦρ βόρειον, αὐχμοὶ, ὕσματα ὀλίγα, ψυχρά. περὶ δὲ ἡλίȣ τροπὰς θερινὰς ὕδατα ὀλίγα, μεγάλα ψύχεα, μέχρι κυνός. μετὰ δὲ κύνα, μέχρις ἀρκτέρȣ, θέρος θερμὸν, καύματα μεγάλα, ȣ̓κ ἐκ προσαγωγῆς, ἀλλὰ συνεχέα καὶ βίαια, ὕδωρ ȣ̓κ ἐγένετο, ἐτησίαι ἔπνευσαν. περὶ (δ') ἀρκτȣ̃ρον, ὕσματα νότια, μέχρις ἰσημερίης.

## §. 345.

### *Constitutio Temporis Tertia.*

„ *In Thaso paulo ante Arcturum , & sub Arcturo, aquæ multæ, magnæ, in Aquiloniis. Circa æquinoctium autem & usque ad Pleiada , austrinæ pluviæ paucæ: Hyems Aquilonia: siccitates, frigidi venti, magnæ nives. Circa æquinoctium hyemes maximæ. Ver Aquilonium , siccitates , pluviæ paucæ, frigidæ. Circa solstitium æstivum aquæ paucæ , magna frigora usque ad canem. Post canem usque ad Arcturum, æstas calida , æstus magni , non ex accessione augescentes,* 

 *sed*

(*a*) Cl. III. Comment. II. in I. Hippocr. de Morb. vulgar. libr. text. 50. p. 117. F.

*sed continui ac violenti*: *Aqua non elapsa est*: *Etesiæ spirarunt*. *Circa Arcturum pluviæ austrinæ usque ad æquinoctium*". Hippocrates Popul. I. Sect. II. a p. 662. ad 663. cit. edit.

§. 346. *In Thaso paulo ante Arcturum &c.* ] Et hæc temporis Constitutio maxima ex parte Aquilonia fuit & frigidissima, educendis Pestilitatum *miasmatibus* minime opportuna ( §. 333. ); apta vero quæ vigentia & grassantia in rabiem & malignum morem adigeret ( §. 195. ).

Ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ, κατὰ χειμῶνα μὲν ἤρξαντο παραπληγίαι, καὶ πολλοῖσι ἐγένοντο, καί τινες αὐτέων ἔθνησκον διὰ ταχέων. καὶ γὰρ ἄλλως τὸ νόσημα ἐπίδημον ἦν, τἄλλα διετέλεον ἄνοσοι. πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἤρξαντο καῦσοι, καὶ διετέλεον μέχρις ἰσημερίης καὶ πρὸς τὸ θέρος. ὅσοι μὲν οὖν, ἦρος καὶ θέρεος ἀρξαμένου, αὐτίκα νοσέειν ἤρξαντο, οἱ πλεῖστοι διεσώζοντο, ὀλίγοι δέ τινες ἔθνησκον. ἤδη δὲ, τοῦ Φθινοπώρου καὶ τῶν ὑσμάτων γενομένων, θανατώδεες ἦσαν, καὶ πλείους ἀπώλλυντο. Ἦν δὲ τὰ παθήματα τῶν καύσων, οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγῆσαι, διὰ τούτου μάλιστα σώζεσθαι. καὶ οὐδένα οἶδα, εἰ καλῶς αἱμοῤῥαγήσαιεν, ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. Φιλίσκῳ γὰρ καὶ Ἐπαμινώνι καὶ Σιληνῷ τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν, καὶ ἀπέθανον. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων περὶ κρίσιν ἐπεῤῥίγεον, καὶ μάλιστα οἷσι μὴ αἱμοῤῥαγῆσαι ( ἐγένετο ) ἐπεῤῥίγουν δὲ καὶ οὗτοι, καὶ ἐφίδρουν. ἔστι δ' οἷσιν ἴκτεροι ἕκταίοισι. ἀλλὰ τούτοισιν ἡ κατὰ κύστιν κάθαρσις, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα ὠφέλησεν, ἢ δαψιλὴς αἱμοῤῥαγίη· οἷον Ἡρακλείδης. ὃς κατέκειτο παρὰ Ἀριστοκύδη. καίτοι τούτῳ καὶ ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥάγησε, καὶ ἡ κοιλίη ἐπεταράχθη, καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἐκαθήρατο. ἐκρίθη ( δὲ ) εἰκοσταῖος. οὐχ οἷον ὁ Φαναγόρεω οἰκέτης, ᾧ οὐδὲν τουτέων ἐγένετο, ( καὶ ) ἀπέθανεν. αἱμοῤῥαγίαι δὲ τοῖσι πλείστοισι, μάλιστα δὲ μειρακίοισι καὶ ἀκμάζουσι. καὶ ἔθνησκον πλεῖστοι τοιουτέων, οἷσι μὴ αἱμοῤῥαγῆσαι ἐγένετο. πρεσβυτέροισι δὲ ἐς ἰκτέρους, ἢ κοιλίαι ταραχώδεες ἢ δυσεντεριώδεες· οἷον Βίωνι, τῷ παρὰ Σιληνὸν κατακειμένῳ. ἐπεδήμησαν δὲ καὶ δυσεντερίαι κατὰ θέρος πολλαί. καὶ τῶν διανοσησάντων οἷσιν αἱμοῤῥαγίαι ἐγένοντο, ἐς δυσεντεριώδεα ἐτελεύτησαν· οἷον τοῦ Ἐράτωνος τῷ παιδὶ καὶ Μύλλῳ. ( οἳ ) πολλῆς αἱμοῤῥαγίης γενομένης, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιεγένοντο. πολλοῖς μὲν οὖν μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπό-

πόλασεν, ἐπεὶ καὶ οἷσι περὶ κρίσιν ἐκ ἡμοῤῥάγησεν, ἀλλὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐπαναςάντα ἠφανίσθη. τέτων δὲ ἀφανισθέντων, βάρος παρὰ τὸν κενεῶνα τὸν ἀριςερὸν, καὶ ἐς ἄκρον ἰχίον. ἀλγήματος δὲ μετὰ κρίσιν γενομένε, καὶ ἔρων λεπτῶν διεξιόντων, αἱμοῤῥαγέειν σμικρὰ ἤρξαντο. περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην ἐγένοντο ἐς αἱμοῤῥαγίην ἀποςάσιες Ἀντιφῶντι τῷ Κριτοβέλε, ἐπιπαύσατο (δὲ) καὶ ἐκρίθη τελέως περὶ τεσσαρακοστήν. Γυναῖκες δὲ ἐνόσησαν μὲν πολλαὶ, ἐλάσσες δὲ ἢ ἄνδρες, καὶ ἔθνησκον ἧσσες. ἐδυςόκεον δὲ πλεῖςαι. καὶ κατὰ τὲς τόκες ἐπενόσεον. καὶ ἔθνησκον αὗται μάλιςα· οἷον Τελεβέλε θυγάτηρ (ἣ) ἀπέθανεν ἑκταίη τόκε. τῇσι μὲν οὖν πλείςησιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι γυναικεῖα ἐπεφαίνετο. ἔςι δὲ ᾗσιν ἐκ ῥινῶν ἡμοῤῥάγησε· καὶ παρθένοισι πολλῇσι τότε πρῶτον ἐγένετο, καὶ τὰ γυναικεῖά τισιν ἐπεφαίνετο· οἷον τῇ Δαϊθαρσέως θυγατρὶ παρθένῳ ἐπεφάνη τότε πρῶτον καὶ ἐκ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη· καὶ ὐδεμίην οἶδα ἀποθανέσαν, ᾗσι τέ των τι καλῶς γένοιτο. ᾗσι δὲ ξυνεκύρησεν ἐν γαςρὶ ἐχέσησι νοσῆσαι, πᾶσαι ἀπέφθειραν, ἃς καὶ ἐγὼ οἶδα. ἔρα δὲ τοῖσι πλείςοισιν εὔχροα μὲν, λεπτὰ δὲ καὶ ὑποςάσιας ὀλίγας ἔχοντα, διαχωρήμασι λεπτοῖσι καὶ χολώδεσι. πολλοῖσι δὲ τῶν ἄλλως κεκριμένων ἐς δυσεντερίας ἐτελεύτα· οἷον Ξενοφάνει καὶ Κριτίᾳ. ἔρα ὑδατώδεα πολλὰ, καθαρὰ καὶ λεπτὰ, καὶ μετὰ κρίσιν, καὶ ὑποςάσιος πολλῆς γινομένης, καὶ τῶν ἄλλων καλῶς κεκριμένων, ἀναμνήσομαι οἷσιν ἐγένετο. Βίωνι, ὃς κατέκειτο παρὰ Σιληνὸν, Κρατίῃ τῷ παρὰ Ξενοφάνες, Ἀρέτωνος παιδὶ, Μνησιςράτε γυναικί. μετὰ δὲ ταῦτα δυσεντεριώδεες ἐγένοντο ὗτοι πάντες. ἤ ῥά γε, ὅτι ἔρησαν ὑδατώδεα, σκεπτέον?

*Febres ardentes, sub tertia temporis Constitutione in Thaso grassatæ, phænomenis atque symptomatibus ab Ardentibus Sacros Ignes consequutis ne latum unguem distant; modo harum quarumdam critica solutio, a diversa temporis constitutione promanans, excipiatur.*

*Analogia Quadragesimaquinta.*

§. 347.

„ *In hac autem constitutione, per hyemem* (252) *quidem inceperunt resolutiones ex sideratione* ( ibid. ), *&* *mul-*

*multos invaserunt & quidam ex ipsis subito moriebantur. Nam hic Morbus satis popularis erat* ( §. 215. ). *Cætera incolumes degebant. Ante ver autem cœperunt Febres Ardentes* ( §. 252. ), *& usque ad æquinoctium, & ad æstatem durabant. Quicunque igitur vere & æstate ineunte statim ægrotare cœperunt, plurimi servabantur* ( §. 266. ): *pauci vero quidam moriebantur. In Autumno jam & quum pluviæ fierent, lethales erant, & plures peribant* ( ibid. ). *Erant autem Febrium Ardentium affectiones: Quibus quidem bene ac large sanguis per nares erupit, per hoc maxime servabantur: & nullum novi, qui in hac constitutione mortuus esset, si recte ipsi sanguis profluxisset: In Philisco enim & Epaminone ac Sileno, quarta ac quinta die parum de naribus stillavit, & moriebantur* ( §. 252. ). *Plerique igitur ægroti circa judicationem rigebant* ( ibid. ), *maxime hi quibus sanguis non erupisset. Iidem vero etiam postea insuper riguerunt, & exsudarunt* ( ibid. ). *Quibusdam Morbus regius accidit sexta die. Verum his purgatio per vesicam, aut alvus exturbata profuit, aut larga sanguinis eruptio. Velut Heraclides, qui decumbebat apud Aristocydem: nam huic & ex naribus sanguis erupit, & alvus turbata est, & per vesicam purgatus est. Vigesima die judicatus est: non velut Phanagoræ servus, cui nihil tale factum est, & mortuus est. Sanguis autem plurimis erupit, maxime adolescentibus & in vigore constitutis: & talium plerique perierunt, quibus sanguis non erupit. Senioribus vero ad morbum regium res devenit: aut alvi ipsis turbatæ sunt, aut dysenterici facti sunt* ( ibid. ). *Velut Bioni apud Silenum decumbenti contigit. Populariter grassabantur etiam Dysenteriæ per æstatem* (ibid.): *& quibusdam qui ægrotarunt, quibusque etiam sanguis erupit, ad Dysenteriam transitus factus est* (ibid): *velut Eratonis filio & Mylo, qui multa sanguinis eruptione facta, in dysentericum statum delapsi superstites manserunt. Multis igitur maxime hic humor redundavit* ( ibid. ). *Nam & quibusdam circa judicationem sanguis non erupit, sed Tubercula juxta aures excitata evanuerunt* ( ibid. ). *Quæ ubi evanuissent, juxta sinistri lateris mollitudinem, & ad summam coxam*

*xam gravitas fuit. Quum autem dolores post judicationem fierent, & urinæ tenues prodiissent, parum sanguinis profundere cœperunt. Verum circa quartam & vigesimam, abscessus ad sanguinis eruptionem fiebant Antiphonti Critoboli filio, quæ sedata est; & perfecte judicatus est circa quadragesimam. Mulieres porro multæ quidem ægrotarunt, pauciores autem quam viri, & pauciores etiam mortuæ sunt. Plurimæ vero graviter ex partu laborarunt, & post partus insuper ægrotarunt; & hæ maxime perierunt; velut Telebuli filia, quæ sexta a partu die mortua est. Plurimis itaque in Febribus menses apparebant. Quibusdam vero ex naribus sanguis erupit: & virginibus multis id primum factum est. Quibusdam & ex naribus sanguis, & menses proruperunt; velut Dætharsei Filiæ virgini apparuerunt tunc primum, & sanguis largus e naribus fluxit. Neque ullam mortuam novi, ex his quibus aliquid probe factum esset. Quibus autem prægnantibus contigit ægrotare, omnes fœtus perdiderunt, quas ego novi. Urinæ vero plurimis boni quidem coloris, verum tenues & subsidentias modicas habentes, ex recrementis tenuibus & biliosis* [ ibid. ]. *Multis autem aliis judicatis ad Dysenterias res devenit: velut Xenophani & Critiæ. Urinæ aquosæ, multæ, puræ, tenues post judicationem, & subsidentia bona facta, & aliis probe judicatis. Mentionem faciam eorum, quibus factæ sunt: Bioni, qui apud Silenum decumbebat; Cratiæ quæ apud Xenophanem; Aretonis filiæ uxori Mnesistrati. Postea vero omnes hi Dysenterici facti sunt* ( ibid. ). *Num quod urinas minxerunt aquosas, considerandum est* "? Hippocrates Popular. I. Sect. II. a p. 663. ad 665. cit. edit.

§. 348. *In hac autem constitutione &c.* ) Hanc constitutionem præcesserant & aliæ duo, *Epidemicis* Morbis *Thasiis* infestæ, ut §. 320. 332., & quidem integrum anni curriculum occupantes. Continuo igitur triennio, & interpolatis grassationibus *Pestilentes* Morbi *Thasios* pessumdederunt. *Bubonicam* Pestim nusquam tamdiu exarsisse, ut eodem in loco unius anni spatium excurreret, observationes §. 175. enumeratæ, apertissime demonstrant; sicuti & ex aliis ibidem relatis clare liquet

quet Pestim *Variolosam*, tam solivagam, quam suis consectariis stipatam, per quinquennium populariter sæviisse. A veritatis tramite itaque non aberrare autumamus, si conjectari velimus, *Epidemicorum* Morborum, qui *Thasios* mulctarunt, *Miasmata* a Variolosa & fortasse Morbillosa Peste, illuc unum vel alterum ante annum (§.329.) vulgata, promanasse; vel id testantibus eorumdem *Epidemicorum* phœnomenis, symptomatibus, grassandi more, cum Variolosa Peste comparatis.

§.349. *Per hyemem quidem inceperunt resolutiones ex sideratione . . . hic Morbus satis popularis erat.*] *Resolutiones ex sideratione*: in græco textu, *Paraplegiæ*. Egrotorum aliqui ex Ardentibus, *Sacrorum Ignium* consectariis sub austrina constitutione [§.252.], *ab initio soporosi... circa exacerbationes oblivio, exsolutio, & vocis privatio... Moriebaturque unusquisque pro ut contigit erroneo modo, plerumque circa judicationes: quidam diu voce privati*. Hic vero [§.345.] *hyems aquilonia; siccitates; frigidi venti; magnæ nives*, concurrentes fuerunt causæ, unde totius fere corporis musculosum nervosumque genus lethales susciperet decubitus, qui citam attulerunt mortem. Unde *Galenus* (*a*) satis apposite scripsit: „ *At ex paraplegiis tamen peribant; siquidem ipse dicit Hippocrates*: etenim hic morbus satis vulgaris erat", *perinde ac insolentes, propter paraplegiam, quæ præter consuetudinem accidit. Siquidem illa, quæ frequens est, in membri resolutionem decumbit: verumtamen hominem non perimit. At vero quæ in præsenti statu viguit paraplegia, lethalis erat.*"; quia nimirum ex causa haud *sporadica*, sed *Epidemica*. Et hæ quidem Febres ex classe fuerunt Intermittentium mali moris; quarum species *soporosa* est, hemiplegiam sæpe afferens, de qua §.267. 272. facta mentio. Num autem Epidemica Apoplexiæ grassatio a Celeberrimo *Lancisio Lib. II. de Subitan. Mortib. Cap. V.* accurate descripta, ad has potius Febres, quam ad Constitutionales Morbos referri debeat, viderint Peritiores.

§. 350. *Quibus quidem bene ac large sanguis per nares eru-*

(*a*) Ibid. text. 60. p. 113. F. G.

*erupit*, *per hoc maxime servabantur*. ] Et sub Ardentibus, *Sacrorum Ignium* progenie, narium hæmorrhagiam *Hippocrates* exoptaverat; sed nulla adfuit: scripsit enim (§.252.): „ *De naribus parum stillavit . . . neque enim sanguis bene erumpebat* "; inde: „ *moriebatur unusquisque &c.* "; & hîc pariter interierunt, quibus *de naribus parum stillavit*: subdit etiam: „ *In Philisco*, & *Epaminone ac Sileno*, *quarta ac quinta die parum de naribus stillavit*, *& moriebantur* ".

§. 351. *In Philisco*, & *Epaminone &c.* ] Quatuordecim Ægrotorum, qui Ardente Febre laborarunt, hîc meminit Hippocrates, ut, vel *Galeno* edisserente (*a*), quæ generatim de Morbis populariter grassatis accidisse conscripserat, singularibus exemplis confirmaret. Perspicuum igitur est, quos hîc enumerat, ægrotos, *Epidemicis* Morbis fuisse correptos, quasque eorum ægrotationis ab ipso apponuntur in qualibet ipsorum historia sensibiles causas, concurrentes sive *procatarcticas* extitisse, quæ *Epidemicis Miasmatibus* sese fortius exserendi occasionem præbuerunt. Ægrotorum autem in hac temporis constitutione signatorum, *Philisci* (*b*), ac *Sileni* (*c*) integras habemus historias, reliquorum vel non scripsit, vel amisimus; sed qui in *Thaso* ægrotarunt *Philistes* (*d*); *Parius* (*e*); *Decumbens apud frigidam* (*f*); *Pythio* (*g*), & *Mulier morosa* (*h*) inter ægrotos secundæ & tertiæ Sectionis *Lib. III. Popular.*, qui ad Pestim *Athenis* grassatam spectare videntur, recensiti sunt: unde suspicio tam detruncationis *Popularium* Librorum, quam perturbati ipsorum ordinis (§.319.) magis increscit. Quicquid sit in *Sileni* historia superius citata accurate perpendenda sunt sequentia (*i*): „ *Octava sudavit frigidum per totum sudorem*: *Papulæ cum sudore ru-*



(*a*) Ibid. Comment. III. p. 120. H.
(*b*) Popular. I. Sect. III. Ægr. I. p. 672.
(*c*) Ibid. Ægr. II. p. 673.
(*d*) Popular. III. Sect. II. Ægr. IV. p. 716.
(*e*) Ibid. Sect. III. Ægr. I. p. 729.
(*f*) Ibid. Ægr. II. p. 730.
(*g*) Ibid. Ægr. III. p. 732.
(*h*) Ibid. Ægr. XI. p. 738.
(*i*) Popul. I. p. 674.

*bræ*, *rotundæ*, *parvæ*, *velut vari permanebant*, *non abscedebant* ". Hæ Papulæ in greco textu *Exanthemata* scribuntur. *Galenus*, qui hujus per totam *Græciam* grassatæ Pestis efficientem Causam suæ *hypotesi* studens a perversis temporum constitutionibus perfracte repetere annixus est, in suis Commentariis Hippocratis mentem ubique prætervolavit; unde & in hac *Sileni* historia (*a*) verba *permanebant*, *nec abscessum efficiebant* (ut scribitur in sua versione) adhuc præterivit, sequentemque apposuit harum Papularum explanationem: „ *Quum robore virium septimum diem*, *ut dixi*, *potuerit superare*, *octavo papulas cum sudore habuit rubentes*, *rotundas*, *parvas*: *natura ejus morbo repugnante*, *& humorum superfluitatem malorum ad cutem propellente*. *Idque fuit causæ*, *cur die nono non sit mortuus*, *sed undecimo* ". At enimvero, verbum *permanebant* nemo non intelliget significare quod antea jam eruperant: nec Hippocrates has Papulas, si tertia vel quarta totius morbi die non apparuissent, criminari potuisset, quod *non abscederent*, ad suppurationem nimirum non pervenirent, probe doctus quemcumque abscessum ante tertium diem ut plurimum in pus non abire. De *Sacris* equidem *Ignibus* [ §. 226. ] scribebat: „ *Quibus enim ad suppurationem talium maturatio pervenit*, *horum plerique servabantur* ". Quid? quod hic ægrotus *cæpit ægrotare ex Lumbis*, *& caput gravitas tenebat*, *& colli distentio erat*, pathemata instantium Variolarum ex *Sydenhamo pathognomonica*, quibus & reliqua *Exanthematum* symptomata, *Febris acuta*, *prætordii distentio*, *vigiliæ*, *delirium* &c. supervenerunt? Equidem hujusce ægroti historia haud illius esset ponderis, ut probaret, Hippocratem Variolas, vel Morbillos agnovisse; neque si ei sequens adjiciatur (*b*): „ *Timonactis Filio ferme bimestri Pustulæ in cruribus*, *& in coxis*, *& lumbis ac imo ventre*, *& tumores valde rubicundi*. *His autem sedatis*, *convulsiones & comitiales fiebant*, *sine*

(*a*) Cl. III. Comment. III. in I. Hippocr. de Morb. vulgar. Libr. text. 19., p. 121. G.
(*b*) Popular. VII. n. LII, p. 872.

*sine Febribus, multis diebus; & mortuus est* ": Pustulæ in græco textu *Exanthemata*; Tumores, ibid. *Œdemata*. At ubi demonstratum fuerit, Variolas ac fortasse Morbillos sub idem tempus plurimosque annos per totam *Græciam* atque *Thraciam* immaniter fuisse grassatas, nulla causa est, cur præceptis potius opinionibus, quam historiæ & veritati adhæreamus.

§. 352. *Quibusdam Morbus regius accidit sexta die . . . Senioribus vero ad morbum regium res devenit*.] Hujus pathematis sub Ardentibus *Sacrorum Ignium* Consectariis nulla fit mentio: scribitur tamen (§. 252.): „ *Secessus autem biliosi* ". Sub illis ergo bilis in hepate non restitabat, utut a naturali statu esset perturbata, sed per choledochum ductum erumpens, alvum ad morbosos secessus provocabat. Hic vero obsignatis quavis de causa hepaticis ductibus, per quos eidem ad intestina est iter, ad corporis habitum translapsa est, morbumque regium effecit.

§. 353. *Populariter grassabantur etiam Dysenteriæ per æstatem . . . in Dysentericum statum delapsi superstites manserunt*]. *Per æstatem*. Post vulgatas jam vel adhuc vigentes Ardentes Febres §. 252. ait: „ *Lienterici multi, Dysenterici . . & multis quidem ipse morbus ad hoc devenit* ". Quod inter unam & alteram Dysenteriam intercedit discrimen, id quidem est, quod illis Febribus Ardentibus symptomatice & lethaliter, his autem critice & salubriter supervenerit: quod a diversa Atmosphæræ conditione, aliisque concurrentibus caussis enasci variis in locis hactenus est adnotatum.

§. 354. *Quibusdam circa judicationem sanguis non erupit, sed tubercula juxta aures excitata evanuerunt. Quæ ubi evanuissent, juxta sinistri lateris mollitudinem, & ad summam coxum gravitas fuit*.] Sub *Sacrorum Ignium* Ardentibus Febribus (§. 252.): „ *Tubercula foris, intus, circa inguina*. Hic *Sect. I.* [§. 320.]: „ *Tubercula circa aurem alteram multis erant, plurimis ex utrisque* "; *Sect.* vero *II.* (§. 337.): „ *Aut juxta aures tumores, qui non solvebantur, & nullam de se significationem præbebant &c.* Hæc omnia probe docent *Miasmata*, Parotidum glandulis impeten-

 dis

dis propria, harum Peſtilitatum principem *Epidemicum* fuiſſe comitata.

*§. 355. Mulieres porro multæ quidem ægrotarunt, pauciores autem quam viri, & pauciores etiam mortuæ ſunt.*] In tota *Sacrorum Ignium*, eorumque conſectariorum Morborum hiſtoria, nulla ab Hippocrate ægrotarum Mulierum habita eſt recordatio; ſed neque in præcedentibus temporis conſtitutionibus, ſi excipiamus, quod ſub Sacris Ignibus pro *Tabe §. 266.* hæc innuerit: *& Mulieres ſic* ": & in prima (*§. 320.*) de *Tuberculis* ſcripſerit: „ *Mulieribus vero paucis fiebant* ". Minime vero credendum, Mulieres enarratis *Epidemicis* Morbis haud fuiſſe impetitas, ſed firmiter tenendum, vel *Hippocratem* de his peculiari ſermone non pertractaſſe, vel, quas de ipſis exaraverat, annotationes ex ſuis tabellis (*§. 319. & 351.*) fuiſſe exciſas. Ab Hippocrate enim graphice deſcriptæ (*a*) peculiares Mulierum hiſtoriæ, omiſſis, quæ vel imperfectæ, mutilæ, vel addititiæ habentur, clare demonſtrant, Mulieres iiſdem, quam Viri, *Epidemicis* Morbis, ſymptomatibus, in generali eorum deſcriptione ſignatis, adamuſſim ſtipatis, occubuiſſe; &, quæ ab Hippocrate ſub harum hiſtoriarum initio recenſentur, cauſas, haud quidem efficientes, ſed procatarcticas, ſive melius concurrentes, fuiſſe; uti eaſdem hiſtorias accurate conſulentibus apertum eſſe poterit.

*§. 356. Plurimæ vero graviter ex partu laborarunt, & poſt partus inſuper ægrotarunt; & hæ maxime perierunt: veluti Telebuli filia, quæ ſexta a partu die mortua eſt.*] Ex hac *Hippocratis* obſervatione, bina e Scholis Medicis exturbari poterunt præjudicia: & quidem primum illorum, qui credunt Uterogerentes Naturæ, qua neſcimus, providentia, vel nunquam, vel perquam raro *Epidemicis* corripi Morbis,

(*a*) Popular. Lib.I. Sect. III. Ægr. IV. p. 675. Ibid. Ægr. V. p.676., Ibid. Ægr. XI. p. 681., Ibid. Ægr. XIII. p.683., Ibid. Ægr. XIV. p. 684. Lib. III. Sect.II. Ægr. VI. p.717., ibid. Ægr. VII. p. 718., Ibid. Ægr. IX. & X. p.719., Ibid. Ægr. XI. & XII. p. 720., Ibid. Sect. III. Ægr. II. p. 731., Ibid. Ægr. VII. p. 734., Ibid. Ægr. XI., & XII. p. 738., Ibid. Ægr. XIV. p. 740., Ibid. Ægr. XV. p. 741.

bis ; etsi Experientia compertum sit periculosius ab iisdem ægrotare : alterum eorum , qui quorumdam *Epidemicorum* Morborum , Puerperas invadentium , efficientes causas in Lochiorum vitia retulere ; uti passim hac doctrina referta sunt nonnullorum Recentiorum *de Purpura* Puerperarum scripta Commentaria. Puerperas suscipiendo Morbo *Epidemico* aptiores evadere, eumdemque Puerperis atque Uterogerentibus, quæ eas ægrotationis tempore invisunt, frequentius quam viris reliquisque affricare , rationi congruum credere fas est. In rerum Natura *Epidemicorum* Morborum , quorum existentia ex suis certis *Miasmatibus* sive *seminibus* certo promanat, novus nullus existit , quamquam noviter in Europam fuerit invectus . Nonnullarum Mulierum ab Hippocrate § 355. recensitarum historiæ , utpote *ex partu* , *& post partus* ex dominante *Epidemico* Morbo ægrotantium , & pereuntium, quid hac super re credendum sit , aperte docent : & hujus *Hippocratis* textus Analogiam §. 307. & 308. quam apte legentibus exhibent.

Περὶ δὲ ἀρκτῦρον ἑνδεκαταίοισι πολλοῖσιν ἐκρίνετο. καὶ τούτοισιν οὐχ αἱ κατὰ λόγον γενόμεναι ὑποστροφαὶ ὑπέστρεφον. ἦσαν δὲ κωματώδεες περὶ τὸν χρόνον τοῦτον· πλείω δὲ παιδία· καὶ ἔθνησκον ἥκιστα οὗτοι πάντων, περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι πληϊάδος καὶ ὑπὸ χειμῶνα παρείποντο μὲν οἱ καῦσοι. ἀτὰρ καὶ φρενιτικοὶ πλεῖστοι τηνικαῦτα ἐγένοντο· καὶ ἔθνησκον τούτων οἱ πλεῖστοι. ἐγένοντο δὲ καὶ μετὰ θέρος ὀλίγοι. τοῖσι μὲν οὖν καυσώδεσιν ἀρχομένοισιν ἐπεσήμαινεν, οἷσι τὰ ὀλέθρια ξυνέπιπτεν. αὐτίκα γὰρ ἀρχομένοισι πυρετὸς ὀξὺς, ἐπερρίγουν σμικρὰ, ἄγρυπνοι, διψώδεες, ἀδήμονες, ἀσώδεες· σμικρὰ ἐφίδρουν περὶ τὸ μέτωπον καὶ κληΐδας, οὐδεὶς δι᾽ ὅλου· πολλὰ παρέλεγον, φόβοι, δυσθυμίαι. ἄκρεα ὑπόψυχρα, πόδες ἄκροι, μάλιστα δὲ καὶ τὰ περὶ χεῖρας. οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσι. τοῖσι δὲ πλείστοισι τεταρταίοισιν οἱ πόνοι μέγιστοι, καὶ ἱδρὼς ἐπὶ πλεῖστον ὑπόψυχρος, καὶ ἄκρεα οὐκ ἔτι ἐθερμαίνοντο, ἀλλ᾽ ἦσαν πελιδνὰ καὶ ψυχρά. οὖρα τούτοις μέλανα, ὀλίγα, λεπτὰ, καὶ κοιλίαι ἐφίσταντο, καὶ οὐδ᾽ ἐδίψων ἐπὶ τούτοις, οὐδ᾽ ἡμοῤῥάγησαν ἐκ ῥινῶν, οὐδέ τισι ταῦτα ξυμπίπτει, ἀλλὰ σμικρὰ ἔσταξεν, οὐδὲ ἐς ὑποστροφὴν οὐδενὶ τούτων ἦλθεν, ἀλλ᾽ ἑκταῖοι ἀπέθνησκον ξὺν ἱδρῶτι. τοῖσι δὲ φρενιτικοῖσι ξυνέπιπτε μετὰ οὐ τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα, ἐκρί-

ἐκρίνετο δὲ τυτέοισιν ὅς ἐπὶ τὸ πυλὺ ἑνδεκαταίοισιν ἔςι δ' οἷσι καὶ εἰκοσαίοισιν. οἷσιν ὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἡ Φρενῖτις ἤρξατο, ἀλλὰ περὶ τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέρην, μετρίως ἔχυσιν ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ περὶ τὴν ἑβδόμην ἐς ὀξύτητα τὸ νόσημα μετέπεσε. Πλῆθος μὲν οὖν τῶν νυσημάτων ἐγένετο, ἐκ δὲ τῶν καμνόντων ἀπέθνησκον μάλιςα μειράκια, νέοι, ἀκμάζοντες, λεῖοι, λευκοχροεῦντες, ἰθύτριχες, μελανότριχες, μελανόφθαλμοι, ἡσυχῆ καὶ ἐπὶ τὸ ῥάθυμον βεβιωκότες, ὑψόφωνοι, ἰσχνόφωνοι, τρηχύφωνοι, τραυλοὶ, ὀργίλοι. γυναῖκες δὲ πλεῖςαι ἐκ τυτέυ τῦ εἴδεος ἀπέθνησκον. ἐν δὲ τῇ καταςάσει ταύτῃ ἐπὶ σημείων μάλιςα τεσσάρων διεσώζοντο. οἷσι γὰρ ἢ διὰ ῥινῶν καλῶς αἱμοῤῥαγῆσαι, ἢ μετὰ κύσιν ὖρα πολλὰ καὶ πολλὴν ὑπόςασιν καὶ καλὴν ἔχοντα ἔλθοι, ἢ μετὰ κοιλίην ταραχώδεα χολώδεα ἐπικαίρως, ἢ δυσεντερικὰ γένοιτο. πολλοῖσι δὲ ξυνέπιπτε μὴ ἐφ' ἑνὸς κρίνεσθαι τῶν ὑπογεγραμμένων σημείων, ἀλλὰ διεξιέναι διὰ πάντων τοῖσι πλείςοισι, καὶ δοκέειν μὲν ἔχειν ὀχληρωτέρως. διεσώζοντο δὲ πάντες, οἷσι ταῦτα ξυνέπιπτε. γυναιξὶ δὲ καὶ παρθένοισι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα σημεῖα πάντα. ᾗσι δὲ ἢ τύτων τὶ καλῶς ἐγένοντο, ἢ τὰ γυναικεῖα δαψιλῶς ἐπιφανείη, διὰ τυτέων ἐσώζοντο, καὶ ἔκρινε, καὶ ὐδεμίαν οἶδα ἀπολυμένην, ᾗσι τύτων τὶ καλῶς γένοιτο. Φίλωνος γὰρ τῇ θυγατρὶ ἐκ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη, ἑβδομαίη δὲ ὖσα ἐδείπνησεν ἀκαιροτέρως; (καὶ) ἀπέθανεν.

*Inferius descriptæ Ardentes Phreniticæque, atque Intermittentes mali moris Febres ab eadem profluxerunt Epidemica causa ac superius (§. 347.) exscriptæ; inque suis symptomatibus a Sacrorum Ignium* Confectariis *haud desciverunt.*

*Analogia quadragesimasexta.*

§. 357.

„ *Circa Arcturum autem multis undecima die judicatio facta est, & his recidivæ non pro ratione factæ reversæ sunt* (§. 266.). *Erant autem soporosi circa tempus hoc* (§ 252. 266.), *plures autem pueri: & hi omnium minime moriebantur. At vero circa æquinoctium, & usque ad Pleiada, & sub*

*sub Hyemem comitabantur quidem Febres Ardentes* [ §.252. ] *sed & Phrenitici plurimi tunc fiebant* [ ibid. ]: *& plerique horum moriebantur* [ ibid. ]; *fiebant autem & per æstatem pauci* [ §. 266. 290. ]. *Quum igitur Febres Ardentes inciperent, significationem de se præbebant, quibus pernicies immineret. Statim enim ab initio Febris acuta* [ §. 252. ], *parum insuper rigebant* [ ibid. ], *vigiles erant* [ ibid. ], *siticulosi, anxii* [ ibid. ], *parum exudantes circa frontem & claviculas* [ ibid. ], *nullus per totum* [ ibid. ]: *multum delirabant* [ ibid. ], *timores, tristitiæ, extremitates subfrigidæ, pedes summi, & maxime manuum summæ partes* [ibid.]. *Exacerbationes in diebus paribus* [ ibid. ]. *Plurimis autem quarta die dolores maximi, & sudores plerumque subfrigidi* [ ibid. ]; *& extremitates non amplius recalescentes, sed lividæ, subfrigidæ.* [ibid.]: *& neque sitiebant* [ibid.]. *Adhæc Urinæ bis nigræ, paucæ, tenues* [ibid], *& alvi sistebantur: neque sanguis e naribus erupit ulli ex his quibus hæc accidissent, sed parum stillavit* [ ibid. ]. *Neque ad recidivam ulli horum res devenit. Sed sexta die mortui sunt cum sudore* [ ibid. ]. *Phreniticis autem acciderunt præscripta non omnia. Judicabantur autem his plerumque die undecima, quibusdam vigesima. Quibus non statim ab initio phrenitis cœpit circa tertiam aut quartam diem, sed moderate habebant* [ ibid. ] *primo tempore, his circa septimam morbus ad acutiem transiit. Magna itaque erat Morborum multitudo* [ ibid. & §. 266. ]. *Ex ægris autem maxime moriebantur adolescentes, juvenes, in vigore ætatis constituti, leves, subalbicante cute, rectos itemque nigros capillos habentes, & oculos nigros, & qui in quiete & ocio vixerant, & alta voce, aut gracili, aut aspera præditi, balbi, iracundi; & Mulieres plurimæ ex hac specie moriebantur. At in hac constitutione ex quatuor signis maxime servabantur: quibus videlicet sanguis e naribus probe erupisset* [ §. 347. ]; *aut Urinæ multæ, & multam subsidentiam habentes per vesicam prodiissent* [ ibid. ]; *aut per ventrem turbata, biliosa tempestive processissent* [ §. 243. ]: *aut qui dysenterici facti essent*

*ſent* [ §. 347. ]. *Acciditque multis ut non ex uno præſcriptorum ſignorum judicarentur, ſed per omnia percurrerent: & gravius quidem habere videbantur; conſervabantur autem omnes, quibus hæc accidiſſent. Mulieribus autem & virginibus accidebant item præſcripta ſigna omnia. Quibus autem vel horum quippiam bene accideret, aut menſes large apparerent, per hæc ſervabantur ac judicabantur* (ibid.): *neque ullam interiiſſe novi, cui ex his aliquid accidiſſet* (ibid.). *Philonis enim filiæ ſanguis ex naribus large fluebat: ſeptima autem die intempeſtivius cœnavit, & mortua eſt*". Hippocrates Popular. I. Sect. II. a pag. 665. ad 667.

§. 358. *Ex ægris autem maxime moriebantur adoleſcentes &c.* ] Exceptis Pueris, de quibus paullo ſupra dixit: „ *& hi omnium minime moriebantur*, ſenibuſque, quorum non meminit, reliquorum cujuſvis ætatis, quavis Corporis textura vel temperamento præditi homines plurimi ex peſtilentibus Ardentibus Phrenitiсiſque Febribus interibant, utpote quia magna harum fuit popularis graſſatio; quæ Peſtilentis Morbi ſub una forma ferocientis alterum eſt pathognomonicum ſignum.

§. 359. *Mulieres plurimæ ex hac ſpecie moriebantur.*] *Epidemicorum* Morborum proprium eſt, omnis ætatis & utriuſque ſexus homines invadere; pro diverſa tamen corporum ægrotorum conditione magis in his, quam in aliis ſævire.

§. 360. *At in hac conſtitutione ex quatuor ſignis maxime ſervabantur, &c.*] Lethalis Ardentium Febrium, *Sacrorum Ignium* quæ ſoboles fuerunt, eventus ab Hippocrate (§.252.) hiſce relatus fuit: „ *Nec vero aliud aliquod judicatorium ita habentibus fiebat: neque enim ſanguis bene erumpebat; neque alius aliquis conſuetus abſceſſus judicatorius fiebat*;“ & quidem graſſantibus ſub idem tempus *Ignibus Sacris*: Hi vero in *Thaſo* (§.329.) jam daflagraverant; unde nonnullis ex Ardente Febre illorum confectaria præhenſis ſalutares contigerunt abſceſſus, faventibus reliquis concurrentibus cauſis.

Οἷσιν

Οἷσιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσι, μᾶλλον καυσώδεσιν, ἀκέσια δάκρυα παραῤῥεῖ, τουτέοισιν ἀπὸ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίην προσδέχεσθαι, ἢν μὴ καὶ τἄλλα ὀλεθρίως ἔχωσιν· ἐπὶ τοῖσι γεφλαύρως ἔχουσιν οὐχ αἱμοῤῥαγίην, ἀλλὰ θάνατον σημαίνει. τὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐν πυρετοῖσιν ἐπαιρόμενα μετ' ὀδύνης ἔστιν οἷσιν, ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κρισίμως οὔτε καθίσατο, οὔτε ἐξεπύει, τουτέοισι διάῤῥοια χολωδέων, ἢ δυσεντερίη, ἢ παχέων οὔρων ὑπόστασις γενομένη λύει· οἷον Ἑρμίππο τῷ Κλαζομενίῳ. τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας, ἐξ ὧν καὶ διαγινώσκομεν, ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοια· οἷον οἱ δύο ἀδελφεοὶ, (οἳ) κατέκειντο παρὰ τὸ θέατρον Ἐπιγένεος, (καὶ) ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην νοσέειν. τουτέων τῷ πρεσβυτέρῳ ἔκρινεν ἕκτη, τῷ δὲ νεωτέρῳ ἑβδόμη. ὑπέστρεψεν ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην, καὶ διέλιπεν ἡμέρας ἓξ μὲν τῷ ἑτέρῳ, τῷ δὲ ἑτέρῳ πέντε. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἐκρίθη ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὸ ξύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισιν. ἔκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισιν ἑκταίοισι, διέλιπον ἕξ, ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἔκρινε πεμπταίοισιν. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἑβδόμη ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τρίτη. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διαλιπόντας τὴν τρίτην ἔκρινεν ἑβδόμη, οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑκταίοισι, διαλιπόντας ἕκτην ἐλάμβανε τρίτη. οἷσι δὲ ἔλιπε πρώτη, ἐλάμβανε καὶ ἔκρινε πρώτη· οἷον Εὐάγοντι τῷ Δαϊθάρσεος. οἷσι δὲ ἔκρινον ἕκτη, διέλιπεν ἑβδόμη. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τετάρτη· οἷον τῇ Ἀγλαΐδου θυγατρί. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ τουτῷ τῷ τρόπῳ διενόσησαν. καὶ οὐδένα οἶδα τῶν περιγενομένων, ᾧ τινι οὐχ ὑπέστρεψαν μετὰ λόγον αἱ ὑποστροφαὶ γενόμεναι. καὶ διεσώζοντο πάντες, ὡς ἐγὼ οἶδα, οἷσιν ἂν ὑποστροφαὶ διὰ τοῦ εἴδεος τούτου γενοίατο. οὐδὲ τῶν διανοσησάντων διὰ τούτου τοῦ τρόπου οὐδενὶ οἶδα ὑποστροφὴν γενομένην πάλιν. ἔθνησκον δὲ ἐν τοῖσι νοσήμασι τουτοίσιν οἱ πλεῖστοι ἑκταῖοι· οἷον Ἐπαμινώνδας, καὶ Σιληνὸς, καὶ Φιλίσκος ὁ Ἀνταγόρεω. οἷσι δὲ τὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐγένετο, ἔκρινε μὲν εἰκοσταίοισι, κατέσβη δὲ πᾶσιν, οἷσιν οὐκ ἐξεπύησεν, ἀλλ' ἐπὶ κύστιν ἐτράπετο. Κρατιστώνακτι, ὃς παρὰ Ἡρακλεῖ ᾤκει, καὶ Σκύμνου τοῦ γναφέως θεραπαίνῃ ἐξεπύησε. (καὶ) ἀπέθανον· οἷσι δ' ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἐννέα, ὑπέστρεψεν, ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς τεταρταίοισιν. οἷσι δ' ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἕξ, εἶθ' ὑπέστρεψε, καὶ ἑβδομαίοισιν ἔκρινεν· οἷον Φανοκρίτῳ, ὃς κατέκειτο παρὰ Γνάθωνι τῷ γραφεῖ.

*Ex Febrium Ardentium grassatione nonnulla Criticorum dierum exempla ab Hippocrate scripta sunt.*

§. 361.

„ *Quibus in Febribus acutis, magis ardentibus, lachrymæ invitæ defluunt, his Sanguinis a naribus eruptionem expectare oportet, si etiam alia perniciose non habeant. Nam his qui male habent, non Sanguinis eruptionem, sed mortem significant. Tubercula juxta Aures in febrientibus cum dolore oborta, quibusdam Febre judicatorio modo deficiente, neque sedantur, neque suppurantur; hæc biliosum alvi profluvium, aut Dysenteria, aut crassarum urinarum subsidentia solvit: velut Hermippo Glazomenio. Judicationes autem ex quibus cognoscimus, aut similes sunt, aut dissimiles: velut duo Fratres, qui simul eadem hora ægrotare cœperunt. Decumbebant autem juxta theatrum Epigenis fratres. Horum seniori sexta die judicatio facta est, juniori vero septima. Recidiva facta est utrisque simul eadem hora. Intermisit dies quinque. Ex recidiva judicatio facta est utrisque simul in totum, die decimaseptima. Plurimis autem sexta die judicatio facta est, intermisit sex. Ex recidivis autem judicatio facta est quinta die. Quibusdam vero septima judicatus est Morbus, & septem diebus intermisit. Ex recidiva vero judicatus est tertia. Quibusdam autem judicatus est quinta, intermisit septem, rediit per tres, intermisit unam, insuperque unam rursus occupavit: Aliquibus vero judicatus est sexta; intermisit sex, rediit per tres, intermisit unam, & una judicatus est: velut Evagonti Daipharsis filio. Quibusdam autem judicatus est sexta, intermisit septem: ex recidiva vero judicatus est quarta: velut filiæ Aglaidæ. Plerique igitur ex his, qui ægrotarunt in hac constitutione, hoc modo ægrotarunt: & nullum novi ex his, qui superstites manserunt, cui non rediissent recidivæ secundum rationem factæ: & servati sunt omnes quos ego novi, quibus hoc genus recidivæ factæ sunt. Neque ægrotantium hoc modo ullum aliquem novi, quem recidiva iterum repetiisset. Moriebantur autem in morbis his plurimi sexta die: velut Epaminondas, & Sile-*

*lenus. & Philiscus Antagoræ filius. Quibus autem tubercula juxta aures facta essent, his judicatio facta est vigesima die. Restincta autem ac sedata sunt omnibus, & non suppurata sunt, sed ad vesicam conversa. Cratistonacti, qui apud Heracleum habitabat, & Scymni fullonis ancillæ suppuraverunt, & mortui sunt. Quibus autem judicatus est septima die, intermisit novem, reversus est Morbus. Judicatus est ex recidiva quarta die. Quibus autem judicatus est septima die, intermisit sex: deinde rediit, & judicatus est septima, velut Phanocrito, qui decumbebat apud Enathonem pictorem*". Hippocrates Popular. I. Sect. II. a p. 667. ad 669. cit. edit.

§. 362. *Quibus in Febribus acutis, magis ardentibus, lachrymæ invitæ defluunt &c.* ] Hæc generalia *Hippocratis* dogmata, &, quæ eadem sequuntur, circa dies Criticos in Ardentibus observationes, eo intuitu ex *Epidemicorum* Morborum exscriptis grassationibus exturbare non autumavimus, ut in propatulum veniret, Hippocratem, quas cusit, Aphoristicas sententias, haud ex hypothetico quodam systemate, sed ex pluries repetitis Morborum eventibus, condidisse; & ut Criseös, dierumque Criticorum Contemptoribus perspicuum evaderet, magnum Senem haud ex Pythagoricis numeris, ut ipsi opinantur, sed ex invincibili Morborum, Naturæque motuum, satis constantium, si a Medico non pervertantur, contemplatione, dierum Criticorum doctrinam sub Acutis Morbis definiisse. Si hæc probe assequamur, nulli dubitamus, quin rei Medicæ Cordatiores animadvertere non omittent, *Therapeiam*, satis huc illuc dispersam, in rectam viam reduci non posse, nisi ad Hippocraticam Normam eamdem componamus.

§. 363. *Moriebantur autem in morbis his plurimi sexta die: velut Epaminondas, & Silenus, & Philiscus Antagoræ filius.* ] Epaminondæ historiam vel amisimus, vel non scripsit. Silenus alter fuit ab eo, cujus integram historiam dedit (*a*), & qui *undecima mortuus est*. Philiscus idem est ac

 ægro-

(*a*) Popular. I. Sect. III. Ægr. II. p. 673.

ægrotus primus *Sectionis tertiæ* (a) de quo relatum: „ *Circa meridiem sexta die mortuus est* ". In his Hippocratis diligentia posteris imitanda præfulget.

Ὑπὸ δὲ χειμῶνα περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς καὶ μέχρις ἰσημερίης, παρέμενον μὲν οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικὰ, καὶ ἔθνησκον πολλοί. αἱ μεν τοι κρίσιες μετέπεσον. καὶ ἐκρίνετο τοῖσι πλείστοισιν ἐξ ἀρχῆς πεμπταίοισι, διέλιπε τεταρταίοισιν, ὑπέστρεψεν. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε πεμπταίοισι, τὸ δὲ ξύμπαν τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι. ἔκρινε δὲ παιδίοισιν οὕτω τοῖσι πλείστοισιν, ἀτὰρ καὶ πρεσβυτέροισιν, ἔστι δ' οἷσιν ἔκρινεν ἑνδεκαταίοισιν, ὑπέστρεψε τεσσαρεσκαιδεκάτη, ἔκρινε τελείως εἰκοστῇ. εἰ δέ τινες ἐπεῤῥίγουν περὶ τὴν εἰκοστὴν, τουτέοισιν ἔκρινε τεσσαρακοστῇ. ἐπεῤῥίγουν δὲ οἱ πλεῖστοι περὶ κρίσιν τὴν ἐξ ἀρχῆς, οἱ δ' ἐπιῤῥιγώσαντες ἐξ ἀρχῆς περὶ κρίσιν, καὶ ἐν τῇσιν ὑποστροφῇσιν ἅμα κρίσει ἐπεῤῥίγουν. ἐπεῤῥίγουν δὲ ἐλάχιστοι μετὰ τοῦ ἦρος, θέρεος πλείους, φθινοπώρου ἔτι πλείους, ὑπὸ δὲ χειμῶνα πολὺ πλεῖστοι. αἱ δ' αἱμοῤῥαγίαι ὑπέληγον.

*Criticorum dierum alia exempla adhuc probe adnotanda.*

§. 364.

„ *Sub hyemem circa solstitium hybernum, & usque ad æquinoctium, perseverabant quidem & Febres ardentes, & Phrenitides, & multi moriebantur. Judicationes tamen transmutatæ sunt, & judicatio facta est plurimis ab initio die quinta, intermisit quarta, recidiva facta est: ex recidiva vero judicatio facta est quinta die: In summa quatuordecim diebus. Sic autem facta est judicatio pueris plurimis imo etiam senioribus. Quibusdam vero Morbus judicabatur die undecima; revertebatur decimaquarta, judicabatur perfecte vigesima. Si vero aliqui insuper riguissent circa vigesimam, his judicabatur quadragesima. Superriguerunt autem plurimi circa judicationem ab initio. Qui vero circa judicationem ab initio riguerunt, etiam in recidivis una cum judicatione riguerunt. Riguerunt autem paucissimi vere, æstate plures, autumno*

(a) Ibid. p. 672.

*tumno adhuc plures, hyeme longe plurimi. At Sanguinis eruptiones cessabant*". Hippocrates Popular. I. Sect. II. a p. 669. ad 670. cit. edit.

§. 365. *Judicationes tamen transmutatæ sunt &c.* ] Si accurate quæ circa dies criticos ab Hippocrate per experientiam ( §. 361. 364. ) adnotata sunt, meditentur, haud tam longe a veritate recedere videtur, qui Criticorum dierum rationem sub exscriptis *Epidemicis* Morbis tria constituisse decreverit; I. ipsorum *Miasmata*, tanquam efficiens causa; II. dominatrix temporis tempestatisque constitutio; & III. diversa ægrotantium corporis conditio, veluti causæ concurrentes. At horum non est hic locus.

§. 366. *At sanguinis eruptiones cessabant.*] Equidem deminutis per hybernum tempus vividis Naturæ motibus, morbosa *Miasmata* per hæmorrhagiam e corpore expellere satagentis.

## ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ

*τὸ δεύτερον.*

## ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἄνθρακες ἐν Κρανῶνι θερινοί. ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ δι' ὅλου. ἐγένοντο δὲ μᾶλλον νότῳ, καὶ ἐπεγίνοντο μὲν ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες, ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον. εἶτα φλυκταινίδες, ὥσπερ πυρίκαυστοι, διανίσταντο, καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον. ἐν καύμασιν ἀνυδρίης, οἱ πυρετοὶ ἀνιδρῶτες τὰ πλεῖστα. ἐν τοῖσι δὲ, ἢν ἐπιψεκάσῃ, ἱδρωτικώτεροι γίνονται κατ' ἀρχάς. ταῦτα δυσκριτότερα μένει, ἢ ἄλλως. ἀτὰρ ἧσσον, εἰ μὴ εἴη διὰ ταῦτα, ἀλλὰ διὰ τῆς νούσου τὸν τρόπον. οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θερινῇσι μᾶλλον γίνονται, ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν· ἐπιξηραίνονται δὲ μᾶλλον θέρεος.

HIP-

*Liber Secundus.*

SECTIO PRIMA.

*In sequenti Hippocratis textu paucis adjectis ex textu §.252., non obscura reperitur ratio conjectandi, Hippocratem adhuc Morbillos cognovisse.*

§. 367.

,, *Carbunculi in Cranone æstivi: pluebat in ardoribus aqua larga. Contingebat hoc per totum, & maxime ab austro: & subnascebantur quidem in cute Sanies; dum autem intro concipiebantur, calescebant, & pruritum inducebant: deinde Pustulæ, velut ab igne inustæ excitabantur: & sub cutem uri sibi videbantur, in ardoribus siccitatis. Febres plerumque citra sudorem. In his vero si minutæ imbris guttæ deciderint, magis sudatoriæ fiunt ab initio. At hæc difficiliora judicatu manent, quam aliter. Attamen minus, si non propter hæc fuerint; sed propter morbi modum. Febres ardentes in æstivis magis fiunt, & in aliis temporibus: resiccantur autem magis æstate*". Hippocrates Popular. II. Sect. I. a pag. 684. ad 685. cit. edit.

§.368. *Popularium Liber secundus.*] Quisquis rei medicæ Peritus hunc *Popularium* librum legerit, minime inficias iverit, quæ in eo scripta sunt, aut ad memoriam ut revocarenrur, & aptiori disponerentur ordine, scripta esse; aut nimium corrupta, discissa, obtruncataque ab iis qui Hippocratis Opera collegerunt fuisse vulgata. Particularia enim vix signata generalibus effatis, & quidem extra locum positis, mixta sunt. Quicquid interim hac super re opinari velimus, procul dubio concedere debemus, Hippocratem quoddam *Exanthematici* Morbi genus spectasse, potioraque ejus signa sub hujus libri initio innuisse. Cujusnam vero fuerit speciei, id quidem est, quod pro nostra virili parte investigare nitimur.

§.369. *Carbunculi in Cranone æstivi.*] *Carbunculi*, in græco

co textu *Anthraces*. Hoc *Exanthema* sæpissime per æstatem perque Autumnum ubique locorum ex causis sporadicis, ac sub cœlo palustri *endemicis* ortum ducit, mortemque non semel advocat; sed ab hisce causis nulla *contagione* munitum incedit: Est etiam *pathema bubonicæ* Pestis, & plerisque tam huic individuum, ut eo absente de Pestis absentia hactenus decreverunt: Demum est *pathema* Variolarum atque Morbillorum, ut §. 261. demonstratum, & ut Medicinæ Exercitatissimi optime norunt. At cujusnam generis fuerunt, quos hic *Hippocrates* nominat *Anthraces æstivi*? Ex nudo eorum nomine id nos hariolari nequimus. *In Cranone*. ] Thessaliæ erat Civitas, *Athenis* proprior quam *Thasus*; & si Hippocratis Popularium Libri juxta annorum seriem, qua ipse *Epidemicos* relatos Morbos & observavit & descripsit, ordinati sunt; jam liquet, quos in *Cranone* spectavit, post illos, qui in *Thaso* vulgati fuerunt, contigisse; postquam videlicet exotica *Epidemicorum* Morborum Miasmata *Thraciam* totamque *Græciam* occupassent.

§. 370. *Et subnascebantur quidem in cute Sanies; dum autem intro concipiebantur, calescebant, & pruritum inducebant*. ] *Sanies*, in græco textu *Ichores*; sed *Ichores* fine ulceribus nullæ sunt: dum vero hæc pruritum potius, ubi calescebant, inducerent, quam dolorem, parvissima esse debuerint. Constituerintne solivaga unum ex *Exantematicis* Morbis, *Miliarem*, sive *Purpureum*, vel potius *Morbillosum*, an fuerint alterius symptomata, quis pro certo dederit?

§. 371. *Deinde Pustulæ, velut ab igne inustæ, excitabantur; & sub cutem uri sibi videbantur, in ardoribus siccitatis*. ] *Pustulæ*, in græco textu *Phlyctænides*. Sub *Sacris Ignibus* Hippocrates præ cæteris hæc recensuit (§. 252.): *Erumpebant etiam in aliis ulceribus multa, & in pudendis. Carbunculi per æstatem multi, & aliæ quæ seps vocantur, Pustulæ magnæ*: ubi *Pustulæ magnæ* in græco textu *Ecthymata megala* leguntur; & Galenus hic (*a*) verbum *Ecthymata* hisce in-

(*a*) Cl. III. Comment. III. in III. Hippocr. de Morb. vulgar. Libr. text. 51. p. 145. A.

interpretatus est verbis: „ *Apertum est ab* ecthyen, *quod est* exorman, *idest erumpere derivatum esse* Ecthymasi, *idest* Papulis, *nomen, in iis quæ sponte* extuberabant in cute. *Hæc constant superfluis scilicet humoribus. Atque qualitatem etiam non injuria subsequuntur, quum tenues humores* exulcerationem *potius, quam* tumores *creent: at crassi* in tumorem pellem *attollunt*". *Ballonius*, uti notavimus §.4. inter *Exanthemata* & *Ecthymata* nullum vel exiguum admittit discrimen, nisi quod illa *efflorescunt*, hæc vero ex *Gorræo*, *erumpunt*, sive *impetu foras prodeunt*. Apud *Stephanum Blancardum* (*a*) *Phlyctæna* sic definitur: „ *Phlyctæna, sive Papula, est* Pustula, *vel vesicula in cute excitata, alba, basi inflammata, rupta dolens; oriunda a stagnatione Lymphæ in vasis lymphaticis, vel a ruptione & effusione lymphæ ex suis vasculis*"; *Ecthymata* vero sic definiuntur (*b*): „ *Ecthymata sunt* Pustulæ, *sive cutis quædam efflorescentiæ, ut in Variolis &c.*". *Cornelius Celsus*, qui *Epidemica Exanthemata* certe nulla vidit, sed ex Græcorum Codicibus fere omnia comparavit, hæc loquutus est (*c*): „ *At Pustulæ maxime vernis temporibus oriuntur. Earum plura genera sunt. Non modo circa totum corpus, partemve* aspredo *quædam fit similis his Pustulis, quæ ex* urtica, *vel ex* sudore *nascuntur*, Exanthemata *Græci vocant, eaque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt. Nonnunquam* plures *similes* varis *oriuntur; nonnunquam majores Pustulæ lividæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato, subestque his humor; ubi hæ ruptæ sunt, infra quasi* exulcerata caro *apparet*, Phlyctænæ *græce nominantur*". Quum itaque extra dubitationis aleam positum sit, tam *Phlyctænas*, quam *Ecthymata* significare Pustulas tum Variolis cum Morbillis simillimas; dum *Hippocrates* hoc Pustularum genus *epidemice* grassatarum (§. 252. 367. ), *Sacrorum Ignium* nomine haud insignivit, clare patet, hanc *Exanthematum* speciem ab

(*a*) Lexic. Medic. Vol. II. p. 955. Edit. Lipsiæ, 1772.
(*b*) Ibid. vol. I. p. 449.
(*c*) Lib. V. Cap. XXVIII. apud Medic. antiq. omn. &c. p. 39.

ab illis distinctam voluisse; nec alium Morbum quam, quem nos *Morbillos* vocamus, descripsisse. Hanc nostram fulcitur conjecturam exacta, utut paucorum, quæ Hippocrates innuit, harum Pustularum pathematum cum *Morbillorum* pathematibus comparatio, quam nobis Ill. *Sauvagesius* hic exhibet adstruendam: „ *Morbillis*, inquiens (*a*), *ingruentibus horror adest & calor, se mutuo excipientes; dolet caletque intense caput; æger siticulosus, inquietus, vigil, & tussiculosus est: Ardorem in faucibus sentit; involuntarie lacrymatur; nausea & vomitu corripitur*; musculi veluti trepidare videntur, & punctiones in cute ægrotum *divexant* ( *in Hippocratis textu:* „ dum autem intro concipiebantur, calefcebant, & pruritum inducebant ". ): *Febris in principio emicat, quæ paulatim accenditur; his delirium fere semper adjungitur: Ingravescentibus symptomatis æger difficile respirat*, externus corporis habitus calet & veluti inflammatur ( *apud Hippocratem*: „ & sub cutem uri sibi videbantur ". ): *tuncque* Tumores exigui, acicularum capita æmulantes erumpunt ( *ab Hippocrate*: „ subnascebantur quidem in cute Sanies . . & pruritum (§.370.) inducebant ". ); *qui* paulo post expansi, & plani rubent ( *ex Hippocrate*: „ deinde Pustulæ, velut ab igne inustæ excitabantur ". ). *Morbillis eruptis symptomata mitescere incipiunt, nisi &c.* " Qui in *Cranone* vulgati sunt Morbilli *boni moris* esse potuerunt, nec Hippocratis ulteriorem attentionem meruisse in reliquis ipsorum symptomatis exarandis; præsertim si quæ præcipua de iis adnotavit, tanquam commentaria, [§.368.] sibimetipsi scripsit. Si hæc, qualiscunque sit, *Hippocratis* textus interpretatio admittatur, vulgatos per id temporis Anthraces Praxeös Exercitatissimi ex ipsis Morbillis facile repetent. Quibus vero hæc non arriserint, nos instruant, quodnam *Exanthematici* Morbi genus, & quidem *Epidemici*, sub *Ecthymatum* & *Phlyctænidum* vocabulis Hippocrates descripserit?



(*a*) De Morb. Infant. Cap.XXX, Art.II. p. 146.

*Superius [ §. 371. ] investigatæ Morbillorum origini, eorum chronologica historia, vel ab iis, qui ipsorum vetustatem denegant, hactenus proposita, simul & eorumdem in cunctis phænomenis atque symptomatibus numeris omnibus consors cum Variolis affinitas, suffragantur.*

*Analogia Quadragesimaseptima.*

§. 372. *Deinde Pustulæ velut ab igne inustæ.* Tam indissolubili nodo *Morbilli* Variolis conjuncti sunt, ut a *Rhaze*, primo harum Pestilitatum accurato Scriptore, ad nostra usque tempora Medicorum fere nullus fuerit, qui Morbillosam a Variolosæ Pestis pertractatione secreverit. Si igitur *Hippocratis* diebus Variolæ per plures annos *Athenas*, plurimasque *Thraciæ* ac *Græciæ* Civitates ( Concl. XXII. & XXIII. ) populatæ sunt; & satis firma Morbillorum sub idem tempus grassatorum indicia apud ipsum *Hippocratem* comperiuntur ( §. 371. ); nulla subest explorata ratio, cur Senem Coum Morbillosam Pestilitatem compertam habuisse denegemus: „ *Magnam* ( Ill. est *Meadius*, Morbillos Morbum apprime novum perfracte contendens, qui loquitur (*a*)) *cum Variolis* affinitatem *habent* Morbilli, *utpote qui* eamdem originem fortiti, in iisdem gentibus nati [ §. 82. ], *atque eodem modo*, contagione *nimirum*, *in dissitas regiones sparsi sint* ( § 83. ); nec plus vice simplici [ §. 154. ] *quemquam corripiant* ". Quid? quod ex *Sennerto* vel ipsis Variolis atrociores dicantur: „ *Morbilli*, inquit (*b*), *quasi parva Pestis*. Il Morbo *enim* [ §. 69. ] *Italis in specie* Pestis *dicitur* ( id forsan a Thucydide petierunt ): *habentque Morbilli hoc nomen*, *quod* Pesti *magis cognati sint*: *sunt enim* Variolis *deteriores* ". At inspiciamus oportet num cum Variolis in omnibus revera conveniant, & quidem instituta inter has Pestes analogia. Jam nuper (§. 371.) ex Ill. *Sauva-*

(*a*) Oper. Medic. Lib. de Variol. & Morbill. Cap. VI. p. 49.
(*b*) Tom. III. Lib. IV. de Febr. Cap. XII. p. 178.

*vagesio* didicimus Morbillorum eruptionem præcedere *horroris calorisque vicissitudinem* [ §. 295. ] ; *Capitis dolorem & calorem intensum* [ §.93. ]; *sitim* ( §.110. ); *inquietudinem* [ §.112. ]; *vigiliam* [ ibid. ]; *tussim* [ §.93. ]; *Faucium ardorem* [ ibid. ]; *involuntarias lacrymas* [ §. 98. ] ; *nauseam* , *& vomitum* [ §. 93. & 100. ] ; *musculorum trepidationem* [ §. 93. ] *Cutis punctiones* [ §. 98. ] ; *acutam Febrim* [ §.201. ]; *Delirium* [ §.98. ] ; *difficilem Respirationem* [ §.95. ] *totius Corporis æstum*, *& veluti inflammationem* [ §. 97. ]; quæ omnia *exiguorum tumorum eruptio consequitur* [ §. 107. ]: sed majora supersunt comparanda , & quidem ex *Sydenhamo* , qui fere integram hujus diræ Pestis descriptionem posteris meditandam tradidit: ex quo solummodo , quæ superius comparata non sunt , paragraphorum citatione notabimus, ut nostri afferti veritas magis elucescat: ,, *Ortum* , ait ( *a* ) , *habet hic Morbus* ( Morbillus ) , *atque occasum temporibus supra notatis* ( ab Januario nimirum ad Julium usque ). *Infantes plerumque aggreditur* ( ob rationem §. 74. & alibi indicatam ) , *omnesque adeo ex illis iisdem mœniis conclusos* [ §. 295. ]. *A rigore atque horrore , calorisque & frigoris , quæ se mutuo primo die expellunt, inæqualitate , tragædiam orditur ; tandem affulgente secundo die in Febrim consumatam desinit* , *vehementi ægritudine* ; *siti* ; *inappetentia* [ §.207. ] ; *lingua alba* , *non vero sicca* ; *tussicula* ; *capitis atque oculorum gravedine* ; *& somnolentia perpetua* ( §. 210. ] *stipatam* . *Plerumque etiam e naribus atque oculis stillat humor* ; *atque hujusmodi lacrymarum in oculos effusio certissimum est signum Morbillorum ingruentium*: *Cui & hoc addendum haud minus certum*, *quod*, *etsi in facie* Exanthematum *specie hic affectus ut plurimum se prodit* [ §. 119. ] , *in pectore tamen non tam Exanthemata* , *quam Maculæ latæ ac rubræ superficiem cutis non superantes* ( §.295.) *conspiciuntur* : *sternutat æger tanquam a suscepto frigore* ( §. 93. ) ; *intumescunt palpebræ* ( §.295.) ; *vomit sæpius*, *tamen laborat diarrhœa cum dejectionibus coloris subviridis* (§.93.).



(*a*) Tom. I. Sect. IV. Cap. V. p. 68.

( §.93. ). *Dentientibus tamen id convenit. Infantes etiam per hunc morbum solito sunt morosiores. Ingravescunt ut plurimum symptomata ad quartum usque diem* [ §.295. ]; *quo tempore plerumque ( licet ad diem quintum aliquando differantur ) circa frontem & reliquam faciem Maculæ parvæ rubræ, pulicum morsibus persimiles, prodire incipiunt* ( §. 107. 295. ); *quæ tam numero quam magnitudine auctæ racematim coalescunt* [ §.198. ], *& faciem Maculis rubris majusculis variæ figuræ* [ §. 196. ] *interstingunt. Quæ quidem Maculæ rubræ a parvis quibusdam Papulis rubris* [ §. 107. 217. ] *haud longe ab invicem dissitis, supra cutis superficiem paululum elevatis constantur; quarum protuberantia, digito leviter adacto, tactu potest deprehendi, licet oculorum longius remotorum aciem fere effugiat. A facie, quam primo solam occupat* [ §.119. 217. 295. ], *sensim ad pectus, ventremque, crura deinde ac tibias se diffundunt hæ Maculæ* [ ibid. ], *licet truncum atque artus rubore inficiant tantum* [ §.107. ], *nulla eminentia sensibili cutis æqualibitatem transgressæ. Eruptione Morbillorum non perinde deliniuntur symptomata, atque Variolarum* [ §. 297. ]. *Vomitum tamen post eruptionem nunquam observavi: Tussicula nihilominus, Febrisque intenduntur cum spirandi difficultate, oculorum debilitate, defluxioneque in eosdem decumbente, somnolentia perpetua, atque inappetentia, uti prius adhuc perseverantibus. Die sexto aut circiter, Frons & Facies asprescunt, emorientibus Pustulis, ruptaque cuticula* [ §. 242. ], *& per id temporis Maculæ per reliquum corpus & latissimæ sunt, & maxime rubescunt* [ §. 242. 295. ]. *Octavo circiter die Maculæ in facie evanescunt* [ ibid. ], *& vix in reliquo corpore cernuntur* [ ibid. ]. *Nono vero nullæ sunt prorsus, facie atque artubus, quandoque & toto corpore quasi farina consperisis* [ §.228. 242. ], *particulis scilicet disruptæ cuticulæ paululum elevatis & vix cohærentibus, quæ morbo jam abituriente in frusta distrahitur, & postea a toto corpore squamularum forma decidit* [ ibid. ]. *Evanescunt itaque Morbilli die fere octavo, quo tempore vulgus* [ *a spatio, paullo quidem majori quo perdurare solent Variolæ deceptum* ] *eosdem intro-*

*troverti affirmat ; licet revera illi cursum a natura destinatum absolverint, & symptomata, quæ iisdem recedentibus superveniunt* [ §. 295.], *ex eo nata autumat, quod justo citius se intro Morbilli receperunt. Observare enim est Febrim* [ ibid. ], *atque spirandi difficultatem tunc temporis augeri, importunius urgere tussiculam* [ §. 214. ], *ita ut nec interdiu, nec etiam noctu fere somnus possit obrepere. Infantes præsertim . . . huic malo sunt obnoxii, quod Morbillis jam facessentibus se ostendit, unde in Peripneumoniam conjiciuntur, quæ plures jugulat, quam aut Variolæ ipsæ, aut symptoma quodcunque ad eum spectans Morbum, licet omni prorsus periculo vacent Morbilli, si modo perite tractentur* ( adjicere hic consonum erat: *& boni sint moris*: quum maligni adhuc perite tractati plurimos interfecerunt ). *His etiam non raro accidit Diarrhœa, quæ vel Morbum statim excipit* [ §. 206. ], *vel etiam ad plures septimanas excurrit, post Morbi omniumque ejus symptomatum fugam, haud sine magno ægri discrimine, in quo abhinc orta spirituum profusione continua versatur* [ §. 295. ]. *Aliquando etiam post regimen intense calidum* ( & non semel adhuc frigidum ) *Exanthemata livescunt primo, mox nigrescunt* [ ibid. ]: *id vero adultis tantum contingit, de quibus conclamatum est, ubi primum nigredo ista conspicitur, nisi phlebotomia, & temperatioris regiminis refrigerio iis actutum subveniatur* ". Hactenus *Sydenhamus*. Ex quibus facile eruitur, Morbillosam Pestim quatuor Variolarum sic dicta *stadia* percurrere, sicuti eorum Scriptores adnotare non omiserunt.

*Mor-*

*Morbillos; eumdem in omnibus servare Variolarum morem; eosdem ac has eructare consectarios Morbos; ut plurimum sub idem tempus cum Variolis, raro solivagos grassari; quandoque adhuc in corporibus Varioloso miasmate coinquinatis suam ludere scenam, quæ sequuntur docent observationes.*

§.373. Anomalos Morbillos sub eodem anno 1674., quo Anomalæ grassatæ sunt Variolæ, idem descripsit *Sydenhamus* [ *a* ]. Id Pestis genus eosdem ac Variolas, excitare lethales Abscesus, morbosaque producta, *Joh. Frider. Treublerus* hisce verbis declaravit (*b*): *Quam novercali odio anni* 1669. *tempore fervido, atque inter igneas illas Planetarum oppositiones*, Morbilli *apud Nos in* Norwegiæ *adultos sævierint, ac infantes, pauperiores maxime, Libitinæ docebunt rationes. Omnes sane ad unum, qui hydromelite Morbillorum tentarunt expulsionem, nullo ad* malignitatem *habito respectu*, convulsionibus *aut* diarrhœa (§.295.) *miserando perierunt modo. Nonnullis ex neglectis* Aphthis *tanta accrevit oris putredo, ut ante instans mortis punctum* Mandibulæ sponte exciderint (§. 202.): *Aliis a Chirurgis caro circa illas* gangræna *infecta* (ibid.), *ut mihi retulerunt, omnino resecta fuerit*".: Declaravit & *Garmannus* (*c*) his: „ *A cicatricula a Morbillis in præputio relicta* (§. 125.) *quidam incurrit* phimosim, *ut ad me non ita pridem Dn. D. Godofredus Buxbaum, Physicus Ileburgensis; qui matrimonii candidatus factus mali ablationem ursit, quam etiam sectione facta obtinuit*". Jam ab anno 1573., post peractam *Lutetiæ Parisiorum* epidemicam Morbillorum grassationem, *Febres mali moris* (Ardentes nimirum §. 252.), *puncticulis pulicum morsibus referentibus* infames, *populariter* debacchatas observavit *Ballonius* [*d*]. Ne id vero nimis

(*a*) Tom. I. Sect. V. Cap III. p. 84.
(*b*) Apud Manget. Tom. IV. B. M. P. p. 717.
(*c*) Apud eumdem ibid. p. 718.
(*d*) Lib. II. Consil. Medicor. Histor. V. p. 98.

mis conquisitum aliquibus videatur, disertissimi *Epidemicorum* Morborum descriptores *Sydenhamus*, atque *Huxhamius* hic intersint necesse est. Primus equidem sic loquitur [*a*]: „ *Duobus primis mensibus, quibus hæc Morbillorum species* [Anomala scilicet] *se prodebat*, intercurrebat & Febris quædam Morbillosa, *hic illic sparsa, in qua* Ecthymata *nonnulla per truncum corporis, colli præsertim posteriora, atque humeros erumpebant*, Ecthymata *Morbillorum imitantia* [hæc Ecthymata Morbillos imitantia ex Sydenhami arbitratu animadversione digna sunt, & quidem ad verbi *Ecthymata* interpretationem, superius [§. 371.] agitatam, procul dubio firmandam]; *a quibus in illo saltem distermina-bantur, quod non universum corpus pariter occuparent, quas diximus, partibus contenta. Febris etiam, licet ejusdem plane generis, immanior erat, & ad dies quatuordecim, nonnunquam etiam plures, protrahebatur. Nec venæ sectionem tulit hæc Febris, nec enemata, ab utrisque irritata: At methodo, quæ* Morbillis *superius dicata est, lubens concessit* ". Horum plura *Huxhamius* nobis adnotanda tribuit: „ *Morbilli*, ait [*b*], *pustulosi & maxime eminentes admodum sunt Epidemici* [Februario certe Mense]: *At nescio unde magis funestos edunt effectus, quam vel mere maculosi* [§.275.]... *Morbi statu affectio sæpissime evadit peripueumonica* [§.297.] *Hinc stupor accedit vel sævissimi dolores colici . . . sæpe Dysenteria* [§. 263.]. *Tussis autem usque ingravescit* (§. 282.), *unde haud raro expuitur sanguis, rupto in pulmone vasculo* (§. 306.); *interdum etiam ex naribus plurimus effunditur* (§. 102.) ... *Plures equidem pueros hic Morbus opprimit, vehementi pulmonum inflammatione, aut lenta Tabe* [§. 214.], *& importuna admodum tussi consumptos . . . Martio . . .* pag. 24. *Morbilli adhuc epidemici. Variolæ, Ophthalmiæ, Pleuritides, & Peripneumoniæ plurimæ. Non hic tantum sæviunt omnes hi morbi; sed & undique* Tusses convulsivæ, vehementes, suffocantes, Morbillos sæ-

(*a*) Tom. I. Sect. V. Cap. III. p. 84.
(*b*) Tom. II. de Aer. & Morb. Epid. ann. 1739. p. 22.

sæpe & Variolas insequuntur, *quæ magnam sane edunt stragem . . . Maio* . . . pag. 27. *Morbilli & Febres miliares passim . . . Tussis convulsiva plurimos infestat pueros, aliquos protinus suffocat. Plures solito a pleuripneumonia male judicata fiunt empyici* [ §.214 ] . . . *Julio* . . . *pag*. 29. *Morbilli aliqui. Tussis convulsiva atrox adhuc. Diu duravit Angina quædam aphthosa* [ §.200. 202. 251. ], *quæ omnibus pene morbis acutis accedit, præcipue pustulosis* [§.252.] ( & Epidemica Angina Phlyctænidum Hippocratis fuit consectaria ut inferius ); *jamque etiam peripneumonicos vexat*". De alia vero Morbillorum grassatione anni 1742. præ reliquis hæc scripsit (*a*): „ *Morbilli epidemici ac sæpe lethales. Vehementissima Tussis ut plurimum comitatur; haud raro peripneumonia suffocans sub finem; interdum spumosum atque sincerum sanguinem expuunt; hinc frequenter nimis cita mors* [ §.116. ], *aut certa Phthisis. Diarrhœa mucosa, perliquida, enormis Morbillos sæpe subsequitur, unde Abdomen durum & maxime tensum, at reliqui corporis summa macies, tandemque Tabes funesta* [§.214.]; *idque fere semper si atra dejiciuntur & valde fætida* [ §.263. ]". De Morbillis anni 1745. ait (*b*): „ *Morbilli epidemici etiam inter adultos, ac plures jugulant sæpe more peripneumonico, sæpe lenta hectica Tabe. Haud raro Dysenteria cruenta accedit; sæpius vero enormis mucosa Diarrhœa; nonunquam accidunt dirissima oris ulcera* [ §. 200. 202. ], *atque inde maxillarum caries* [ §. 250. ] ". Tandem de Aprili anni 1746. (*c*) subdit: „ *Morbillis decedentibus sæpius accessit sævissima* Tussis, *& affectio* peripneumonica; *haud raro* Hemoptoe; *interdum* Diarrhœa *profusa & obstinata valde. Multos hinc enecant pueros, imo & nonnunquam adultos* ". Minime igitur mirandum, *Plymuthum*, insigni portu ubique terrarum celeberrimum, hominum carere frequentia, dum quovis veluti die cuncta fere Pestilitatum cohors tot mor-

(*a*) Ibid. p. 90.
(*b*) Ibid. p. 139.
(*c*) Ibid. p. 184.

mortalium capita ibi obtruncat. Confer. §. 91. 175. §. 263. At enim vero, haud dubitandum, quin, si in quibusvis Europæ magnis Civitatibus, frequentatisque Emporiis, eædem a rei medicæ disertissimis Viris adnotatæ fuissent observationes, ac *Huxhamius* elaboravit, *Plymuthinis* simillima in his scripta extarent *necrologia*. Sed Instituti propositionem claudat Illustr. *Swietenius*, & quidem ex *Britannicis Philosophicis Transactionibus*, atque *Gallicis Ephemeridibus:* „ *Anno*, inquit (*a*), 1732., *in quibusdam Angliæ locis grassabantur Morbilli, & Variolæ: in quibusdam, pure varioloso crudo vulneri imposito, septima die Febris oriebatur, & nona die, loco Variolarum, quæ expectabantur, tota corporis superficies Morbillis tegebatur: aderat simul molesta Tussis, Morbillorum perpetua comes. Febris tunc minuebatur; verum undecima vel duodecima die nova Febris accendebatur, & decima quarta die prorumpebant Variolæ distinctæ, quæ solitum suum decursum absolvebant, felici cum eventu* ( Philosophic. Transaction. num. 429. §. IX. pag. 122. &c. Journal des Scavans 1740. avril pag. 502. ). *Verum, si hæc bene considerentur, videtur merito concludi posse, quod Variolæ & Morbilli, sint Morbi omnino diversi: Morbilli enim tunc temporis erant* epidemici, *& ex junioribus vix ullus ab his manebat immunis: prodierunt quidem Morbilli, postquam contagium Variolarum corpori applicatum fuerat, sed illud contagium adeo tenax suæ indolis fuit, ut ne quidem per alium Morbum intercurrentem* ( certe Epidemicum ) *sic mutari potuerit, quominus produceret solitum effectum. Morbilli ergo retardaverunt quidem Variolas a contagio applicato nascituras, sed non deleverunt illud contagium, neque sic mutaverunt corpus ægri, ut a contagio varioloso nil mali pateretur; quod tamen observatur fieri, ubi illud contagium semel Morbum sui generis in corpore humano produxit* ".



(*a*) Tom. IX. in Boerh. §. 1382. p. 25. 26.

*Conclusio vigesimaseptima.*

Satis firma igitur ratione [ §. 371. 372. 373. ] definiri posse videtur, Hippocratem sub *Ecthymatum* atque *Phlyctaenidum* nominibus *Morbillosam* Pestim descripsisse.

*Additio Octava.*

1. „ *Epidemicorum Morborum genuinam* Æthiologiam, *ex qua certa fallique nescia eorumdem sponte exsurgit* Prophylaxis, *investigare Cupientibus simul, & novissimis Medicinae Tironibus, rem gratam facere judicamus, quidnam pro amovenda fugiendaque Morbillorum Pestilitate nuperi Medici disseruerint, hic indicare*. Sauvagesius, *quanquam in Tractatu* De Morbis Infantium Cap. XXX. Art. II. *de Morbillis speciatim accurateque pertractaverit, in* Pathologia *tamen* Methodica *haec loquutus est* [*a*] *:* " Rubeola [*rougeole*] vulgo Morbilli, cognoscitur ex Febre exigua, cum tussi sicca, sternutatione in praeludio, & oculorum madore; dein his succedente macularum & tumorum pulicis morsus aemulorum eruptione, qui tumores in squamas furfuraceas abeunt. = Rubeola regularis *Piens*. Morbilli regulares *Sydenham*. = Rubeola anomala *Sydenham*. p. 120. = Rubeola variolodes, [ *rougeole* boutonnèe. ] = Rubeola maligna = Rubeola anginosa *Act. Edimburg. Tom.IV. p.*617. ". *Praxëos Medicae Experientissimi decernant quid discriminis inter Morbillos & Rubeolam intercedat, quod Ill.* Sauvagesius *haud admittere videtur. Conf. §.* 372.

2. *Apud Macbridium* (*b*) *haec solummodo adnotanda veniunt*: „ Morbilli, secundum Variolas, ea Febrium *Exanthematicarum* species sunt, quae frequentissime occurrit, atque *interdum iis jungitur*, sicut praecipue anno hujus saeculi sexagesimo nono *Dublini* in Nosocomio infantum expositiciorum observatum est. Pluribus infantibus insitae fuerant Va-

(*a*) Cl. III. Ord. II. IV. p. 142. 143.
(*b*) Introd. Method. in Theor. & Prax. Med. Lib. I. Cap. XIV. p. 83.

Variolæ, quum *interea a Morbillis* corriperentur ( Confer. §. 373. ). Utraque *Exanthemata* prorsus fuerunt distincta. Cæterum omnes convaluerunt: Morbum hunc *in iisdem Regionibus*, quibus Variolæ, primum exortum esse, hine apparet, quod, qui primi Variolarum mentionem fecerunt, Medici *Arabes*, primi quoque Morbillos descripserunt ". *Itaque sicuti hactenus ignota vera Variolarum origo, ita & Morbillorum incomperta mansit. Incerti hæremus an* Febris Vesicularis, *ab eodem alibi* (a) *descripta, Morbillorum quamdam speciem, uti est illa Variolarum* (§.199.), *constituat: Ut autem Peritiores facilius id valeant definire, ejus, quam dedit, historiam hic subnectere opportunum putamus:* „ Febris, *inquit*, Vesicularis. Hæc Febris, quam Vesicæ, per cutem sparsæ distingunt, anno hujus sæculi tricesimo sexto, *Pragæ*, & quinquagesimo secundo in pago quodam *Helvetiæ Epidemica* fuit. Utraque *summam alios inficiendi vim habuit*, ac plerosque omnes, quos invaserat, de medio sustulit. Similis Morbus, ut relatum nobis est, anno hujus sæculi sexagesimo sexto, in Comitatu *Wicklowiensi*, qui viginti circiter leucis a *Dublino* abest, apparuit, sed solos infantes corripuit ( *forsan quia adulti sub infantia a Morbillis sese vindicaverant* ), quorum plurimi perierunt, donec medentibus *Cortex Peruvianus* in mentem venit, cujus hic eamdem, quam in *Angina maligna*, invenerunt efficaciam. Apud *Helvetos* Vesicæ non solum in partibus corporis externis, sed in *ore* quoque & in *faucibus* apparuerunt ( *& id Morbillis ac Variolis proprium* ). In multis collum cum glandulis parotidibus inflammatione affectum ( *a morbillis nec id alienum* ); nec nunquam abscessus natus est, quo mature aperto, copiosoque humore effuso, ægri servati sunt. Et in quibus omne serum acre ex faucibus in cutis superficiem protrusum est, iis nihil periculi timendum fuit. Abscessusque in glandulis *inguinalibus*, vel *axillaribus* exorti, laborantes salvos fore denuntiarunt ( *sub Morbillis tam frequenter hisce in locis exoriuntur abscessus, ut Morbo parvæ Pe-*



(a) Ibid. Cap. XVIII. p. 98.

*Pestis nomen* ( §. 372. ) *tribuisse videntur* ). Medici *Helveti* . . . In *Bohemia* nullum remedium profuit, præter *Acetum Bezoardicum* , quod qui sumpserunt , omnes servati sunt ; ex reliquis , auxilium aliunde petentibus , vix uno mortem evadente ". *Minime vero omittendæ sunt Celeberrimi* Cullenii *in Pemphigum animadversiones* : „ Quum *Pemphigum* ( *sunt ejus verba (a)* ) , quem pro *Exanthemata* habere possim , nondum ipse viderim , & in scriptis Medicorum de ejusmodi morbo paucissima tantum invenerim , quæ in *Nosologia* nostra de eo dicenda essent , omnia fere ex *Sauvagesio* necessario depromenda erant. Eum itaque secutus sum ; sed hunc morbum lubenter ipse omisissem, quum omnia fere de eo dicta , dubia , obscura , & ambigua mihi videntur. Quæ ex sui ipsius aut *Caroli Pisonis* observatione habet *Sauvagesius* , omnino credere fas est : quæ autem a *Christophori Seligeri*, tenuis certe judicii hominis , observatione duxit , parum attentione digna mihi videntur. Quæ porro ex *D. Thierry* relatione adducuntur, meam fidem omnino superant , nimirum, *quod in morbo admodum exitiali acetum bezoardicum , a Medico quodam datum , omnes salvos fecit , interea dum vix unus , aliis Medicis commissus , mortem* evadebat . Denique, de Morbo admodum *ambiguo* a D. *Langans*, in *Actis Helveticis* descripto , donec aliæ observationes rem elucidaverint , nihil concludere vellem . Nihil aliud fortassis , quam *Cynanche maligna* fuit ille Morbus , & ad summum quod *Pemphigus omnis* Morbus symptomaticus sit , satis verisimile videtur. Paulo postquam hæc impressa sunt, Collega noster eximius *Franciscus Home* mihi hominem leviter febricitantem ostendit , cui primum in brachiis , & successive demum in toto corpore , Vesiculæ magnitudinis avellanæ obortæ sunt, & post duos tresve dies effuso humoris serosi pauxillo collapsæ sunt. Hæc Febris autem nullam indolem vel typum peculiarem mostrabat, & cito disparuit nequaquam contagiosa ". *Hæc Cullenii observatio equidem probat dari Pemphigum Sporadicum, ubique gentium*

(*a*) Synopf. Nofol. Method. Cl.I. Ord. III. Gen. XXXIV. not. p.103. feqq.

*tium exorientem*, *ficuti contingunt Anthraces Sporadici*, *Pustulæ Variolas æmulantes*, *Sudamina Miliarium æmula*, *Petechiæ Sporadicæ*, *& Endemicæ*, *quæ nullo ftipantur contagio*; *nec ulla exiftit Peftis*, *quæ fub Sporadicorum*, *Conftitutionalium*, five *Pancoinorum*, *atque Endemicorum Morborum larva perfonata aliquando non inceffit*, *ut infra dilucidius*. *Unde Ingenui viderint quid* de Epidemico Pemphigo *intelligendum fit*.

3. „ *Etfi Celeberrimus Cullenius non folum de* Pemphigo, *fed adhuc de* Morbillo *fere eadem habeat*, *ac Sauvagefius* (*n*.1.), *hic tamen vel eo de nomine excribenda funt*, *quo Tirones affequantur*, *quid emolumenti ad callendam Morborum Diagnofim iis acceffurum fit ex hac nuperrima illorum* Methodica diftributione: „ Rubeola, *inquit* (*a*). Synocha contagiofa cum fternutatione, epiphora, & tuffi ficca, rauca. Quarto die, vel paulo ferius, erumpunt Papulæ exiguæ, confertæ, vix eminentes, & poft tres dies in fquamulas furfuraceas minimas abeuntes. Rubeola, S. G. 94. L. 4. *Sag*. 293. Febris Morbillofa, V. 36. *Hoffm*. II. 62. = Morbilli, *Junck*. 76. = I. Rubeola [ *vulgaris* ] papulis minimis, confluentibus, corymbofis, vix eminentibus. = Rubeola vulgaris, S. fp. 1. = Morbilli regulares, *Sydenham* Sect. IV. cap. 5. = Lond. Med. Obf. IV. 19. 70. = Variat = 1. Symptomatis gravioribus, & decurfu minus regulari. = Rubeola anomala, S. fp. 2. = Morbilli anomali, *Sydenh*. Sect. V. cap. 3. = 2. Comitante Cynanche. = Rubeola anginofa, S. fp. 4. *Edinb*. *Effays*, Vol. V. art. 2. = 3. Comitante Diathefi putrida, Clar. *Watfon*, Lond. Med. Obferv. Vol. IV. Art. XI. = II. Rubeola ( *variolodes* ) papulis difcretis eminentibus. = Rubeola variolodes, S. fp. 3. [ *nota* ]. Sauvagefium fecutus, hunc morbum hic indicavi, etfi multum dubito an recte ad Rubeolam referendus fit. Non folum enim forma Papularum plurimum differt, fed, quod majoris momenti effe videtur, eft plerumque abfque fymptomatis catarrhalibus, Rubeolæ adeo propriis. = Scotis the Nirtes."

4. „ *Præ*

(*a*) Synopf. Nofolog. Method. Cl. I. ord. III. G. XXVIII. p. 90. 91.

4. „ *Præ manibus nunc habemus* Ill. Nicolai Rosen de Rosenstein Sveciæ Archiatri etc. , *Tractatum de Morbis Infantium*, *ex Germanico idiomate a Joanne Baptista Palletta in Italicum versum*, *quod ad nostrum Institutum* , *quæ probe animadvertantur* , *digna de Morbillis continet*: „ La Rosolia, *ait* [*a*], è d'ordinario un Male sì benigno, che pochi fanciulli ne muojono, purchè vengano bene assistiti, e non abbiano alcun vizio di petto. Vi sono però esempj di mortali Epidemie cagionate dalla medesima; ond' è, che da' Latini fu detta *Morbilli* o *piccola Peste*. Di tal' indole fu quella, che in *Stockolma* uccise tanti figliuoli *l' anno* 1713. ; e tale fu pure quella di *Vienna* nel 1731. ; anzi peggiore ; poichè alla più parte degl' infermi cangrenavasi la gola , e nel terzo o quarto giorno morivano. Nè meno maligna riuscì quella, che nell' autunno del 1762. afflisse *Londra* fino ad uccidere 300. *persone ogni settimana*. In *Edimburgo* si ebbe per benigna *l' anno* 1758., sebbene ve ne morisse *uno fra duodeci*. = Il *Morbillo* è una malattia *Epidemica contagiosa*, e propagasi appunto come il Vajuolo. Ha il *proprio veleno* , *che non si comunica per mezzo dell' Aria* ; *nè viene trasportato altrove dalla medesima* ; *ma bensì per mezzo degli uomini*, *e della roba* : *onde si può sottrarsi a questa malattia ugualmente* , *che al Vajuolo* , *purchè si abbia cura di schivarne la comunicazione*. Non esiste nel nostro sangue alcun principio di materia morbillosa , ma soltanto una disposizione ad avere una tal Febbre con macchie [ *fere cuncti ad cunctos Epidemicos tam acutos* , *quam diuturnos Morbos medio contagio suscipiendos dispositi nascimur* ], la quale non nasce mai spontaneamente, ma viene unicamente prodotta dal contagio ricevuto . Non è neppur verisimile , che uno curato a dovere *possa più d'una volta* esser sorpreso dalla vera Rosolia . . . = Nessuno va esente da questa Malattia, per quanto si sappia, di qualunque famiglia, sesso, o età egli sia. Potrebbe accadere soltanto che , *come nel Vajuolo*, quattro o cinque fra cento la schivassero . . . La

(*a*) Tratt. delle Malatt. dei Bambini Cap. XIV. p. 171. seq. In Napoli 1785.

La Rosolia prende particolarmente i fanciulli, e talvolta anche gli adulti . . . Allorchè comincia la medesima a dominare in un luogo, suol rimanervi, finchè abbia intaccati tutti quelli, che non l'hanno avuta, o finchè i sani non procurino di fuggirla *col togliere ogni comunicazione cogli ammalati*; il che dovrebbe osservarsi esattamente, quando la Rosolia è maligua ". *His accurate perlectis, nobis auspicabamur, solertissimum hunc Virum in sequentibus paginis, etsi Morbillorum Matricem non attigisset, absolutam tamen Morbillorum extinctionem nedum propositurum, sed instaturum fore: Spes vero nos fefellit, ubi inferius* [a] *perspeximus, eumdem Morbillorum* Inoculationem, *ab Ill. Doct.* Home *feliciter tentatam, magnis extollere laudibus, viribusque omnibus niti, ut alios suadeat, illam, si amplexaretur, magnum suo Regno subsidium allaturam: Qua de re quid sentiendum sit jam* Addictione Prima *ex Præstantissimo Equite* Michaele Rosa *definitum est. Deus Opt. Max., tot excidiorum, hominum incuria patratorum, misertus, avertat, ut Pestis morbillosa, quæ hucusque ita rarissima in multis Europæ Provinciis grassatur, ut plurimæ Civitates, præsertim a mari dissitæ, non nisi post longissima temporis intervalla ea afficiantur, Inoculationis adminiculo, suam in homines augeat sæviendi potestatem.*

5. *Ludwigius* [b] *nil novi præ Sauvagesio & Cullenio offert: minimum discrimen inter Morbillos & Rubeolam adesse his manifestat verbis* (c): „ Roseolas *die Rætheln*, a Morbillis parum differre & forte mitiores esse experientia me docuit " *Morbillos Epidemicum esse Morbum fatetur. Subdit enim* [d]: „ Caussa proxima in contagio quærenda est, quod peculiaris naturæ deprehenditur ".

6. „ *Ad Morbillorum Diagnosim probe explorandam, sequentia ex* Burserio *hic exscribantur opportunum ducimus.* *Hic*

(a) Ibid. Cap. XV. p. 185. 186.
(b) Instit. Medic. Clinic. Part. I. Cap. I. Subsect. VI. §. 172. seqq. p. 76. seqq.
(c) Ibid. p. 77.
(d) Ibid. §. 175. p. 78.

*Hic enim auctor*, *ubi de* Purpura Scarlatina [*a*] *hæc habet*: „ Synonyma. Purpura & Rubores *Foresti* . . . Febris Scarlatina *Sydenhamii* . . . & reliquorum Auctorum. Rossalia *Hoffmanni* . . . Febris rubra quorumdam. Rubeola Veterum *Gruneri* ". *Post Purpuræ Scarlatinæ benignæ descriptionem*, *subdit* [*b*]: „ Atque hæc est Purpuræ Scarlatinæ species, quam *Haenius* cum *Rosalia Prosperi Martiani* [ quo nomine non *Scarlatinam*, sed *Morbillos* certe *Martianus* vulgo appellari animadvertit, ut ex ejus descriptione quisque colliget ], & *Mortonus* cum *Morbillis* confuderunt. Sed facile a *Morbillis* videtur segreganda, quia hæc ruborem intensiorem, & persimilem erysipelatodi præsefert, & maculas *multo latiores*, *&* *diffusas*, *nullique figuræ addictas* ostendit, *nec cutim inæqualem aut asperam* reddit: dum contra *Morbilli*, *veræ & circumscriptæ Pustulæ* sunt, *parvæ*, *elevatæ*, *rubræ*, *&* *crebræ* quidem, sed *discretæ*, & *sejunctæ*, quæ non modo oculis tales cernuntur, sed etiam tactui asperitudinem manifestam, & granosam, saltem in facie, objiciunt. Deinde in *Morbillis* permolesta tussis est, imo præcedit; oculi illacrymant; sternutamenta crebra cientur: quod nequaquam evenit in *Scarlatina*. Non tamen negaverim, utrumque interdum *Exanthema* una consociari, sic ut pro complicationis ratione duplex cum *Vogelio* genus constitui possit, *Morbillosum* scilicet, aut *Miliare*, prout *Purpura Scarlatina* cum Morbillis, aut miliaribus Pustulis complicatur ". *Sub triginta prope annorum haud interupta Clinica exercitatione*, *bis* Morbillis, *terque*, Rosaliæ, *& quidem* epidemice *grassatis*, *medicinam facere debuimus*: *hosque Morbos inter sese distinctos perspexisse credimus*, *& a Scriptoribus saltem sæculi elapsi apprime fuisse discretos*. *Nunc recentissima ipsorum nomenclatione suspicio nos subit*, *num quæ species tantum est*, *tanquam genus hactenus assequuti fuerimus*; *& ubi scrupulum nobis adimere conamur*, *ibi in majores incidimus ambages*, *dum nec* Ecthymata, *neque* Phlyctænides

Hip-

(*a*) Vol. III. Cap. IV. § LVIII. p. 57.
(*b*) Ibid. §. LXII. p. 60.

Hippocratis *rite interpretasse* ( §. 371. 372. ) *videmur* ; *&* *certe pro virili perpensis*, *tam quæ de Pemphigo* ex Macbridio, & Cullenio *superius exscripsimus* , *quam quæ egregius Burserius quodam Capite elaboravit*: *id vero*, *ut nostra perplexitas magis innotescat*, *integrum lubet hic inserere*: ,, De Pemphige ( *sic Auctor noster loquitur* (*a*) ) Recentiorum, sive Morbo Phlyctænoide. = *Synonyma*. Pemphygus *Sauvagesii*. . . *Cullenii* . . . *Sagarii* . . . Morta *Linnæi* . . . Febris bullosa, Pemphigodes Recentiorum *Vogelii* . . . Exanthemata serosa *C. Pisonis* . . . Febris Vesicularis *Macbridii* . . . Febris Pemphigodes *Ephemeridum Germanorum*. = *Pemphix*, latine *bulla* , Morbo nomen dedit. In eo autem *bullæ*, sive *ampullæ magnæ*, nucis avellanæ magnitudinem *plerumque æquantes*, interdum *majores*, *raro minores* , sero flavo turgidæ, magnum ardorem, aut pruritum excitantes, varias cutis sedes defœdant , & plures dies persistunt ; donec ruptæ serum effundant, relictis sæpe maculis ex atro rubris , & frustis epidermidis circum nigricantibus. Interdum per totum corpus erumpunt, interdum in aliquibus tantum partibus, & speciatim *in facie & collo*. Fereque Febri junguntur, quamquam & sine Febri (Sauvag., Vogel. ) observatæ fuerint. = Harum quoque duplex genus est, alterum *benignum*, sed rarius ; alterum *malignum* , *perniciosum* , & sæpe *epidemicum* ; imo interdum , ut ferunt , *contagiosum* , quod longe frequentius. *Benignum* vel sine Febre est, vel cum mitiori, & non periculosa plerumque conjungitur. ( *nota*. Non tamen affirmare ausim , benignum semper fore Morbum , quando Febris expers est , vel videtur. Nam mense Januario *anni* 1760., dum *epidemice* in Urbe *Faventina Peticulæ* vagarentur, multosque exitio traderent, *Joannes Boschius*, Vir patricius, octogenario. proximus, repente aliquot hujusmodi ampullis variis in corporis partibus sine Febre correptus fuit. Serosum humorem continebant, & rupta epidermide , plaga subter primum rubra , dein livida , & nigricans apparuit. His, sine alio symptomate, intra quatuor, vel quinque dies

 paul-

(*a*) Ibid. Cap. VII. §. CV. ad CX. p. 110. ad 115.

paullatim extinctus est. Malum vero neque in assidentes, neque in alios domesticos contagione se diffudit.) ( *Hanc notam eo maxime exscripsimus, quo animadvertatur, has ampullas sub Epidemicis Petechiis contigisse.*) Bullæ autem primo, secundo, vel tertio ( Cullen. ), imo quarto tantum die ( Sauvag. ) epidermidem attollunt, &, quando benignus Morbus est, intra septimum diem disrumpuntur, & exsiccantur; nullo pure, aut alio humore manante, sed cuticula quasi combusta in frustula *sordida*, & *subnigra* decidente. Sin vero *malignus*, ni occidant prius, non nisi decima quarta die finem, & judicationem attingunt. Febris autem modo *Synochi* non putris, modo putris naturam servare dicitur, modo *remittentem*, & *tritæophyam* mentiri visa est. Commune fere est, ut nulla vestigia, nullas caveas, aut foveas in cute relinquant, præter subnigras maculas, quas supra ( §. CV. ) diximus. Quantum porro id mali genus differat a superioribus, ( *Erysipelate nimirum*, *Igne Sacro Zona dicto*, *Purpura Scarlatina*, *Exanthemate Urticato*, & *Essera Vogelii*, ) facile quisque perspiciet, si ad singulorum descriptionem animum adverterit. Neque cum *Exanthematibus miliaribus* albis, neque cum Variolis aquosis, & crystallinis confundi poterit: nam illa grano milii non solent esse majora, sæpius etiam minora; hæ demum pure aliquo, si in majores vesiculas confluant, replentur; quod minime accidit *Pemphigi*, de quo sermo est. = Pemphigem *Sporadicam* saltem sexies se vidisse testatur *Sauvagesius*. *Sporadica* item videtur fuisse, quam a C. *Pisone* descriptam habemus. *Epidemicæ & contagiosæ plerumque lethalis*, *quæ Pragæ anno* 1736. ( *Confer. hic num.* 2. ) inter milites grassata est, exemplum nobis reliquit *Cl: Thierryius*. Sunt qui notam *Hippocrati* & *Galeno* existiment, quod in *Sexto Epidemicorum libro*, *Sect.* I. Febres *Pemphigodes* memoratas inveniunt. Verum quid hoc nomine intellexerit *Hippocrates*, nec *Galenus* in commentario certo definire ausus est, nec alii interpretes satis explicarunt. Hinc jure adhuc inter eos ( *Caspar a Rejes Elys. jucund. quæst. camp. Quæst.* 68. *n.* 7. ) disceptatur. Obscurum quoque, atque incertum est, num ad hoc Mali

Mali genus vere referri queat *Febris Synechea cum vesiculis per pectus & collum sparsis*, quam nominavit quidem, at non descripsit *Mortonus* ( *Append. ad exercit.* 2. ), secus ae aliis visum est. = *Cullenius*, quem eruditio non minus, quam acre judicium commendat, dubitare videtur, *Pemphigusne Helveticus Langhansii* ( *Act. Helvet. Vol.* 2. *p.* 100. ), sive *Species tertia Sauvagesii* ad hunc Morbum *Phlyctænoidem* pertineat, an vero ad *Anginam ulcerosam*, aut *malignam* rectius ablegandus sit? *Phlyctænæ mali* moris, quæ os & fauees ubique infestabant, & curationis ratio, quam ei utiliter adhibebant, profecto suadent, *Epidemicum*, *contagiosumque* illud Malum a *Pemphige* vera quam longissime abfuisse, aut certe cum *Angina ulcerosa*, aut *gangrænosa* fuisse complicatum. Dubitat quoque idem *Cullenius* num *Pemphigus Indicus*, itemque *Pemphigus Brasiliensis*, quos ad hoc genus Morbi retulit *Sauvagesius*, locum hic habeant; nam non satis de his constare revera fatendum est. Quærit demum idem Vir scientissimus, utrum *Pemphix* semper *symptomatica* sit? Videtur autem ad affirmandum vehementer propendere, sed, ut arbitror, id nequaquam concedi potest, quum *solitaria*, *& sine Febre* interdum comperta fuerit. = Utroque vero casu, tam quum Morbi alicujus maligni & putrefacientis *Symptoma* illa est, quam quum *primarium sibi vindicat locum*, *periculum semper portendit*, *ob gangrænam*, *in quam cito terminatur*. Tantus enim *sanguinis fervor*, & tanta serosi humoris acrimonia esse consuevit, ut quocunque feratur, *instar ignis adurat*. Quare *Carolus Piso* inter initia, ubi Febris vehementius exardet, non timet Sanguinis Missionem proponere, aliaque nimium calorem, nimiamque æstuationem compescentia. Neque ab ejusmodi euratione antiphlogistica abhorrebant *Medici Helvetici* in ea constitutione, quam *Aphthæ* Oris, & Faucium graviorem reddebant. ( *Confer. hic num.* 2. ). In ea vero, quæ *Pragæ* præsidiarios Milites male habuit, quæque omnes, quocunque alio modo curarentur, interficiebat, solum *Acetum bezoarticum* remedio fuit. ( *Confer. hic num.* 2. ). Ex quo enim hoc adhiberi cœptum est, omnes serva-

 ti

ti fuiſſe dicuntur. Antiſeptica igitur omnia, in primis acidis mixta, & Cortex Peruvianus præ reliquis, ut in aliis putridis & gangrænoſis Morbis, ſic in hoc quoque primas tenent. *Ampullæ*, ni cito per ſe rumpantur, forſice caute aperiendæ ſunt, ne acer humor altius penetret, aut intro revehatur. Sed a reprimentibus, aut reſiccantibus abſtinere oportet, ut monet *Vogelius*. Si ſimul *Angina ulceroſa & maligna* copuletur, huic quoque malo medendum eſt iis, quæ ſuo loco opportune, videlicet ubi de *Angina* agemus, diſtincte, & copioſe dicentur ". *Hæc Burſerius*. *En igitur noſtrarum perplexitatum ratio:* Phlyctænides, *ab Hippocrate* (§.367.) *ſignatas*, *Morbilloſum Morbum præſeferre credidimus ex hujuſce deſcriptione per* Sauvageſium (§.371.) *exarata*, *perque nos cum illis comparata*. *Apud* Sydenhamum (§. 372.) *nihil offendimus*, *quod ab hac ſententia nos revocaret*. *Apud* Huxhamium, *ipſumque* Sydenhamum (§.373.) *majora repeſiſſe viſi ſumus*, *quæ initum propoſitum confirmarent*: *Etſi enim* Angina Aphthoſa *ab* Huxhamio, *uti Morbillorum pediſſequa adnotata*, *in citato* Hippocratis *textu haud invenitur*; *qui tamen* Phlyctænides *ſequitur* Epidemicus *Morbus ab* Hippocrate *in hoc eodem libro II. deſcriptus*, Anginoſus *extitit*, *in cujus explanatione noſtras expoſuimus rationi conſonas conjecturas*, *quibus probatum facile autumavimus*, *illius* Anginoſi *Morbi hiſtoriam a* Phlyctænidum *adumbrata deſcriptione excerptam*, *avulſamque fuiſſe*, *ut inferius ſuo loco*. *Nunc ex Nuperorum lectione aſſequuti ſumus* Morbillos (*n.*1. 3. 4. & 5.) *unum eumdemque eſſe Morbum ac* Rubeolam, *quæ tamen* Puſtulas, Ampullaſve Phlyctænis *ſimiles hucuſque excitare haud novimus*. *Contrariis hiſce notionibus agitatâ Morbum* Phlyctenoidem, & Pemphigodem *Recentiorum*, *Hippocratis* Phlyctænoido *perſimillimum*, *apud Ill.*Burſerium *nacti ſumus*. *Et quidem ab Hippocrate* (§.367.): „Subnaſcebantur quidem in cute Sanies: dum autem intro concipiebantur, caleſcebant, & pruritum inducebant ". *Ex Burſerio* (*hic*): „ Bullæ autem primo, ſecundo, vel tertio, imo quarto tantum die epidermidem attollunt ( *lente itaque intro concipiuntur*), &, quando benignus morbus eſt, intra ſeptimum diem

diem disrumpuntur, & exsiccantur, nullo pure ( *id significat Hippocratis Sanies* ), aut alio humore manante "; *&* *paullo supra*: „ sero flavo turgidæ, magnum ardorem, aut pruritum excitantes ". *Ex Hippocrate* ( *ibid.* ): „ Deinde Pustulæ, velut ab ignæ inustæ excitabantur; & sub cutem uri sibi videbantur ". *A Burserio* ( *hic* ): „ Bullæ, sive ampullæ magnæ, nucis avellanæ magnitudinem, plerumque æquantes, interdum majores, raro minores, sero flavo turgidæ, magnum ardorem, aut pruritum excitantes ", *&* *infra circa finem*: „ Tantus Sanguinis fervor, & tanta serosi humoris acrimonia esse consuevit, ut quocumque feratur, instar ignis adurat ". *Morbum* Phlyctænoidem *sive* Pemphigodem Recentiorum, *lethalem Anginam*, *sicuti Morbillos*, *comitem vel consectariam advocare*, *superfluum esset iterum ex* Burserio *animadvertere*. *Si Pustulæ*, *ex* Sydenhamio *saltem* (*§.* 373.) Ecthymata, *Morbillis denegari non poterunt*, *Problemata enasci videntur: Cuinam magis congruant Hippocratis* Phlyctænides, *Morbillis*, *an* Pemphigi Recentiorum? *Pemphigus estne* ampullacea *Morbillorum species*, *sicut & illa Variolarum* ( *§.* 199. ) *ab omnibus accepta*? *Experientissimi definiant*. *Quocunque res cadet*, *in confesso erit*, *Hippocratem observasse ac innuisse* Epidemicum *&* Exanthematicum *Morbum*, *sibimetipsi tam apprime novum & insolentem*, *ut neque nomen peculiare ei attribuerit*, *satis superque habens notionem illam legentibus exhibere*, *quod essent* Plhyctænides, velut ab igne inustæ. *Equidem id Morbi genus nostris hisce diebus tanquam noviter irruptum*, *nec prius observatum*, *nec Morbillosæ speciei plurimum absimile per Europam vulgatur*. *Restat igitur ut inquiramus*, *an Burserius genuinam Morbillorum originem attigerit*; *quod breviter absoluturi erimus*: „ Ab Afris, *inquit* ( *a* ), cum Variolis in Europam delatos ( *Morbillos* ) verisimile valde est. Novum sane Morbum, & veteribus *Græcis* ignotum esse nemo hodie revocat in dubium ". *Morbillorum attamen Insitionem cum Vogelio*, *sub epidemicis Morbillorum pestilentium constitutionibus*, *utilem decernit* (*b*).

7. *Ill.*

(*a*) Ibid. Cap. VIII. §. CXI. p. 117. not.
(*b*) Ibid. §. CLVII. p. 176. seqq.

7. *Ill. Eques* Michael Rosa *Morbillos*, *sicuti Pestem & Variolas*, *inter contagia* exotica, nativa, primigenia, *atque* perstantia *adnumerat* (*a*), *vellicatque* Bancium (*b*), *quod in Contagiorum divisione*, *illam omiserit*, *quæ sit in* exotica *&* indigena: *indeque probe concludit*, *contagia nobis* alienigena, *&* adventitia, fuga, vitatione, coercitione magis, quam spe Curationum edomari, & pervinci; *& quidem ex hactenus vulgata Variolarum atque Morbillorum historia*; *quum demonstrationem*, *qua has Pestilitates Europæ exoticas esse probatur*, *nullam exhibeat*.

8. *Hujusce nostri Operis Æstimator*, *ubi de Febre* Morbillosa (*c*) *sic fatur*: „ Nomen huic Febri & characterem dant *Papulæ* minusculæ, vix extantes, pruriginosæ, & in furfuris speciem tandem desinentes, quibus prægressa Febris cutim onerat. Hic idem Morbus est, ac Auctorum *Rubeola*; ejus tamen essentiam *non Papulæ*, *sed Febris* facit. = Cujus cum *Variolosa Febri* summa est similitudo in ratione decursus, & accidentibus, quibus stipatur, & *contagiosa* in primis facultate. Differentiam faciunt inflammationis accidentia, & sequelæ . . . Tantum vero abest (*d*), *ut quæ in cute decumbit materies morbum faciat*, ut potius aperte pateat eam nonnisi *aliquod ipsius accidens* constituere; & pro *imperfecta crisi* habendam ejus decidentiam esse; remanent enim satis pertinacia Morbi indicia, nonnisi aliis supervenientibus evacuationibus ablegandа. = Quippe perfecte Morbum absolvit *excitatus Alvi Fluxus*, nec raro *vomitus*, & huic adjunctus sudor, quorum defectus suspectam reddit adparentem quietem . . . Nec erit abs re (*e*) *turgescentis in ventriculo saburræ* existentibus indiciis vomitionem ciere. Parvas tartari emetici doses ad hoc laudant, nec immerito Auctores ".

9. *A Recentiorum igitur nemine proposita est*, *neque* de-

(*a*) De Epidem. & Contag. Acroas. §. XI. num. 228. p. 155.
(*b*) Ibid. not. 83. p. 156.
(*c*) Lib. II. Instit. Medic. Partis Posterioris &c. §. 739. 740. p. 212.
(*d*) Ibid. §. 744 745. p. 213.
(*e*) Ibid. §. 750. p. 714.

*demonstrata, omnimoda Morbillosæ Pestis in omnibus Europæ Nationibus facilis Extinctio.*

Ἦν δὲ τῶν κυναγχικῶν τὰ παθήματα τοιάδε. τοῦ τραχήλου οἱ σπόνδυλοι ἔσω ἔρρεπον, τοῖσι μὲν ἐπὶ πλέον, τοῖσι δὲ ἐπ' ἔλαττον. καὶ ἔξωθεν ἦν δῆλος κοῖλον ἔχων ὁ τράχηλος, καὶ ἤλγει ταύτη ψαυόμενος, ἦν δὲ καὶ κατωτέρω τινὶ τοῦ ὀδόντος καλεομένου ὀστοῦ, ὃ οὐχ ὁμοίως ὀξύ ἐστιν· ἔστι δ' οἷσι καὶ πάνυ περιφερὲς μέζονι περιφερείῃ· εἰ μὲ ξὺν τῷ ὀδόντι καλεομένῳ. φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα, κειμένη δέ. τὰ ὑπὸ γνάθους ὀγκηρὰ οὐ φλεγμαίνουσιν ἴκελα, οὐδὲ βουβῶνες οὐδενὶ ὤδησαν· ἀλλὰ φύσει μὲν καὶ γλῶσσαν οὐ ῥηϊδίως στρέφοντες, ἀλλὰ μείζων τε αὐτέοισιν ἐδόκει εἶναι καὶ προπετεστέρη, καὶ ὑπὸ γλώσσῃ φλέβες ἐμφανέες. καταπίνειν δὲ οὐκ ἠδύναντο, ἢ πάνυ χαλεπῶς, ἀλλ' ἐς τὰς ῥῖνας ἐξέφρουγεν, εἰ πάνυ ἐβιάζοντο. καὶ διὰ τῶν ῥινῶν διαλέγοντο. πνεῦμα δὲ τουτέοισιν οὐ πάνυ μετέωρον. ἔστι δ' οἷσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι καὶ ἐν κεφαλῇσι καὶ ἐπ' αὐχένι ἐπηρμέναι. βραχὺ δέ τι τουτέων τοῖσι παλιγκοτάτοισι κρόταφοι θερμοὶ, εἰ καὶ τἄλλα μὴ πυρεταίνοιεν. οὐ μὴν πνιγόμενοι οἱ πλεῖστοι, εἰ μὴ καταπίνειν προθυμέοιντο ἢ πτύαλον ἢ ἄλλό τι οὐδ' οἱ ὀφθαλμοὶ ἐγκαθήμενοι. οἷσι μὲν οὖν ἦν ἐς ὀρθὸν ἐξόγκωμα, μήτε ἑτερόῤῥοπον· οὗτοι οὔτε παραπληκτικοὶ ἐγένοντο, (οὔτε ἔθνησκον.) ἀπολλύμενον δὲ εἴτινα εἶδον, ἀναμνήσομαι. οὓς δὲ οἶδα νῦν, περιεγένοντο. ἦν δὲ τὰ μὲν τάχιστα ῥηΐζοντα, τὰ δὲ πλεῖστα καὶ ἐς τεσσαράκοντα ἡμέρας περιήει. τοῦτο δὲ οἱ πλεῖστοι καὶ ἀπύρετοι. πολλοὶ δὲ καὶ πάνυ ἐπὶ πουλὺν χρόνον εἶχόν τι μέρος τοῦ ἐξογκώματος. καὶ κατάποσις καὶ φωνὴ ἐνσημαίνουσα, κίονές τε τηκόμενοι μινύθησίν τινα παρεῖχον πονηρὴν, οὐδὲν δοκέοντες κακὸν ἔχειν. οἱ δὲ ἑτερόῤῥοπα ἔχοντες, οὗτοι, ὁπόθεν ἂν ἐγκλιθείησαν οἱ σπόνδυλοι, ταύτῃ παρελύοντο, τὰ δ' ἐπὶ θάτερα εἵλκοντο· ἦν δὲ ταῦτα ἐν προσώπῳ καταφανέα μάλιστα, καὶ τῷ στόματι, καὶ τῷ κατὰ γαργαρεῶνα διαφράγματι· ἀτὰρ καὶ γνάθοι οἱ κάτω παρηλλάσσοντο κατὰ λόγον. αἱ δὲ παραπληγίαι οὐ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐγίνοντο, οἷον ἐξ ἄλλων, ἀλλὰ μέχρι χειρός. τὰ ὑπὸ τοῦ κυναγχικοῦ πέπονα ἀναπτύοντες, οὗτοι καὶ βραγχώδεες, ἦσαν· οἱ δὲ ἐς ὄρθρον καὶ ἄπεπτον καὶ ξὺν πυρετῷ, οὗτοι πολλῷ μᾶλλον καὶ δύσπνοοι καὶ διαλεγομένοισι σιαλοχόοι. καὶ φλέβες τουτέοισι μᾶλλον ἐπηρμέναι, καὶ πόδες πάντων μὲν ψυχρότατοι, τούτων δὲ μάλιστα. καὶ ὀρθοστατεῖν οὗτοι ἀδυνατώτεροι, καὶ οἵτινες μὴ αὐτίκα ἔθνησκον. οὓς δὲ ἐγὼ οἶδα, πάντες ἔθνησκον.

§.374.

§. 374.

„ *Erant autem Anginosorum affectiones hæ. Colli vertícula intro vergebant, quibusdam amplius, quibusdam prope. Et collum forinsecus conspicuam cavitatem intro habebat, & hac parte ad contactum dolebat. Erat autem & cuidam infra os dentis appellatum, quod non similiter acutum est: quibusdam vero etiam valde rotundum, majore circumferentia. Si non cum dente appellato, fauces non inflammatæ, verum jacentes. Partes sub maxilla tumidæ, non inflammatis similes. Neque glandulæ ulli intumuerunt: sed magis secundum naturam linguam non facile vertebant, ipsisque & major esse videbatur, & prominentior, & sub lingua venæ conspicuæ: deglutire non poterant, aut valde difficulter. Immo ad nares fugiebat, si valde cogerent: & per nares loquebantur. Spiritus antem his non valde sublimis. Quibusdam vero venæ in temporibus, & in capitibus ac cervice elevatæ. At recrudescentibus, ex his, parum quiddam tempora calida, etiamsi alias non febricitarent. Non suffocabantur plurimi, nisi quum deglutire cupiebant, aut salivam, aut aliud quiddam. Neque oculi intus desidebant. Quibus igitur tumor erat rectus, nec in alteram partem vergebat, hi neque leniter sideratorum modo resolvebantur. An vero aliquem periisse viderim, in memoriam revocabo. Quos autem nunc novi, superstites manserunt. Erant autem partim celerrime allevantia: Plurima vero ad quadraginta dies deveniebant: & in hoc plerumque sine Febre. Multi vero etiam ad valde longum tempus, partem aliquam tumoris habebant. Et deglutitio, & vox indicabat: & columellæ liquescentes significationem quandam exhibebant, quamvis nullum gravius malum habere videbantur. Qui vero tumores ad alteram partem vergentes habebant, hi unde verticula inclinata fuerunt, isthic resolvebantur. Atque inde ad alteram partem distrahebantur. Erant autem hæc in facie magis conspicua, & in ore & intersepto juxta gurgulionem. Sed & maxime inferne pro ratione immutabantur. Cæterum resolutiones leviter sideratorum modo, non per totum corpus fiebant, velut ex aliis, sed usque ad manum, ab anginosa affectione. Atque hi & matura expuebant,*

*bant, eaque pauca ac difficulter. Quibus autem in rectum tumor tendebat, itidem expuebant. Quibus vero etiam cum Febre, hi multo magis & difficulter spirabant, & aliena loquebantur, & venæ his magis elevatæ. Et pedes omnibus quidem frigidissimi erant, maxime autem his. Et hi ad erecte standum impotentiores erant. Et quidam non statim moriebantur. Quos autem ego novi, omnes mortui sunt.*" Hippocrates Popular. II. pag. 674. 675. cit. edit.

*Anginosus & quidem epidemicus Morbus ab Hippocrate jam (§. 374.) descriptus, ex ipsius Hippocratis in Morbis enarrandis syntaxi, Phlyctænidum (§. 367.), vel alterius principis Epidemici, consectarius fuit.*

§. 375. *Erant autem Anginosorum affectiones hæ.* ] Procul omni dubio, hæc circumscriptæ narrationis particula „*erant autem*", scribendi ordinem, quem sequi debuerat, designat; & certe juxta *Hippocratis Epidemicos* Morbos enarrandi methodum. Sic (§. 183.) scripsit: „*Ante ver ... Sacri Ignes multi*"; & post adnotata varia horum pathemata generalia, eorumque Morbos consectarios, ad particularem ipsorum descriptionem descendit, adjiciens (ibid.): „*Acciderunt autem singulis horum hoc modo*". Sic (ibid.) Febrium ardentium & Phreniticarum non semel meminit; dein (§. 252.) tempus, quo contigerunt, earumque symptomata communia recenset; postmodum subdit [ibid.]: „*Erat autem constitutio Febrium Ardentium hoc modo*". Sic [§. 178. 183. 266.] plurima Tabidorum narrat excidia, tandem [§. 266.] Tabifici Morbi descriptionem inchoat his: „*Maxima autem & gravissima erat Tabes &c.*". Sed pluribus res non eget; quum vel ipsum adverbium *autem* haud exordium sed orationis progressum significat. Dum igitur quæ inter *Phlyctænidum*, & hujus *Anginosi Morbi* narrationem interjecta sunt, vel generalia sunt effata, vel peculiares, quarum aliquæ haud absolutæ, observationes; conjectandi datur locus, *Anginosum* hunc Morbum vel a *Phlyctænis*, vel ab alio princi-

 pali

pali *Epidemico*, discerptum fuisse, confirmantibus, quæ §. 319. sunt præmonita.

§. 376. *Erant autem Anginosorum affectiones hæ . . . ab anginosa affectione* ]. Anginosam affectionem, *tön cynanchicon ta pathemata*, haud vero Anginam græce *Cynanchen*, scripsisse videtur, ut demonstraret hunc affectum minime *solitarium*, & suo jure fuisse grassatum, sed cujusdam Principis *Epidemici* comitem, vel sobolem extitisse. Ita sub *Sacrorum Ignium* grassatione [ §. 183. ] adnotavit: „ *ora ulcere fervido affecta . . . circa fauces tubercula, & linguæ inflammationes, & abscessus circa dentes: vocesque multis significationem de se præbebant, quod essent vitiatæ ac impeditæ, & involutæ.* "; & inferius [ §. 252. ] : „ *Ora multis ulcere fervido affecta, ulcerosa* ". Qui hanc interpretationem non admiserit, examinet probe maximum quod intercedit discrimen inter descriptum Anginosum affectum, & varias veræ Anginæ species, ab ipso Hippocrate (*a*) hisce depictas verbis: „ *Fauces exulceratæ cum Febre, horrendæ sunt. Verum si quod aliud item signum accedat, ex his quæ antea mala esse judicata sunt, in periculo hominem versari prædicendum est. Anginæ horrendissimæ sunt, & citissime occidunt, quæ neque in Faucibus quicquam conspicuum faciunt, neque in cervice: verum plurimum dolorem exhibent & erecta cervice spirationem inducunt. Hæ enim eodem die suffocant, secundo item, ac tertio & quarto. Quæ vero alioqui similiter dolorem exhibent, attolluntur autem, & in faucibus rubores faciunt, perniciosæ quidem valde sunt, verum prioribus magis diuturnæ, si rubor fuerit magnus. Quibuscunque vero Fauces & Cervix simul rubuerint, hæ Anginæ diuturniores sunt, & ex ipsis maxime evadunt, si & cervix & pectus ruborem habuerit, & erysipelas ignis sacri non intro recurrerit. Si vero neque in diebus judicatoriis dissipetur erysipelas, neque tuberculum ad externam partem convertatur, neque pus tussiendo rejiciat, facileque ac sine dolore degere videatur, mortem significat, aut ruboris recidivam. Securius est*

(*a*) Prænot. n. XXIII. p. 467. cit. edit.

*est autem tumorem & ruborem quammaxime foras verti. Si vero ad pulmonem vertatur, & delirium inducit, & quidam ex ipsis suppurati plerumque fiunt* ". Equidem in hoc *Hippocratis* textu exquisitam habemus *Cynanchen*, si liceat sic appellare *primi gradus*, quam erecta cervice spiratio comitatur, primo, secundo, tertio vel quarto die ægrotos perimentem. Habemus & *Cynanchen secundi gradus*, cujus perfectiorem Diagnosin ipse Senex *Cous* posteris sic scriptam reliquit (*a*): „ *Ab Angina appellata suffocatur homo, & in Faucibus magis ipsi inhærere videtur; & neque salivam, neque quicquam aliud detrahit; & oculi affecti sunt ac prominent, velut strangulatis, & intente per ipsos videt, & ipsos convertere non potest; & anxius est, & exilit frequenter; & facies & Fauces ardent, imo etiam collum. At videntibus nihil mali habere videtur; & videt ac audit obtusius, & præ suffocatione non intelligit, neque quid dicat, neque quid audiat, aut faciat. Verum hians decumbit salivam fundens, ac talia faciens. Hic quinta, aut septima, aut nona die moritur* ". Habemus & *mitioris* præ relatis *gradus*, quam ipse Hippocrates nuper descriptæ subnectens, *Paracynanchen* vocavit: „ *Levis Angina*, inquiens (*b*), Paracynanchen *appellata. At ubi horum signorum quid absfuerit, laxiorem morbum significat, quem* Paracynanchen *vocant. Huic venam secare oportet maxime sub mamma. Concomitatur enim hac parte ex pulmone spiritus calidus. Oportet quoque deorsum purgare &c.* ". *Synanchen*, & *Parasynanchen*, variis in locis a *Galeno*, & quidem ex vetustis Medicis, ad signandam diversarum partium, deglutitioni ac respirationi inservientium, inflammationem, invectas, nec in Coacis Prænotionibus, ubi (*c*) multa recensentur *Cynanches* pathemata, signaque prognostica, neque in aliis *Hippocratis* Monumentis reperire nobis licuit: nihil vero obstat, ut hæ Galenicæ distinctiones non

 ad-

(*a*) Tom. II. lib. III. de Morb. n. X. p. 102. cit. edit.
(*b*) Ibid. n. XI.
(*c*) Coac. Prænot. a num. 97. ad num. 121. p. 555. 556. cit. edit.

admittantur. Si nostra interim nos non fallit harum omnium *Cynanches* specierum cum superius exscripto *Epidemico* Anginoso, sive, ut *Hippocratis* verbo utamur, *Cynanchico affectu* instituta comparatio; quæ in hoc acciderunt symptomata, minime illa sunt, quæ unius ex veræ *Cynanches* speciebus symptomatibus exacte respondeant. Abnormis affectus hic fuit, colli verticula subvertens, variis tumoribus, quorum magnam cohortem *Sacros Ignes* eructasse (§.259.) jam vidimus, *tuberosi Parotidum Affectus* (§.320.) aliquid redolens, simul & paraplegicis pathematibus, nervosum genus afficientibus, hujusmodi Febres, §.349. aduotatas, æmulans: quinimo ægrotos, qui hoc *Epidemico* Morbo interierunt (a), Hippocrates *Cynanchicos*, haud vero *Cynanche* detentos, vocavit.

§.377. *Erant autem Anginosorum affectiones hæ &c. &c.*] Apud eos, quos præ manibus habemus, equidem paucos, Morborum Scriptores, superius sæpissime allegatos, *Epidemicam* certe Anginam & quidem lethalissimam, Variolarum Consectariam, vidimus, ut §. 200., 263. & alibi adnotavimus; sed quæ hujus *Anginosi affectus* Analogiam sustineret, incassum quæsivimus. Uberi Bibliotheca instructis hanc particulam enodandam relinquimus, bina tantummodo veluti *Problemata* innuentes. Et primo, an *Huxhamii* verba illa (373.): „ *Morbilli aliqui . . Diu duravit Angina quædam aphthosa, quæ omnibus pene Morbis acutis accedit, præcipue pustulosis* ", aliquid luminis ad Hippocratis textum explanandum præbeat? Secundo, an illis *Hippocratici* textus verbis: „ *Et deglutitio & vox indicabant, & columellæ liquescentes significationem quamdam pravam exhibebant, quamvis nullum gravius malum habere videbantur* ", aptari poterit *Angina* illa *ulcerosa* sive *gangrænosa*, cujus §. 811. meminit Immortalis Boerhaavius? Et quo facilius hoc ultimum dirimatur, lubet hujus Anginæ speciei descriptionem, ab Ill. *Swietenio* traditam hic apponere.

(a) Popular. III. Sect. II. Ægr. VII. p. 718.; Popular. V. num. XXV. p. 787.; Popular. VII. num. VIII. p. 838.

re. „ *Est*, inquit [*a*], *& Anginæ species palatum, uvulam, tonsillas occupans, quam frequenter observavi; quæ facile curari plerumque solet, licet satis acriter sæpe doleant partes. Imprimis in* Scorbuto *laborantibus observatur: quandoque etiam* Epidemicorum more plurimos homines occupat, *verno præcipue tempore, humidoque & calido Aere. Levis Febris præcedit, sed post aliquot horas evanida ( in Hippocratis textu:* „ At recrudescentibus, ex his, parum quiddam tempora calida, etiamsi alias non febricitarent ", *& iterum*: „ Quibus vero etiam cum Febre, hi multo magis & difficulter spirabant, & aliena loquebantur, & venæ his magis elevatæ ". ); *tuncque dolent fauces hoc illove loco, & illas inspicienti apparet macula alba, cujus contigui limites rubent admodum & pessime dolent: cæterum non adeo intumescunt partes affectæ ( in textu*: „ quamvis nullum gravius malum habere videbantur ". ). *Si negligatur hoc malum, proserpunt hæ maculæ; halitus putridus ore exit, & eroduntur satis sæpe profunde partes affectæ . . . Apud* Aretæum, *ubi de Tonsillarum ulceribus, mitia dixit & innocua*: alia vero pestifera erant, lata, cava, pinguia, quodam humore albo concreto, aut livido, aut nigro sordentia. Id genus ulcera *Aphthæ* nuncupantur. Quod si concreta illa sordes altius descendat, affectus ille *Eschara* & est, & vocatur. In ambitu vero *Escharæ* valida rubedo fit, & inflammatio, & venarum dolor, quemadmodum in Carbunculo. *Pergit deinde enumerare teterrima mala, quæ hæc ulcera sequi solent, quando proserpunt . . . Ad Curationem autem horum ulcerum commendat talia medicamenta, quæ igni simillima, depascentia hæc ulcera coercerent, & crustas decidere facerent* ". Sic *Swietenius*. Intelligimus, ex iis quæ super hoc *Epidemico Anginoso affectu* hactenus differuimus sponte enasci hanc propositionem: Igitur per *Asiæ* Provincias *Aretæi* temporibus, necessario vulgatus est *Epidemicus* princeps Morbus, cujus *Anginosus* affectus adhuc *Epidemicus* ab *Aretæo* descriptus, consectatius esse debuit; de quo tamen apud

(*a*) Tom. IV. in Boerhaav. §. 811. p. 218.

apud *Aretaeum* nulla fit mentio. Qui vero assequutus est, majorem hujus Auctoris Commentariorum, praesertim Acutorum Morborum, partem summo rei Medicae detrimento perditam fuisse, minime id negare contenderit; praecipue si animadverterit, *Aretaeum*, uti firmis rationibus probat Ill. *Eloy* (*a*). *Galeno* fuisse coaevum. Dum enim, ipso *Galeno* teste, suis diebus, maxima *Pustulosa Pestis*, per *Asiam* totumque *Romanum Imperium*, diu grassata est, quam Variolosam fuisse inferius demonstrabimus, quamque & Morbillosam secum ducere medicae Praxeös Peritus nullus inficias iverit; nil vetat quin eredamus, *Aretaeum* hasce Pestilitates, una cum earumdem consectariis Morbis, quorum *Epidemicus Anginosus* affectus unus est, inspexisse, simul & literis commendasse, superstite tantum hujus, ex reliquarum Pestilitatum interitu, descriptione. Quod reliquum est, ex ulceribus in gangraenam prolapsis, facile intelliguntur sequentia in textu adnotata: „ *Et pedes omnibus quidem frigidissimi erant, maxime autem his* (Febrientibus nimirum). *Et hi ad erecte standum impotentiores erant. Et quidam non statim moriebantur. Quos autem ego novi, omnes mortui sunt* "; sicuti & ex integro *Hippocratis* textu, perspicuum est, hunc Medicinae Parentem, grassantibus jam per totam *Graeciam Sacris Ignibus*, *Ecthymatibus*, *Phlyctaenisque*, pustulosis scilicet Morborum generibus, *Epidemicam Anginosam affectionem* habuisse perspectam, ejusque historiam posteris tradidisse.

*Additio Nona.*

1. *Quanti intersit Morborum historias, eorumque ratas observationes, ex propriis fontibus integras potius exscribere, ut legentibus Scriptorum, qui illas elaborarunt, mens tota patescat, quam nostris hypothesibus, systematibusque inservientes, easdem mutilas, distortas, contractasque in nostram sententiam vel ipsorum Auctorum, & rei Medicae dispendio,* per-

(*a*) Dizionar. Stor. della Medicina Tom. I. p. 173. seq. Tradur.

*pertrahere ; hoc unum , quod subjungemus , exemplum satis superque demonstrare valeat. Quo quidem maxime recreamur reficimurque , utpote quibus ab altero hujusce nostri Operis Judice culpæ datum fuerit , quod nostrum Argumentum alienis verbis conflavissemus : quasi plurimas , quas in eo proposuimus , Analogias , circa quas totius Operis cardo vertitur, propriis, haud aliorum ratis observationibus , evictas dare debuissemus . In* Aretæi *igitur textu , ab Ill.* Swietenio ( §. 377. ) *excitato , satis clara omissa sunt verba, quæ evincunt,* Aretæum *discrimen posuisse inter* Sporadica , & Epidemica *sive* pestifera *Tonsillarum ulcera . Et ut id in apertum veniet , integer Magni Auctoris textus hic subnectatur oportet . Ne vero aliquis obrepat error , ex Codice a* Boerhaavio *edito , quem D. D.* Baltassar Perez, *peritissimus Neapolitanæ Medicinæ Professor , cujus grati animi semper meminerimus , nuper mutuatum nobis dedit , exscribere illum curavimus :* ,, Ulcera , *inquit Aretæus* [a] , in tonsillis fiunt , aliqua familiaria , mitia, non lædentia: aliqua aliena , pestifera, necantia . Mitia quidem sunt munda, exigua, non alte descendentia, non inflammata, dolorem non excitantia. Pestifera sunt lata, cava, pinguia, quodam concreto humore albo, aut livido, aut nigro sordentia. Id genus ulcera *Aphthæ* nuncupantur . Quod si concreta illa sordes altius descenderit, affectus ille *Eschara* & est & vocatur: latine *Crusta*. Crustam vero circumveniunt rubor excellens, & inflammatio, & venarum dolor , quemadmodum in *Carbunculo* , & exiguæ raræque Pustulæ (§.193.), quas Græci *Exanthemata* vocant, orientes: hisque aliæ supervenientes, in unum coalescunt, atque inde latum ulcus efficitur. Id si interius [ exterius *Henisch.* ] in os depascendo serpit, ad columellam usque pervenit , ipsamque exedit [ §. 374. *ex Hippocrate Columellæ liquescentes* ] , & linguam etiam occupat, & gingivas, & fræna , *idest dentium alveolos :* dentesque inde labefactantur, & denigrescunt : in collum etiam *Phlegmone* erumpit [ *ibid.* ]: atque isti, haud ita

(a) Morbor. Acutor. Libr. I. Cap.IX. p.8. Edit. Lugduni Batavorum 1735.

ita multis diebus post *Phlegmone*, Febribus [ *ibid.* ], fœtore, inediaque consumpti intereunt [ *ibid.* ], ut si in pectus per arteriam id malum invadat [ §.373. ], illo eodem die strangulat. Pulmo enim & cor neque talem odoris fœditatem, neque ulcera, neque saniosos humores sustinent, sed Tussis spirandique difficultas enascitur . . . *Regio Ægypti* horum affectuum plane fœcunda est . . . *Syria* quoque, maxime illa, quæ *cili*, idest cava, nominatur, hujusmodi Morbos procreat, unde *Ægyptia* & *Syriaca* ulcera id genus appellant. Modus vero mortis quam miserrimus accidit. Dolor quidem acer & calidus, qualis in *Carbunculo*; spiritus vitiatus; exhalant enim maximæ putredinis odorem; eumdemque vehementer in pectus spirando adducunt. Immundi adeo sunt, ut neque suum ipsorum odorem ferre queant. Pallida his, seu livida facies, Febres acutæ; sitis, ut igne accensi videantur ( *addit. VII. num. 6.* ); potum, veriti dolores, non admittunt. Tristantur enim quum tonsillæ comprimuntur, aut potus in nares resilit. Quumque decumbunt, surgunt ut sedeant, decubitum non ferentes ( §.374. ); quod si sedent, quiete carentes, iterum decumbere coguntur ( *ibid.* ): plerumque autem recti stantes obambulant, nam quiescere nequeunt; solitudinem fugiunt, dolorem tollere tentantes. Inspiratio magna est ( *ibid.* ); frigidum enim aerem ad refrigerationem desiderant: expiratio vero parva: nam veluti igne exusta ulcera quum sint, a calido præterea spiritu incenduntur. Raucitas adest, vox nihil significat ( *ibid.* ); atque hæc in pejus ruunt, quum subito in terram collapsis anima deficit ". *Ulcera* Familiaria, *in græco textu*, Elcea xynithea: aliena, pestifera, *in textu græco*, xenea, limodea. *Inferius (a) instituit Caput, cujus titulus est*: De Curatione Pestilentium in Faucibus Morborum, *ubi præ cæteris scribit*: „ Ut si crustæ jam resolvuntur, & ulcera rubida fiunt; tunc convulsionis maxime periculum subest ( *ibid.* ). Reficeantur enim plerumque ulcera, & cum his nervi distenduntur (*ibid*) ". *Quod vero probe notandum venit, id quidem est,*

(*a*) Ibid. Cap. IX. p. 89.

*est*, *quod ubi* de Tetano *egit* (*b*), *Convulsionum omnium maxima*, *hæc probe sciteque animadvertit*: „ Hyems omnium maxime horum vitiorum ferax est: secundo loco ver & autumnus: æstas autem minime, nisi vulnus præcesserit, *aut peregrini Morbi grassentur in vulgus* "; *quæ quidem ultima verba in græco textu sic habentur*: „ oi nusoi allodapoi Epidemii; *& verba* nusoi allodapoi *a Linguæ Græcæ prudentissimo* Junio Paulo Crasso *Italo*, *cujus versionem habet hæc* Boerhaaviana *Editio*, Morbi peregrini *vertuntur*: *verbum vero* Epidemii, *non* populares, *ut vulgo ab omnibus*, *quos inde* Scaligerus (§. 14.) *recte carpsit*, *sed* in vulgus grassantes *versum est*, *habita ratione ad* τὸ Morbi peregrini. *Neque hujus vocis vera significatio apud moderniores Græcæ Linguæ peritos prorsus ignota mansit*. Stephanus *enim* Blancardus (*a*) *Epidemici Morbi definitionem sic concinnavit*: „ Epidemicus est Morbus communis, a causa communi invectus, non tamen patrius & familiaris, sed potius *externus* & *adventitius*, & vario tempore nunc in una, nunc in pluribus Regionibus, multos simul invadens: uti Pestis, Dysenteria, Febres malignæ &c. ". *Ast ad* Aretæum: *Ulcerosum Tonsillarum Morbum in* Sporadicum (*id enim denotant* ulcera familiaria, mitia, non lædentia, ) *&* Epidemicum (*quod certe significant* ulcera aliena, pestifera & necantia: *quum* pestiferum, epidemicum, contagiosum, *eamdem habere significationem jam* §. 15. *&* 20. *evictum sit* ) *discrevisse*, *suum textum probe pensantibus clare patet*. *In confesso est igitur id Morbi Genus* Epidemicum, *sicuti & cæteros* Epidemicos *Morbos* in vulgus grassantes, Aretæum *exoticos habuisse atque alienigenos*. *An vero hic Auctor principem* Epidemicum *Morbum*, *a quo Tonsillarum* pestifera *ulcera ortum suum traxerunt*, *perspectum habuerit*, *necne*, *arguere forsan quisque poterit ex iis*, *quæ hac super re* §. 377. *innuimus*. *Affirmativam partem nos tueri faciunt* exiguæ raræque Pustulæ, *quas Græcos* Exanthemata *vocare dixit*, *quarum certe claram habuit notionem*. Ægyptia, & Syriaca ulcera id



(*a*) Ibid. Cap. VI. p. 3.
(*b*) Lex.Medic. Tom.I. pag.478.

genus appellant.] *Adhuc* Galenus, *quinimo* Hoffmannus *Elephantiasim Ægypto* Endemicam; *& Recentiores fere omnes* Scorbutum *quibusdam septemtrionis maritimis Civitatibus* vernaculum *esse crediderunt*. *At inferius suis in locis id inconsulto assertum fuisse demonstrabimus*. *Variolæ*, *Morbillique*, *ex quibus ulcerosus Tonsillarum* Epidemicus *affectus*, Aretæi *temporibus*, *hominum incuria Ægypto*, *Syriæque* contubernales *evadere potuerunt*, *sicuti a sæculo saltem decimo eadem causa cunctis in Europæ Nationibus tales evasere*, *& tales etiamnum patiuntur*.

2. *Pauli Æginetæ ætate*, *qui ex* Freindio (*a*) *septimo sæculo nostræ Æræ inclaruit*, *hujus* Epidemici *Anginosi Affectus memoria apud Græcos fere obliterata fuisse videtur*. *Etsi enim hic Auctor*, *quos scripsit de re medica libros*, *ex Græcorum Codicibus desumpsisse credatur*, *in Morbis tamen*, *quibus curandis suam operam navavit*, *accuratum suum calculum supra reliquorum sententiam semper adjecit*, *ut cuique ejus opera legenti patet*, *quicquid reliqui contra autumarint*. *De nostra interim* contagiosa *Angina hæc tantummodo raptim notavit* (*b*): „ Si in Febri Tonsillæ, & Columella inflammationem senserint, gargarizare convenit . . . . At si *pestifera* Tonsillis ulcera oboriantur, utendum quidem & præscriptis etc. “. *Et sequenti Capite XXVII. p.* 173. *subdit*: „ Cynanchicos vero strangulatus quoque interdum secutus est. Pueris raro talis affectus oboritur, quum scilicet Cervicis vertebræ affectæ loco suo excidunt “. *At ex his potius* Cynanchen *ex Vertebrarum Luxatione*, *quam hanc ex* Cynanche *quis deducere vellet*; *minime vero* Epidemicum Anginosum affectum *adstruere*.

3. *Apud Sauvagesium sequentia leguntur* (*c*): „ Aphtha ( *aphthe* ) pheningodes *Galeni*, Febris est, quæ per caloris intentionem *Pustulas* in ore, quæ Græcis *Phlictides* dicuntur, generat. *Lib. de finit. med.* = Aphtha Belgarum *Au-* „ *gust.*

(*a*) Histor. Medic.
(*b*) Lib. III. Cap. XXVI. p. 171. 172.
(*c*) Pathol. Method. Cl. III. Ord. III. IX. p. 144.

*gust. Blondel.* = Aphtha Borealium, Alcola *Arabum*. = Aphtha ferina. *Becker*. = Aphtha Scorbutica *Manget*. = Aphtha syphilitica *Sylvii*, *Mauriceau* ". *Et ubi de Cynanche* (*a*), *inter hujus species recensuit* Synochalem, Prunellam *Germanis*. *Fere omnes hæ contagiosæ videntur*.

4 *Plura Macbridius nobis exscribenda præbet*, *præsertim quod*, *quum discerpta sint*, *in unum locum colligere non abs re fore putamus*. „ Febris, *inquit* (*b*), remittens *anginosa maligna*. Hæc nonnunquam in variis Europæ Regionibus *epidemica* est, infantibus quam maxime funesta, ac fere *Exanthemate* scarlatino stipata ". *Alibi* (*c*) *sic fatur*: „ Febris *scarlatina maligna*. Incipit ab horrore, languore, & ingenti præcordiorum oppressione. Succedunt calor immodicus, nausea, ac vomitus, cum asperitate Faucium. Pulsus parvus depressusque, sed quammaxime celer; respiratio frequens & laboriosa; cutis summe calida, nec plane tamen sicca; lingua humida, maximeque radicem versus muco molli albido, cremoris speciem repræsentante, obducta est. Si fauces inspicias, *Tonsillæ inflammatæ*, *atque exulceratæ*, *nec multum tamen tumefactæ*, apparent. Tertio die *Exanthemata* prorumpunt, sed sine levamine: quin contra præcordiorum oppressio, spiritus difficultas, ac nausea, non raro ineteſcunt, alvique profluvium accedit. Æger, *delirare* nunc incipiens, aut corpus continenter per lectum jactat, aut sopore oppressus jacet. Vires, usque adhuc supra, quam expectari poterat, conservatæ, nunc *penitus deficiunt*; respiratio magis *laboriosa* evadit, ingestaque *difficilius* devorantur. Sexto die nondum exacto; Æger *suffocatus* perit. Decem, vel duodecim, a morte horis, corpus mirum in modum intumescit, cruorque dissolutus ex ore & naribus ebullit . . . = Notabile est, iis anni temporibus, quæ Febrem *Scarlatinam magnam* exhibent, ex aliis Febribus paucas esse, quibus *aliqua Anginæ symptomata* non accedant. Ex professo hunc Mor-

Nnn 2 bum

(*a*) Ibid. Ord. II. II. p. 140.
(*b*) Introd. Method. in Theor. & Prax. Medic. Lib. I. Cap. X. II. p. 66.
(*c*) Ibid. Cap. XV. p. 88. 89.

bum descripsit, &, quam prosperos eventus præ cæteris habuisse reperit, curandi rationem proposuit Cel. *Huxhamus* in commentario de *Angina maligna*, quorsum lectores nostros remittimus. Confer, quæ infra in *Febre aphthosa* dicemus ". *Ubi de Febre Aphthosa (a) hæc habet*: „ In complurium Febrium miliarium decursu *Aphthæ* oris, & Faucium exulcerationes, Tonsillas Uvamque infestantes, frequentes sunt. Sed interdum *Aphthæ* etiam per se, sine *Exanthematibus* miliaribus, exsistunt; *Febrisque* inde *aphthosæ* cognomentum accipit. Hæc tamen fere non, nisi in tenerrimis infantibus, incidit, adeoque in Morbis infantilibus a nobis exponetur. In adultis *Aphthæ* fauciumque ulcera medicamentorum detergentium usum . . . Cl. *Penrose*, qui de hoc Morbo ex professo egit, semper vitro Antimonii cerato usus est, idque in *Angina hac putrida* utile reperit, quam Ulcerum facies ab *Angina illa maligna, in gangrænam transeunte*, solique Cortici Peruviano cedente, facile distinguit. In illa enim ulcera *crustas albas* habent: in hac autem ora eorum *rubent* & *calent*, cum crustis in medio nigris, ac rubore splendido, per totas fauces diffuso. = In *Febre Aphthosa mortifera* plerumque alvi fluor ægrotum ex numero viventium exturbat ". *Tandem ubi de Angina (b) sequentia, ad Hippocratici textus* (§. 374.) *intelligentiam hic innuenda, scripsit*: „ *Angina Maxillaris*. In hac, quæ sæpe *epidemica* est, inflammatio a glandulis parotidibus atque maxillaribus ( §. 374. ) procedens, musculisque ac ligamentis maxillam inferiorem elevantibus, & cum superiore connectentibus, insidens ( *ibid.* ), ne os, nisi summo cum dolore, aperiatur, efficit. Quamvis tumor *plerumque* ingens sit; raro tamen insignis aliqua Febris accedit ( *ibid.* ) ".

5. *His majora habet Cel.* Cullenius, *quæ operæ pretium est ut indicentur, eo præsertim intuitu, ut assequamur, quam longe lateque hæc Pestilentiæ species sub Græcis Medicis*

(a) Ibid. Cap. XVII. p. 97.
(b) Ibid. Lib. II. Cap. IV. D. IV. p. 144.

*dicis vel perquam rara ; nostris temporibus ubique gentium diffusa propagataque sit*. Cynanches *igitur varias species* Cullenius *enumerans, præ reliquis has affert ( a )*: ,, Cynanche ( *maligna* ) tonsillas & membranam Faucium mucosam afficiens tumore, rubore, & crustis mucosis coloris albescentis vel cineritii, serpentibus, & ulcera tegentibus ,, cum Febre *typhode* & *Exanthematis*. = Cynanche *maligna* . . . Cynanche *ulcerosa* . . . Cynanche *gangrænosa* . . . Ulcera Faucium & gutturis anginosa & *lethalia*, Hispanis *Garotillo*, *Lud. Mercat*. . . . Angina ulcerosa Cl. *Fothergill*. . . . *Huxham* . . . Febris *epidemica* cum Angina, ulcusculosa, *Douglas* . . . Angina epidemica, *Russel* . . . Angina gangrænosa, *Withering* . . . Angina suffocativa, *Bard* . . . Angina maligna, *Johnstone*". *Et Sp. III. n. p.53. ibid.*,, Angina *epidemica* anni 1743. *Melloy* . . . Morbus strangulatorius *Starr*., . . . Morbus truculentus infantum, *Francof.* ad Viadrum & in vicinia grassans anni 1758. . . . Angina inflammatoria infantum, *Russel* . . . Catarrhus suffocativus Barbadensis anni 1758. *Hilary* &c. ". *Quæ quidem si contagio munitæ serpserunt, utut diversis stipatæ symptomatibus, unam constituunt* Anginosam Pestim, *& fortasse* Variolarum, Morbillorum, atque Rubeolæ sive Scarlatinæ *Confectariam*. *Hanc nostram Propositionem ipsius Celeberrimi Cullenii observationibus firmatam iri credimus, ubi quæ sequuntur rite perpendamus*: ,, Scarlatina ( *Cynanchica* ), *inquit laudatissimus Auctor (b)*, cum Cynanche ulcerosa. *not*. Spatio quadraginta annorum *Scarlatinam* sexies vel septies in *Scotia Epidemicam* observavi, & in unoquoque exemplo Morbus illius speciei erat, quam *Scarlatinam Anginosam* vocat *Sauvagesius*. Nos *Cynanchicam* appellavimus, ex eo quod ulceribus Faucium internarum fere semper comitata fuit. Quum in plerisque ægris Morbus *Cynanchem malignam* plurimum, aliquando satis exacte referebat; nec unquam *Scarlatinam Epidemicam* in omnibus ægris *simplicem* esse viderim, sæpe

(a) Synopf. Nosolog. Method. Cl. I. Ord. II. Gen. X. Sp. II. p. 50. seqq.
(b) Ibid. Ord. III. Gen. XXIX. Sp. II. p. 93. seqq.

sæpe dubitavi annon *Scarlatina omnis* sit *Cynanchica*, & semper idem fere Morbus ac *Cynanche maligna*, supra inter *Phlegmasias* relata. Plures autem rationes in hanc sententiam ire non sinunt. Certe enim, testibus *Sydenhamo* perspicacissimo & aliis, *Scarlatina* simplex, sive nulla comitante *Cynanche*, aliquando observata fuit, & datur itaque contagio quædam *specifica* efflorescentiam Cutis *Scarlatinam*, & hanc absque affectione quadam *Cynanchica*, gignens. Quod, si aliquando *etiam* contagio sit, Fauces afficiens, quæ plerumque etiam *Scarlatinam* gignat, hoc nihil præterea mihi probare videtur, quam quod sit contagionum quarumdam natura ejusmodi, ut simul *tum fauces*, *tum cutem*, afficere valeat ( *Confer. nostrum Opus* §. 253., & *Concl. XVIII. post* §. 258. ). Quum tamen *contagiones istæ ita differre possint, ut altera cutem, altera fauces magis & primario* afficere proclivis sit, *hanc differentiam* inter *Scarlatinæ*, & *Cynanches Malignæ* contagionem semper inesse puto. In Morbo *Epidemico*, quem pro *Scarlatina* habui, aliquot ægrotantium *sine Cynanche* quacunque erant; & in iis fere omnibus, quibus adfuit *Cynanche*, hæc benigna admodum ulcera tonsillarum, parva tantum nec serpentia, & plerumque pus bonum fundentia, exhibuit, & Morbus raro funestus fuit. In *Cynanche* vero *maligna* ægrotantes omnes in ipso Morbi ingressu, *Cynanche* correpti sunt; & hæc fere semper *ulcera maligna*, *fæda*, *serpentia*, *gangrænosa*, ostendebat ( *Confer. hic num.* 1. ). Morbus porro, putredinis & debilitatis indicia plurima prodens, plerumque exitialis evasit ". *Sæpius in hoc Opere innuimus*, & *inferius in* Epidemicorum Pathologia *dilucidius demonstrare confidimus*, *Variolarum*, *Morbillorum*, *atque Rubeolarum* Miasmata, *utpote Pestilitatum genera*, *sæpissime haud solivaga*, *sed aliis* Miasmatibus, *Tabem*, *Anasarcam*, *Ophthalmiam*, *Febres ardentes* & *Phreniticas*, *Dysenteriam*, *Aphthas*, *Intermittentes mali moris*, *Tussim*, *Anthraces*, & *hujusmodi alios affectus*, *uti Petechias producere aptis*, *munitas grassari*; *sicque harum Pestilitatum unam vel plures sibi Consectarias*, *vel comites habere*, *vel*, *postquam ipsa defla-*

*flagraverint*, *tanquam sui vicarias relinquere*. *Ubi hæc admittantur*, *pro vario Atmosphæræ dominatu*, *nunc illis*, *modo posterioribus* Miasmatibus *favente*, *Illustr.* Cullenii *accuratæ observationes facillimam nanciscuntur explanationem*: *sicuti pro varietate partium*, *respirationi deglutitionique destinatarum*, *quas hæc occupant*, *modo unam*, *modo alteram* Cynanches *speciem æmulantur*, *quæ tamen omnes* contagione *conveniunt*: *unde ab harum censu haud removenda esse videtur* Cynanche maligna, *cujus exactam descriptionem Auctor exhibet* (*a*); *ex qua*, *utpote multis phænomenis* Anginosæ *Hippocratis* affectioni *analoga*, *hæc exscribenda putamus*: „ Hic Morbus, *inquit*, est *contagiosus*, raro *sporadicus*, plerumque *epidemicus*. Omnis ætatis homines, sed præ cæteris pueros atque infantes aggreditur. Cujusvis etiam constitutionis homines *contagio objectos*, sed promptissime tamen debiles atque infirmos corripit. = Morbus plerumque comitatur insignis pyrexia, cujus accedentis symptomata, velut horrores crebri, nausea, anxietas, atque vomitus, sæpe prima sunt incipientis Morbi signa. Eodemque tempore cervicis rigor quidam ( §. 374. ) ac simul in faucibus internis aliqua molestia [ *ibid.* ], & vocis raucedo percipiuntur [ *ibid.* ]. Fauces, si inspiciantur, obscure rubentes, & aliquantum tumentes apparent; sed raro notabilis tumor est [ *ibid.* ]: raro magna difficultas aut dolor in deglutitione ( *ibid.* ). Brevi post cernuntur ad inflammatas partes passim maculæ albescentes, aut cinereo colore; quæ latiores sensim factæ coeunt, & totas fere fauces crustis crassiusculis operiunt ( *ibid.* )... = Una cum his symptomatis pyrexia pergit cum pulsu parvo, frequente & inordinato. Sub vesperam quotidie exacerbatio manifesta est; mane aliqua remissio [ *ibid.* ]. Functiones animales multum debilitantur [ *ibid.* ]. Delirium subinde [ *ibid.* ], sæpe coma subit. = Die secunda, subinde serius, in cute efflorescunt *aliquando* puncta exigua vix eminentia, sed tamen plerumque maculæ rubræ &c. ". *Pag.*141. „ Eadem

(*a*) Prim. Lin. Medic. Prax. Lib II. Cap. V. Sect. II. §. CCCIII. seqq. p. 139. seqq.

dem acrimonia in Fauces effusa, iterumque absorta glandulas lymphaticas circa collum *sæpe* admodum tumefacit (*ibid.*), nonnunquam eo usque, ut æger suffocetur ( *ibid.* ). Organa respirationis raro prorsus intacta manent [ *ibid.*] ; sed a serpente inflammatione sæpissime [ *ibid.* ] etiam afficiuntur ". *Pag*. 142. ,, Hi sunt lethales exitus *Cynanches malignæ*, qui tamen non semper obtinent [ *ibid.* ]. Interdum ulcera faucium mitiorem habent indolem, & Febris minus vehemens est, minusque putrida &c. ". *Qui hanc malignæ Cynanches descriptionem cum* Cynanchica *Hippocratis* affectione *comparaverit*, *in alio non distare comperiet*, *quam quod in* Hippocratica colli verticulorum *adfuit Luxatio*, *quæ in multis* paraplegicos *attulit affectus*, *in hac vero* Cullenii *præsto fuit* Cervicis rigor, *qui* Tetani *aliquid redolet*.

6. *Ludwigius* [*a*] *de variis Anginæ speciebus nimis perfunctorie pertractavit* ; nervosam *adhuc agnovit*, *at de ea hæc scripsit* [*b*]: ,, De nervosa autem, *convulsiva* scilicet & *paralytica*, nihil subnectimus, quum ex iis, quæ de Morbis *systematis nervosi* expofituri sumus, intelligi & hac reduci queant ". *Nostram vero imbecillitatem dissimulare nequimus, quin fateamur ex integra Morborum* Systematis nervosi, *quam habet*, *pertractatione* [*c*], *imo & Morborum* Oris & Faucium [*d*], paralyticam Anginam *assequi non potuisse*, *ut aliquam* Cynanchico *Hippocratis* Affectui *analogiam lucraremur*. *De hujus* Consectarii *Morbi contagione nihil serio egit*, *quinimo eumdem veluti ex materiæ morbosæ alterius Morbi decubitu deducere videtur*. *Etenim inter Sporadicas Anginæ causas*, *enumerat* [*e*]: ,, Metastasin materiæ morbosæ ad Fauces & loca vicina directam v. c. in Febribus Exanthematicis, Scarlatina, Morbillis, cet. ".

7. *Qui secum animo reputaverint hominum strages*, *quas inva-*

(*a*) Instit. Medic. Clinic. Part. I. Sect. II. §. 302. seqq. p. 134. seqq.
(*b*) Ibid. §. 302.
(*c*) Ibid. Tract. III. a §. 606. ad 692. a p. 279. ad p. 321.
(*d*) Ibid. Cap. V. a §. 736. ad 746. p. 343. seqq.
(*e*) Loc. supr. cit. §. 306. p. 136.

*involutâ* Epidemicorum *Morborum* Ætiologia *hucusque patravit*, *temporis jacturam certe non æxistimabunt*, *si Nos ex Ill.* Bursetio *plurima exscripturi erimus*, *ut hujus diræ* Anginosæ *Pestis hactenus personata facies omnibus facillime detegatur*. *Observavimus equidem* [ *Addit.VI. num.6.* ] *ex hoc laboriosissimo Viro* Epidemicam *mortiferamque* Anginam, *Pemphigem*, *sive Morbum* Phlyctænoidem *sæpius fuisse comitatam*. *Ubi de* Febre lenta nervosa maligna [*a*] *habet*: „ Nec desunt [ *huic scilicet Febri* ] Aphthæ albæ, rubræ, depascentes, nigræ, gangrænosæ labiis, linguæ, *Faucibus* infestæ, præsertim ubi Febris cum dissolutione putrida humorum copulatur, & pestilentialis, & contagiosa est ". *Hanc vero Febrem*, *Variolarum ac Morbillorum esse progeniem a §. 253. ad §. 259. probatum credimus*. *Ubi de* Febre Catarrhali, [*b*] *nonnullas* Anginæ ulcerosæ *cum Morbo* Vervecino *sive* Coqueluche *conjunctæ lethales grassationes refert*: *Et nos vere* Epidemicam *Tussiculosam Pestim a Variolis simul & Morbillis excitari*, *inferius demonstrabimus*. *Ubi de* Febre Gastrica Acuta, (*c*) *lethales Anginas quandoque eam consequi scribit*; *majusque portendere periculum*, *si* cum Morbillis, cum Variolis, Exanthematis miliaribus *hæc Febris complicetur*, *subditque in not*: „ Anginæ tamen in his Febribus plerumque ab acri, & septico fomite, vel *miasmate* ad fauces delato oriuntur, & facile in Aphthas gangrænosas, & depascentes degenerant. Hinc *malignæ*, & *putridæ* tunc vocari solent ". *De* Febre Hungarica (*d*): „ Fauces, *ait*, sæpe inflammantur, dolent, tument, ut in Angina "; *&* (*e*) *adjicit*: „ Angina, & præcipue Aphthæ fauces depascentes periculosiores habentur, quam ipsæ Parotides ". *Nos hanc Febrem esse Pestis speciem infra dabimus*. *De* Febre Catarrhali maligna Germanorum, *& quidem* Epidemica *habet* (*f*): „



(*a*) Vol. II. §. CCLXXVI. p. 91.
(*b*) Ibid. §. CCCLVI. p. 174.
(*c*) Ibid. §. CCCLXXXVII. p. 207.
(*d*) Ibid. §. CCCCVIII. p. 227.
(*e*) Ibid. §. CCCCXI. p. 230.
(*f*) Ibid. §. CCCCXVII. p. 238.

Quasi propria ( *signa* ) reputantur anginosæ affectiones, Aphthæ Faucibus infensæ ". *Ubi de* Tertiana Continua & Causo (*a*), *Febres Ardentes, ab Hippocrate Popular.III. sect. III. descriptas, quarum enucleationem jam superius nos adumbrasse videmur, hic Auctor cum nonnullis ex recentissimis in* Tertianæ Continuæ & Causi *Classe recenset: At de earum contagiosa indole* [ §.253. ], *nec de ulcerosis Oris Aphthis ab Hippocrate memoratis* [ §. 260. ], *mentionem ullam habuit*. *De* Purpura Scarlatina Maligna *hæc præ reliquis fatur* (*b*): „ Malignam, imo pestilentem cum Parotidibus, Bubonibus, & *Faucium*, *orisque exulceratione* conjunctam, curavit, descripsitque *Mortonus*. Anno 1748. & 1749. summopere maligna ac perniciosa Scarlatina *Hagæ Batavorum* desæviit. Hæc cum valida *Angina* inchoabat, & plurimos infantes, & multos juvenes, & adultos occidebat. Imo *Fauces*, *carnesque buccarum* in ulcera maligna, ossa maxillarum in cariem pessimam convertebat, & similia etiam in cruribus efficiebat. = Magnam cum priori affinitatem habet *Epidemica Scarlatina*, quam *Catalauni*, & in quibusdam Regni Gallici locis anno 1751. vidit *Navierius*... Per Febrem admodum vehementem se manifestavit, quæ animi deliquiis, lassitudinibus spontaneis, capitis, *Fauciumque doloribus*, *deglutitionem impedientibus*, comitata erat... Quibus non illico in primo Morbi impetu succurrebatur, *Eschara gangrænosæ in fundo Faucium versus arcum*, & *velum palati* superveniebant, & ita celeriter proserpebant, ut *œsophagum*, *asperamque Arteriam* ante occuparent, quam illæ *percipi*, curarique possent... Sub initium hyemis anni 1770. & 1771. *Vindobonæ*, post prægressam Febrium Intermittentium Constitutionem, malignæ & *Epidemicæ Scarlatinæ* insurrexerunt, quarum *Hannius*, & *Andreas Kirchvogelius* historiam nobis reliquerunt. Præcipua earum symptomata, quibus formidabiles reddebantur, fuerunt Convulsiones, coma, delirium, & non raro etiam *Angina inflammato-*

(*a*) Ibid. §. CCCCXIX. p. 242. seqq. not.
(*b*) Vol. III. Cap. IV. §. LXXI. LXXII. & LXXIII. p. 72. seqq.

*materia*, quæ, nisi propere apta medendi ratione coercere-tur, *gangræna*, & *sphacelo* terminabatur, ægrosque citissime jugulabat ". *Ex* Lorryo (*a*) *refert Epidemicam Scarlatinam anni* 1777. gutturis rubore ac inflammatione, *difficili, celeri ac sublimi respiratione, mente stupida, renitenti enormique labiorum, nasi, & colli tumore, convulsionibus ante mortem præ cæteris stipatam. Faucium etiam inflammatione comitata fuit Epidemica Scarlatina* in Cephaleniæ urbe, & vicinis locis *anno* 1763. *grassata, cujus historiam* Burserius (*b*) *ex* Angelo Zulatto *repetit*... *Ex quibus observationibus quamdam Scarlatinæ speciem*, Anginosam, *sive* Aphthosam *constituere asserit*. [*c*]. *Tandem* [*d*] *præsidia proponit pro doloribus arthriticis, & tumoribus glandularum colli & parotidum non suppurantibus & diutinis*, Scarlatinæ succedentibus; *qui bini consectarii affectus aliquam habere videntur analogiam cum hemiplegicis affectionibus atque tumoribus in Hippocratis textu* [ §. 374. ] *recensitis*. *Ubi de* Morbillis [*e*] *inter reliqua scribit*: „ Cæterum Tussis, quæ a principio ad finem usque Morbi vexare solet, si non exasperatur, quod *sæpe ob Morbillos in Larynge, & trachea exortos* accidit, eadem saltem remanet &c. "; *dein* ex calida, *uti loquitur* [*f*], & peculiari Morbillosi veneni acrimonia . . . in *faucibus* sitis, ardor, *tumor*, *difficilis deglutitio*, in *larynge*, & pulmonibus tussis sicca, assidua, raucedo, respiratio cita, difficilis, pectoris constrictio . . enascuntur "; *unde paulo supra* [ *g* ] *decrevit*: „ Qui ex Morbillis occumbunt, præsertim infantes, nono plerumque die, evanescentibus nempe exanthematibus, *infarctu bronchiorum*, & pulmonum oppressi, aut peripneumonia, præcipue ii, qui calidiore regimine usi sunt, *suffocantur* sæpe inopinato ". *Ubi de* Variolarum *prognosticis* [ *h* ] *sic loquitur*: „ In hoc

Ooo 2 ipso

(*a*) Ibid. a §. LXXIV. ad LXXVI. p. 75. seqq.
(*b*) Ibid. not. ad §. LXXXI. p. 82. seqq.
(*c*) Ibid. §. LXXXII. p. 85.
(*d*) Ibid. §. XCIII. p. 101.
(*e*) Ibid. Cap. VIII. §. CXIX. p. 127.
(*f*) Ibid. §. CXXIII. p. 133. seqq.
(*g*) Ibid. §. CXXII. p. 133.
(*h*) Ibid. Cap. IX. §. CCXVIII. p. 263. 264.

ipſo ſtadio ( *ſecundo* ) inflammatio *Faucium*, *difficilis deglutitio*, reſpiratio frequens, anxia, interciſa, interiores quoque partes varioloſa materia occupari non ſine periculo ſignificant [Lobb.]; in primis ſi ore hiante, & naribus obſtructis ſpirare æger cogatur ". *Et inferius* [*a*] *ſubdit*: „ Sed hi [ *variolarum ſuppurationem non conſequuti* ] in tumores etiam glandularum non ſuppurantes; & gangrænoſa tonſillarum ulcera incidunt ". *Denique* [ *b* ] *adjicit*: „ Quod ſi *Fauces* in hoc ſtadio [ *ſecundo* ] *uti plerumque evenit*, doleant, *tumeant*, *inflammentur*, puſtulis nempe ibi obortis, difficilemque deglutitionem reddant, leniri aſſidue debent eclegmate micilaginoſo &c. ". *Ubi de* Morbo Petechiali maligno ( *c* ): „ Rubent, *ait*, oculi, & lacrymas ſubinde effundunt, *Fauces* dolent, rubore interdum *eryſipelatode* ſuffuſæ, interdum *vera Angina*, quæ deglutitionem lædit, aut *ſpiritum elidit*, correptæ; lingua, quæ prius humida, mollis & rubra erat, illico, aut brevi albicat, aut flaveſcit, deinde nigricat, & deſiccatur, niſi jam a principio aruerit; ſcabra fit; atque in ſulcos finditur, *Aphthis ſæpe*, quæ nec *labiis* parcunt, obſita; oris halitus putet; dentes in primis, & labia ſordibus, interdum nigricantibus, ſcatent &c. ". *Et infra* [*d*]: „ Hoffmannus, *inquit*, eorum complures, qui pereunt [ *Petechiali nimirum Peſte* ], ex gangrænoſa ventriculi, inteſtinorum, aliorumque viſcerum inflammatione, aut phrenitide, aut *anginoſis Aphthis*, *Fauces*, *œſophagum*, *laryngemve depaſcentibus*, e medio tolli exiſtimat ". *Inter ſigna lethalia*, *quæ Petechialem Morbum comitantur*, *ab Auctore adnumerantur* [*e*]: „ Angina præfocans; Faucium ulcera depaſcentia; magna vocis mutatio; dyſphagia, ſive difficilis deglutitio; in primis *ſi nullo in Faucibus tumore*, *aut dolore exiſtente* a nervorum ſpaſmo, aut *reſolutione* proficiſci videatur ".

*Inter*

(*a*) Ibid. §. CCXXIII. p. 269.
(*b*) Ibid. § CCL. p. 312.
(*c*) Vol. IV. Cap. X. §. CCCXXVI. p. 38.
(*d*) Ibid. §. CCCXXIX. p. 43.
(*e*) Ibid. §. CCCXLIII. p. 62.

*Inter non pauca exempla hujus* Anginosi affectus *Petechias* Epidemicas *comitantis*, *quæ exstant apud* Burserium, *unum hic memoraſſe ſufficiat*, *quod affert* [*a*] *ex* Octaviano Roboreto *ſub Peticulis anno* 1591. Tridenti *epidemice vulgatis*, *quas magna ex parte* Faucium dolores & inflammationes, tuſſes humidæ, quibuſdam etiam vocis interceptio, ac omnimoda loquelæ amiſſio, cum ablata fere deglutiendi actione *comitabantur*. *De* Morbo, *ſive* Exanthemate Miliari [*b*] *ſic loquitur*: „ Quandoque *Fauces* dolent, rubentque, & exiguis *puſtulis*, ſive *Aphthis* linguæ apex, aut ejus latera ſcatent “. *Et* [*c*]: „ At plerumque ptyaliſmus iis ſupervenit, quibus lingua & *Fauces Aphthis* vehementer vellicantur, ut non ſemel videre mihi datum eſt “. *Tam propria Miliari Peſti Anginoſa eſt affectio*, *ut idem Auctor inter ipſius irruentis diagnoſtica ſigna*, dolorem, aut ardorem Faucium, deglutitionemque difficilem, aut ſaltem incommodam [*d*] *adnumerat*. *Adhuc* [*e*] ſcripſit: „ *Cl.Baraldius* in Miliaris Morbi Endemico-*Epidemica* conſtitutione *Corregienſi* tria malignitatis ſigna, modo ſejuncta, modo copulata deprehendit . . . *Secundum* ſignum præbebat *Tuſſis moleſta*, *aut ſicca*; cui cito ſe addebat *tertium*, videlicet ſimplex *phlogoſis tonſillarum* cum punctis quibuſdam albis, & cum ſtria quadam rubra ſecundum marginem veli palatini ad uvulam protenſa, & terminante. Hæc *phlogoſis* modo reſolvebatur intra ſex, aut ſeptem dies, modo in *Aphthas gangrænoſas*, quæ protendebantur *ad Fauces*, *ad æſophagum*, *ad palatum*, *ad gingivas*, *ad labia*, deſinebat “. *Denique in hujus Morbi Prognoſi habet* [*f*]: „ Deſperatam rem eſſe dicit *Gaſtellerius*, ſi gingivæ, & dentes incruſtentur humore cretaceo, flavo, nigro; aut *Aphthæ* ejuſdem coloris ori innaſcantur. Duo itidem lethalia ſigna idem Au-ctor

(*a*) Ibid. §. CCCLXXVIII. p. 126.
(*b*) Ibid. Cap. XI §. CCCXCIII. p. 157. ſeqq.
(*c*) Ibid. §. CCCXCVI. p. 163.
(*d*) Ibid. §. CCCXCIX. p. 170.
(*e*) Ibid. §. CCCC. not. p. 173.
(*f*) Ibid. §. CCCCXVII. p. 207.

ctor enumerat, nempe levem *gutturis dolorem*, quem adstantes, ægrique ipsi pro affectu catarrhali accipiunt, . . . ; Quibus enim, inquit, levis gutturis dolor cum vocis *raucitate* supervenit, his proxime instat Mors, quæ ut plurimum intra viginti quatuor, aut quadraginta quatuor horas ad summum accedit "; *lethalesque sub hac Peste ipse Burserius decernit* [a] Artuum paralyses [ §. 374. ], & dolorem Faucium anginodeum. *Ex luculentissima igitur Epidemicorum Morborum Historia per hunc diligentissimum Virum summo labore a cunctis fere, qui de iis diserte hactenus pertractarunt, Scriptoribus hausta, ac in unum ordinatim digesta, compertum firmumque manet*, Anginosam Affectionem, *ut plurimum* lethiferam, *individuum & peculiarem* Pemphigis, *sive* Morbi Phlyctænoides; Febris Lentæ nervosæ malignæ; Febris Catarrhalis, *sive* Morbi Vervecini; Febris gastricæ Acutæ; Febris Hungaricæ; Purpuræ Scarlatinæ malignæ; Morbillorum; Variolarum; Morbi Petechialis Maligni, *atque* Morbi *sive* Exanthematis Miliaris *esse comitem*. *Num enumerati* Epidemici *Morbi constituant singuli diversum distinctumque Pestis genus, an potius eorum aliqui sint Principum* Epidemicorum *soboles, modo simul cum his, nunc disjuncti grassantes; aliqui vero speciem tantummodo efficiant generici* Epidemici, *audacter determinare non assumimus, utpote qui a celeberrimis Viris nuper vulgatam Morborum* Nosologiam *interturbare minime confidimus. Satius nobis erit, a proposita ex* Hippocrate *Morborum generica partitione* [ a §. 17. ad §. 30., & Addit. IV. num. 7. & 11. ] *non recedere. Hic vero Instituti ratio demonstrare nos urget*, Epidemica Miasmata Anginosa *sæpissime e principalibus suis* epidemicis Miasmatibus *divulsa, solivaga in genus humanum grassari, eodem modo, quo Hippocratis diebus grassata sunt, & quidem ex laudatissimi Burserii ipsorum enucleata historia. En igitur, qua edisserit* [ *b* ] *ubi de* Angina Gangrænosa Maligna: „ Synonyma. Angina maligna & gan-

(a) Ibid. §. CCCCXXI. p. 211.
(b) Vol. VI. Cap. XVII. §. CCCXCVIII. seqq. p. 187. seqq.

& gangrænosa ann. 1751. ad 1753. *Huxhami* . . . Angina gangrænosa *Tussani* . . . Angina gangrænosa *Chomelii* . . . Angina in gangrænam desinens *D. Marteau* . . . Angina maligna & gangrænosa, *Praxis Med. Lond.* . . . Angina maligna ulcerosa *Fothergilli* . . . Tonsillarum gangræna *Meadii* . . . Pestilens & præfocans Pueros Abscessus, quem græce vocant *Pedanchonin Limoden*, sive Puerorum strangulatum pestilentem *M. A. Severini* . . . Crustosa, malignaque Tonsillarum, & Faucium ulcera *Jo. Ant. Foglia* ... Morbus strangulatorius *Aetii*, *Cleri Signini* . . . Pestilens Faucium Affectus *Jo. Andr. Sgambati*, De Pestilent. Faucium Affectu *Neapoli* sæviente 1620. Ulcus Syriacum *M. Ant. Alaymi* . . . Epidemicus strangulatorius Affectus *Jo. Bapt. Carnevalli*, De Epid. Strangulat. Affect. *Garratillo Hispanorum* ... Angina gangrænosa, Pedanchone Sevevini, *Vogelii* . . . Angina maligna, vel Morbus strangulatorius, vel pestilens Faucium Affectus *Franc. Homii* . . . Anginæ primum genus ann. 1747. *Martini Ghisii*, *Lett. Med. Lett. II. sopra le Angine epidemiche degli anni* 1747. *e* 1748. *Cremon.* 1749. ". *Hæc Anginosæ Pestis diversa Synonyma apertissime demonstrant, tam raro eam transactis seculis apud Europam grassatam fuisse, ut obsoleto suo a prioribus Historicis indito nomine, id circumscriptum atque definitum haud obtinuerit: sed majorem expostulant animadversionem, quæ* Burserius *subjicit* : „ Hanc, *scil. Anginam*, (a), si minus ab *Hippocrate* (*not.* Coac. 276. Prænot. 131. Epid. l. 6. Sect. 7.), (*Igitur, quem nos explanare* [ §. 377. ] *aunisi sumus, Anginosum Epidemicum affectum ab* Hippocrate *descriptum*, Burserius *præteriisse videtur* : *De Angina ex Hippocrate Epidem. lib. VI. Sect. VII. epidemice grassata, nos inferius*), certe ab *Aretæo* (De Causs. & sign. acut. Morb. l. 1. cap. 9.), atque ab *Aetio* (Tetrabibl. 2. Serm. 4. cap. XLVI. de crustos. & pestilent. tonsillar. ulcerib.), (*Hæc Aetii de Anginosa Peste pertractatio sub textus Hippocratici Analogica elucubratione omnino nos latuit.*), antiquissimis Medicis cognitam, & lu-

(a) Ibid. §. CCCXCIX. & p. 189. seqq.

& luculenter descriptam censent plerique Neotericorum ( Home . . . Mead . . . Swietenius . ( *At hujus Pestis Europæ exoticam, atque alienigenam Originem ( §.377. ), nescimus an horum aliquis demonstraverit.* ). Ab iis tamen dissentit quam maxime *Cl. Vogelius*, cui videntur illi graves viri de *Aphthis* scripsisse eo loco, non de *Angina ista*, quum memorent ulcera sensim a tonsillis ad columellam, linguam, gingivas, & dentium alveolos provenire; quæ *Aphtharum* natura est. *Et certe*, subjicit, *in Angina gangrænosa lingua, & gingivæ immunes sunt ab omni labe: nec hæc diu excruciat*. At alia omnino sententia est *Cl. Swietenio*; nam is concedit quidem *Aphtharum* nomine ibi Malum describi, sed plane diversum ab *Aphthis hodie vocatis*; *veram*, nempe *gangrænam a depositione malignæ materiæ versus fauces natam*, & talem Malum ad *Anginam gangrænosam* pertinere. Et quod attinet ad *Aretæum*, revera ex toto Capite de *Tonsillarum ulceribus* inscripto, si omnia, quæ ibi scripta leguntur, una perpendantur, multo verosimilius videbitur, non de *Aphthis* hodie sic nominatis ibi agi, sed de *maligno & gangrænoso Faucium Morbo*, *Anginæ huic gangrænosæ* simillimo. Nam præter ulcera maligna *concreto humore albo, aut livido, aut nigro sordentia*, quæ tonsillis innascuntur, memoratur ibi *colli* quoque externus rubor, qui *phlegmones* instar nonnunquam efflorescit, atque *erumpit*: Quod sane ab *Aphthis* hodiernis alienissimum est; dum contra hujus *gangrænosæ, & malignæ Anginæ* fere proprium esse consuevit. Præterea Malum ab *Aretæo* descriptum non diuturnum est, quum eo laborantes *non multis diebus post, phlegmone, Febribus, fætore, inediaque consumpti* interire ibi dicuntur. ( *Majus hujus argumenti momentum, quod omnem dirimit disceptationem, & hic Ill.* Burserius *prætermisit, illud quidem est*, Aretæum [ hic num. 1. ] *probe sejunxisse Tonsillarum ulcera* familiaria, mitia, non lædentia, *humano generi quidem coæva, omni sæculo, & cuicunque totius Orbis terrarum Regioni propria*, Aphthæ *nuncupata*, *a Tonsillarum ulceribus* alienis, pestiferis, necantibus, *de quibus sermonem instituit*, *quæque* Ægyptia & Syriaca ulcera appel-

pellari *retulit : Unde & nos nunquam pænitebit*, *hic integrum Aretæi textum* , *ficuti alibi Multorum plurimos huic Operi attexisse*, *quo quisque absque erroris metu suum possit super res propositas interponere judicium* ; *etiamsi hujus scribendi methodus vel in ore nostro crimini nobis data fuerit* ). Adde, *Aetium* de lingua, gingivis, & dentibus in ejus historia nec verbum quidem facere, dum in reliquis symptomatibus recensendis omnino cum *Aretæo* consentire videtur. Quare probabile utique est, id, quod de gingivis, lingua, & dentibus ab *Aretæo* notatum fuit, quodque a *Vogelio* pluris fortasse fit, quam deceat, accidens potius, atque epigenomenon fuisse, quam constans, atque inseparabile symptoma; uti esse solet in *Aphthis* veris, & hodiernis, quæ præterea non ita cito occidunt, nec ita celeriter sua tempora percurrunt. = Atqui dimissa hujusmodi qualicunque *de Morbi antiquitate* disputatione *neque utili*, neque necessaria ( *Inutilis equidem*, *ubi non probetur* , *Morbum aliquem vetustis temporibus* apprime novum *ab exteris Nationibus in Europam irrupisse*: *utilissima vero*, *si ejusdem exotica origine demonstrata* , *omnimodam ipsius extinctionem apud Nos perfici posse in propatulum sistatur*. ); illud vere certissimum est, eum *non ante annum* 1620. accuratissime descriptum fuisse ( not. *Renatus* tamen *Moreau* . . . testatur a *Jo. Wiero* . . . describi quamdam *Anginam Epidemicam* , quæ annis 1564. & 1565. per *inferiorem Germaniam* vagata est. Prodiit etiam *Compluti* anno 1611. Disputatio Medica *Jo. Alphonsi de Fonseca de Angina & Garratillo* , itemque *Matriti eodem anno Francisci Perezii*. Liber *de affectione Puerorum* &c. ; Sed, ut diximus, ab anno 1620. & descripta diligentius est, & *multo generalius* cognita . ) ( *Quia hujus Pestis Matrices Variolæ* , *Morbilli* , *Rubeola multo longe lateque per Europam propagatæ atque diffusæ sunt* ) . Quum enim *Neapoli* tunc *epidemice* desævierit , & totam *Italiam* , atque *Hispaniam* peragraverit, magnam ubique cladem inferens, continuo in lucem editæ fuerunt multorum de ea *Lue* lucubrationes , inter quas præ cæteris celebrantur *Jo. Anton. Foglia* Commentarium de *Anginosa Passione* ( Nea-

poli 1620. ), *Jo. Andreæ Sgambati* Opusculum *de pestilenti Faucium affectu Neapoli sæviente* [ Ibid. ] *& M. A. Severini de pestilente, & præfocante pueros Abscessu* [ Ibid. ]. Nostra denique ætate, postquam *dira hæc calamitas* aliquot annos [ 1739. 1742. 1746. 1747. & 1748. ] *Belgium*, *Galliam*, *Angliamque* afflixit, ita Medicorum observationibus illustrata est, ut hodie non desit absolutissima ejus historia [ *deerat, ut absolveretur, ejus exoticæ originis demonstratio* ], apud *Jo. Fothergillium* [ Londin 1748. ], *Raboursium* [ De ulcere Tonsillarum 1749. ] ,, *Boullandium* [ Thes. Medic. ann. 1750.. Anno 1752. grassatum est hoc malum in *Valle Cimmia* apud *Helvetos*, *Hallero*, & *Zimmermannio* testibus ], *Marteaux* [ Journal de medecin Mars 1756. ], *Raullinium* [ Ibid., & L. des malad. occasionees par les prompt & frequent variation de l'air chap. XIII. Maux de gorge *epid.* ann. 1748. & 1749. ], *Huxhamium* [ Journal de Med. 1757. ], *Boucherum* [ Journal de Med. T.VIII. ], aliosque nec paucos, nec incelebres". *Hæc Burserius, qui* [*a*] *contagiosam affirmat hanc Pestim*, *ejusque descriptionem in non paucis ab Hippocrate* [ §.374. ] *relatæ analogam graphice exequitur* [*b*] : *sub nomine* Trachealis, *sive* Cynanches ( the croup ab Anglis dictæ, *ab aliis* Cynanches stridulæ ) *eamdem Pestim*, *aliquibus pathematibus distinctam enarrat* [*c*], *ejusque alia* Synonyma *recenset* [*d*], *quæ omnia* Epidemicam *definiunt*, *per omnes fere Europæ Regiones nuperis temporibus lethalissime grassatam*, *&* Anginosæ *Hippocratis* Affectioni *perquam simillimam* : *sub qua* ,, sæpe colli pars anterior [*e*], qua dolenti tracheæ respondet, tumidior apparet [ §. 374. ], & pressione, etsi non admodum acutum, doloris tamen sensum aliquem percipit ( *ibid.* ) . . . Læsæ respirationis (*f*), suffocationisque incum-

(*a*) Ibid. §. CCCCI. p. 192.
(*b*) Ibid. a §. CCCCII. ad §. CCCCXXII. p. 193. seqq.
(*c*) Ibid. a §. CCCCXXXIII. ad §. CCCCXXXVI. p. 211. seqq.
(*d*) Ibid. p. 212.
(*e*) Ibid. §. CCCCXXIV. p. 213.
(*f*) Ibid. §. CCCCXXV.

cumbentis nulla manifesta causa se prodit ( *ibid.* ), nam inspectis faucibus nihil præter naturam invenitur ( *ibid.* ), nisi quod *aliquando* paullulum niteant, aut tenaci muco induantur. Cum ista difficili respiratione, plerumque profunda, raro celeri, conjungitur sonus quidam peculiaris, qui verbis exprimi apte nequit, sed facillime discernitur ab iis, qui semel eum audiverint ( *ibid.* ). Si cuiquam voci comparandus is est, nullam ei magis similem invenies, quam illam ipsam, quam juniores gallinæ edunt . . . Quumque eidem ( *a Michaelio videlicet descriptæ* ) quam simillima sit illa (*a*), quam inter primos certe, & in *Italia* fortasse solus hujusce exitiosissimi *Morbi epidemice in Urbe Cremona grassati* accuratissimus observator *Martinus Ghisius* jamdiu edidit; operæ pretium fore duxi, *Italicæque Medicinæ*, hodie apud Exteros injuria despectæ, perhonorificum, si Anginæ hujus historiam jam traditam ejus quoque observationibus illustrare non prætermisero; id enim *teterrimi*, *fallacissimique* Morbi cum *Diagnosim*, tum Curationem quammaxime adjuvabit . . . Hæc autem *Species Anginæ*, *quæ annis* 1747. *&* 1748. *Epidemica apud Cremonenses* extitit, erat *fallax*, & lethifera (*ibid.*); quin Fauces ullo modo læderet (*ibid.*), aut deglutitionem depravaret ( *ibid.* ). Hinc aliquos incautos homines, & complures pueros, quibus apta Medicina defuit, adoriebatur, & neci dabat ( *ibid.* ). Insolita bibendi cupiditas; facies pallida; tussis asperrima, assidua, & consueti sonitus expers, ut plurimum sicca; spirandi difficultas ( *ibid.* ); ardor, dolorque fere semper circa laryngem molestus ( *ibid.* ); Febris cum summo interiorum partium, exteriorum vero perexiguo calore conjuncta ( *ibid.* ); pulsus parvi, & plerumque inæquales; magna corporis jactatio; vox clangosa; & quandoque respiratio sibilans (*ibid.*) communia erant omnibus symptomata; quæ brevi vehementiora facta ( *ibid.* ), citissime eos ægros redigebant, ut pulsus maxime inæquales, & intermittentes, cutim ubique aridam, extremaque Corporis frigida ( *ibid.* ) haberent; nul-



(*a*) Ibid. §. CCCCXXVIII. p. 126. seqq.

lo modo decumbere, aut loco conquiescere possent (*ibid.*), spiritum ægerrime, & celerrime cum horrendo stertoris perpetui murmure ducerent ( *ibid.* ). Ore enim hiante, cervice tumida ( *ibid.* ), & posteriora versus retracta ( *ibid.* ), & trachea , in primis ejus capite , sive larynge sursum ad maxillam inferiorem quam proxime adducta ( *ibid.* ) , & extrorsum anterius vehementissime protrusa ( *ibid.* ), inspirationem obibant ( *ibid.* ) , sive , quod idem est, oppido sublimem ( *ibid.* ), ut eam vocavit *Hippocrates*, habebant respirationem. Sieque miserrime vexati, alii tertia, alii quarta, alii quinta , & quandoque etiam secunda , aut septima ab *Anginæ* principio die suffocabantur ( *ibid. sub finem* )". *At hujus nunquam satis laudandi Viri eximiis hac super Peste improbisque laboribus coronidem ponat judiciosissima ipsius animadversio hisce verbis* (*a*) *conflata*: „ Perspicuum etiam videtur, non unam ejus esse Naturam, sed variam ( *sicuti varia fuit Anginosa Hippocratis affectio superius comparata* ), prout temperamentum, habitus corporis, ætas, sexus, anni tempus, tempestatum constitutiones, Aëris ratio, aliæque causæ antecedentes , aut procatarcticæ variantur ; nec unum signum pathognomonicum existere, ex quo malum dignoscatur , sed symptomatum præcipuorum syndrome , & concursu ejus *Diagnosim* inniti oporrere. Dissimulandum tamen non est , facile *Anginam* hanc cum aliis congeneribus Morbis confundi posse , videlicet cum *Angina tracheali inflammatoria pura* , cum *catarrhali aut serosa*, cum *illa*, quæ ab illapsis in laryngem corporibus nascitur , cum *Asthmate convulsivo* , cum *Catarrho suffocativo Ettmulleri*, cum *Tussi convulsiva Coqueluche* vulgo dicta , *aliisque*. Verum singula hæc mala peculiaribus quibusdam notis discriminantur. Angina inflammatoria trachealis pura, non adeo *fallax* & *subdola* est , sed manifesto acutior , & inflammationis *veræ* phœnomenis comitata: dolorem in Larynge, & trachea exhibet acriorem & magis molestum; sibilum peculiare in inspiratione, qualem indicavimus, comitem non habet, neque vo-

(*a*) Ibid. §. CCCCXXXII. p. 221. seqq.

vocem edit *gallinaceæ* ſimilem; neque fruſtula membranea, de quibus memoratum eſt, & tubuliformes concretiones tuſſi ejicit &c. " *Hactenus Ill. Burſerius*.

8. *Egregius Auctor*, *qui* inventum integre novum *hoc in noſtro Opere reperiri pernegavit*, *ubi de* Cynanche (*a*) *propoſitis variis Cynanches ſpeciebus hæc fatur*: „ Nos quidem hic præter *Cynanchen*, & aliarum adjacentium partium inflammationem perpendemus, de reliquis Anginæ ſpeciebus, alibi, pro re nata acturi ". *Dein ſubdit* (*b*): „ Quod tamen hic dicimus de Synanches levitate, ſic intelligendum eſt, ut reminiſcamur, *malignam ſæpiſſime* eamdem fuiſſe obſervatam, quæ ſcilicet *gangrænoſam* indolem manifeſtam obtineret, & cujus fundamentum facere conſuevit *peſſima humorum omnium conditio*, & univerſalis malignus Morbus ". *Oblitus autem hanc ipſam malignam*, gangrænoſamque Cynanchen *anno* 1620. ( *hic num.* 7. ) *Neapoli extitiſſe luctuoſiſſimam*; *parumque ſollicitus ſuæ Nationis gloriæ*, *quæ ad Partenopæam Medicinam ex* Jo. Ant. Foglia, Joann. Andreæ Sgambati, M. A. Severini ( *hic num.* 7. ), *aliorumque fortaſſe*, *hiſtoriarum hac ſuper Peſte elaboratarum inſtauratione redundaſſet*, *in iis ſuis voluminibus*, *quæ præ manibus habemus*, *nihil de hoc truculento Morbo egit*.

9. *Conſiderata igitur Recentiſſimorum ſuperius commendatorum de* Anginoſa Peſte *Doctrina*, *nec ejus apud Europam exotica Origo alicui nota fuit*, *neque Extinctio ab aliquo propoſita*.

## ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

Ἐς Πέρινθον περὶ ἡλίου τροπὰς ὀλίγον τὰς θερινὰς ἤλθομεν: ἐγεγόνει δὲ ὁ χειμὼν εὔδιος ( καὶ ) νότιος. τὸ δὲ ἔαρ καὶ τὸ θέρος πάνυ ἄνυδρον μέχρι πληϊάδων δύσιος. εἰ γάρ τι καὶ ἐγένετο, ἦν οἷον ψεκάς. καὶ ἐτησίαι οὐ κάρτα ἔπνευσαν. καὶ οἱ πνεύ-

(*a*) Lib. II. Inſtit. Medic. Partis Poſterioris &c., not. ad §. 436. p. 174.
(*b*) Ibid. not. ad §. 442 p. 177.

πνεύσαντες, διεσπασμένως. τοῦ δὲ θέρεος καῦσοι ἐπεδήμησαν πολλοί. ἦσαν δὲ ἀνήμετοι, καὶ κοιλίαι ταραχώδεες λεπτοῖσιν ὑδατώδεσιν ἀχόλοισιν. ἐπ᾽ ἀφροῖσι πολλοῖσιν ἴχοντά ἐστιν ὅτε καὶ ὑπόστασιν τεθέντα. ἐξ οἵων δὴ καὶ ἐξαιθριαζόμενον τὸ ἴκελον. ἴσα τῷ εἴδει διαχωρήματα διὰ παντὸς, κακόν. ἐν τουτέοισι πολλοὶ κωματώδεες ἦσαν καὶ παράφοροι. οἱ δὲ ἐξ ὕπνων τοιοῦτοι ἐγίνοντο· ὅτε δὲ ἐγερθεῖεν, κατενόουν πάντα. πνεύματα μετέωρα οὐ μὴν πάνυ. οὖρα λεπτὰ μὲν τοῖσι πλείστοισι καὶ ὀλίγα, ἄλλως δὲ οὐκ ἄχροα. αἱμοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν οὐκ ἐγένοντο, εἰ μὴ ὀλίγοισιν, οὐδὲ παρωτίδες· περὶ ὧν ὕστερον γράψω· οὐδὲ σπλῆνες ἐπήροντο, οὐδὲ δεξιὸν ὑποχόνδριον οὐδ᾽ ἐπώδυνον κάρτα οὐδ᾽ ἐντεταμένον ἰσχυρῶς. οὖν δέ τι ἐνσημαῖνον. καὶ μάλιστα ἐκρίνετο πάντα, τὰ πολλὰ περὶ τεσσαρεσκαίδεκα, ὀλίγα ξὺν ἱδρῶτι, ὀλίγα ξὺν ῥίγει, καὶ πάνυ ὀλίγοισιν ὑποστροφαὶ ἐγίνοντο, ὑπὸ δὲ τὰς ψεκάδας τὰς γενομένας ἐν τῷ θέρει ἐπεφαίνετο ἱδρὼς, ἐν τοῖσι πυρέττουσι καί τινες αὐτίκα ἱδρῶτες ἐπ᾽ ἀρχῆς ἐγίνοντο, οὐ μὴν κακοήθως καὶ τοῖσιν ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἐκρίθη ξὺν ἱδρῶτι. ἐγένοντο καὶ ἐν τοῖσι θερινοῖσι πυρετοῖσι περὶ ἑβδόμην καὶ ὀγδόην καὶ ἐννάτην τρηχίσματα ἐν τῷ χρῶτι κεγχρώδεα. (ἢ) τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοισι μάλιστα ἴκελα ἀναδήγμασιν, οὐ πάνυ κνησμώδεα. ταῦτα διετέλει μέχρι κρίσιος. ἄρσενι δὲ οὐδενὶ εἶδον τοιαῦτα ἐξανθήματα. γυνὴ δὲ οὐδεμία ἀπέθανεν, ᾗ ταῦτα ἐγένετο· βαρυήκοοι δὲ ἦσαν καὶ κωματώδεες, πρόσθεν δὲ οὐ κάρτα ἦσαν κωματώδεες, ἧσιν ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι. οὐ μὲν τὸ σύμπαν διετέλεον. κωματώδεες δὲ καὶ ὑπνώδεες τὸ θέρος καὶ μέχρι πληϊάδων δύσιος. ἔπειτα μὲν ἀγρυπνίαι μᾶλλον. ἀτὰρ οὐδὲ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς καταστάσιος ταύτης ἔθνησκον. κοιλίην μὲν οὖν οὐκ ἐνεδέχετο οὐδὲ γεύμασιν ἱστάναι, ἀλλὰ παρὰ λόγον ᾤετο ἄν τες ἰήσασθαι ξυμφέρειν. καί τοι ὑπὲρ πολλά ἐστιν. οἷσι τὰ ἰόντα ἦν, τὸ ἐν ψύχει κεῖσθαι ὑποβεβλημένον. ὡς ἑλκοῖ μὲν τὸ ψυχρὸν, θάλπειν δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκ προσαγωγῆς ἐστὶ μᾶλλον, ἐς τὸ μηδὲν τῇ φύσει πάθος γίνεσθαι.

Hip-

*Hippocrates Pestim, quam Nos vocamus Rubeolam, perspectam habuisse videtur.*

## SECTIO TERTIA.

§. 378.

*In Perinthum circa solstitium fere aestivum venimus. Facta autem est hyems clementi Caelo, austrina. Ver & aestas valde sine Aquis usque ad Pleiadum occasus. Nam si etiam quid aquae cecidisset, id erat velut minutae roris guttae. Et Etesiae non valde spirarunt, & qui spirarunt, divulse id fecerunt. Aestate Febres Ardentes populariter grassatae sunt multae* [ §. 252. ]. *Erant autem sine vomitu; & alvi turbatae ex tenuibus, aquosis, non biliosis, spumosis, multis* [ ibid. ], *quae aliquando deposita etiam subsidentiam habebant; ex quibus sane etiam ad quod sub dio noctu exponebantur, simile erat. Aequales specie alvi secessus semper, malum. In his multi soporosi erant* [ ibid. ], *& mente moti* [ ibid. ]: *hi vero ex somnis tales fiebant* [ibid.]. *Quum autem suscitati essent, omnia intelligebant* [ ibid. ]. *Spiritus sublimes, non tamen valde. Urinae tenues quidem plurimis & paucae, alias autem non decolores* ( ibid. ). *Sanguinis eruptiones e naribus non fiebant, nisi paucis* [ ibid. ]: *neque parotides juxta aures, de quibus postea scribam: neque splenes attollebantur, neque dextrum praecordium, neque dolorosum valde, neque fortiter intentum erat. Erat tamen quid quod judicationem faciebat. Et maxime judicabantur omnia plerumque circa decimam quartam diem, pauca cum sudore, pauca cum rigore, & valde paucis recidivae fiebant. At vero sub minutas velut roris guttas, quae in aestate fiebant apparebat sudor. In Febricitantibus etiam quidem sudores statim ab initio fiebant, non tamen maligno modo: & quibusdam sub hoc tempus etiam judicatio facta est cum Sudore. Fiebant autem in Febribus aestivis, circa septimam, octavam, & nonam diem, aspretudines in cute miliaceae, culicum morsibus maxime similes, non valde pruriginosae. Hae perseverabant usque ad judicationem. Nulli equidem masculo tales eru-*

*erupisse vidi. Mulier autem nulla mortua est, cui hæ fiebant. Et gravi auditu præditæ & soporosæ erant. Prius autem non valde soporosæ erant hæ, quibus illæ affuturæ essent. Non tamen in totum durabant. Verum soporosæ, & somnolentæ erant per æstatem, & usque ad Pleiadum occasum. Postea vero magis vigiliæ aderant. Sed neque in totum ab hac Constitutione moriebantur. Alvum igitur per cibos sistere non dabatur, imo præter rationem putasset quis mederi conducere, etiamsi minus multa quibusdam, per hoc quod in frigore quis jaceret strato supposito. Nam ulcerat quidem frigidum, calefacit autem ejusmodi species sensim progrediendo adhuc magis, etiamsi nulla afflictio naturæ accedat.* " Hippocrates Popular. II. Sect. III. p. 696. 697.

§. 379. *In Perinthum.* ] Urbs erat Thraciæ, hodie Heraclea dicta, haud procul a *Lemno*, ubi *Thucydides* [§.71.] Atheniensium Morbum grassatum fuisse retulit, priusquam Athenas invasisset, posita. *Circa solstitium fere æstivum venimus &c.* ] Hyems, & Ver igitur, quorum meminit, prædictum solstitium æstivum consequuta sunt, haud vero præcesserant. Pestes itaque, quæ in his temporibus grassatæ sunt, consectariarum Febrium Ardentium Matrices ( Conel. XVIII. ), Hippocrates nec observavit, neque descripsit, sicuti neque Autumni, qui prioris æstatis & alterius anni veris fuit intermedius, injicit mentionem. Manca itaque est hujus temporis Constitutionis historia. *Facta autem est hyems clementi cælo &c.* ] Nihil abnorme, nil perturbatum in descriptis Anni temporibus contigit, quin salubria prædicari nequeant: Attamen *æstate Febres Ardentes populariter* [ in græco textu *Epidemisan* ] *grassatæ sunt multæ* ]. Haud quidem ex clementi, benignaque Atmosphæra, quæ per id temporis principatum obtinuerat; sed a Miasmatibus ab aliquo Principe *Epidemico* Morbo, qui antea necessario ( §. 253. 258. ) grassatus fuerat, eructatis, hæ Febres Ardentes ortum suum duxisse videntur.

§. 380. *Maxime judicabantur omnia plerumque circa decimam quartam diem pauca cum sudore, pauca cum rigore... At vero sub minutas velut roris guttas quæ in æstate fiebant,*

*bant*, *apparebat Sudor*. *In Febricitantibus etiam quidam sudores statim ab initio fiebant*, *non tamen maligno modo*: *& quibusdam sub hoc tempus etiam judicatio facta est cum sudore*: ] Benigni moris itaque extiterunt enarratæ Ardentes Febres tam ob placidam ſiccamque Aeris conditionem, quam ob minime interturbatam repetitis *Emeticis*, *Phlebotomiis*, *Catharcticis*, *Balneis frigidis*, ad inſaniam uſque hodienum aliquibus in locis, ſub quavis continua Febre, vel ſub Morbi initio, celebratis, inque uſum ita converſis, ut qui a Morbo forte evadunt, ægrotam cogantur trahere vitam, *dira Inedia*, aliiſque id genus venenis potius, quam auxiliis, Morborum, præſertim Acutorum, Medicatricis Naturæ Criſin; & quidem per Sudorem omnium judicationum tutiſſimum. Scripſit jam *Hippocrates* ( §. 266. ) adhuc de lethaliſſimis Febribus Ardentibus, cæteriſque peſtiferis Morbis, & ſub morbida quidem æſtate: „ *Æſtas autem facillima*, *& pauciſſimi perierunt* ". Alibi (*a*): „ *Quum æſtas ſit Veri ſimilis*, *ſudores in Febribus multos expectare oportet* ". Et (*b*): „ *Ex anni vero conſtitutionibus*, *in ſumma ſiccitates ſalubriores ſunt*, *& minus lethales* ". Perintho æſtatem veri ſimilem, ac ſiccitate præditam, dum Febres Ardentes graſſabantur, incubuiſſe; nemo in dubium vocaverit. Primam ab Hippocrate *Epidemicarum Febrium boni moris* graſſationem §. 330. exſcripſimus; ſecundam §. 347.; tertiam jam præ oculis habemus, multis apud Scriptores exemplis quæ comparari poterit; dum nobis onus impendet explorandi num *Hippocrates* Peſtim, quam vocamus *Rubeolam*, perſpectam habuerit.

§. 381.

*Fiebant autem in Febribus æſtivis*, *circa ſeptimam*, *octavam*, *& nonam diem*, *Aſpretudines in cute miliaceæ*, *culicum morſibus maxime ſimiles*, *non valde pruriginoſæ*. *Hæ perſeveraverant uſque ad judicationem* ". Ex §. 378.

*Pars II.* Qqq *Su-*

(*a*) Sect. III. Aph. VI. p. 78.
(*b*) Ibid. Aph. XV. p. 79.

*Superius exscriptus Hippocratis textus Petechiali Pesti hactenus attributus fuit.*

§.382. *Aspretudines in cute miliaceæ, culicum morsibus maxime similes non valde pruriginosæ.*] Id genus *Exanthematôn* minime familiare, sed prorsus novum esse debuit per id temporis, nec nomine notum, quandoquidem *Hippocrates*, ut ejus notionem posteris committeret, *milii*, *&* *culicum morsuum* similitudinibus uti coactus sit. Sæculo interim decimosexto Europæ Medici, quibus superior hujus Pestis *Hippocratica* descriptio cognita fuit, *Peticularis*, & *Petechialis Morbi* nomen eidem tribuerunt. Unde, ut Peritus quisque probe, an immerito id actum fuerit, opportune decernere valeat, e re est, ut pene obsoletam illorum Doctrinam in medium revocemus, eidemque adnectemus hactenus vulgatam *Petechiarum* historiam. Ill. Hippocratis Cultor *Ballonius* hæc loquutus est (*a*): „ *Langius accuratus Scriptor ita de quadam Febre vulgo dicta* Lenticula *scribit:* Tradit Fracastorius anno 1528. Febrem contagiosam, malignam potius quam pestiferam in *Italia* apparuisse, quæ ex *Cypro* migrasset. Hanc *Puncticulam*, & *Lenticulam* appellabant, quod maculis lenticulis, aut *Pulicum* puncturis similibus scateret. Ac verum quidem quosdam Morbos exsolescere, alios novari, idque ob varietatem locorum, & temporum; sed negandum est novos oriri, quorum vestigia nunquam apparuerint. Immo & ipsa Febris *lenticula* dicta, id docet, quæ olim grassata est. Declarat *Aetius* dum ait: Gignuntur *Exanthemata* principio Febrium non simplicium sed malignarum, græce *Cacochymeteron*, sparsim per totum corpus *vibices*, græce *molopes*, aut maculæ *culicum* morsibus similes . . . Valeant igitur, qui innumera morborum multitudine vallati novos excogitant Morbos. *Sed* Langio *non erat exquirenda Aetii auctoritas*, *quam* Fracastorio *opponeret*, *quum id ipsum ex antiquo Magistro* Hippocrate ( *Epidem. Lib. II. Sect.III.* ) *depromserimus* ". Hæc Ballonius.

*Lan-*

(*a*) Consil. Medic. Lib. II. Comment. Histor. V. p. 107.

*Langius atque Ballonius injuria Fracastorium suggillant, tanquam qui sub Petechiali Febre novum Morbum excogitasset.*

§. 383. Quam longe Medicorum nonnullos in inquirenda Epidemicorum Morborum Æthiologia a recto tramite descivisse, sæpiusque Medicam Rempublicam multos gloriæ suæ impendio magis cupidos, quam humani generis utilitati studentes viros nutrivisse, vel hoc uno exemplo demonstratur. Cl. *Langius*, referente Ill. *Joanne Astruc* (*a*), *Leobergæ Silesiorum* natus anno 1485., Medicinæ addiscendæ operam primo *Bononiæ*, dein *Pisis* navavit, ubi anno 1522. doctoralem lauream adeptus est. *Italiæ* itaque discipulus in *Italum Fracastorium*, si peccasset, humaniter, haud hostili calamo animadvertere debuerat. Quid vero si non erraverit? *Fracastorii* verba hæc sunt (*b*): „*Contagiosæ autem sunt* (aliæ nimirum Febres), & *idcirco naturam pestilentem sapiunt. Appellari autem solent malignæ magis, quam pestilentes, quales illæ fuere, quæ annis* 1505. & 1528. *in* Italia primum apparuere ætate nostra non prius notæ, *certis vero Regionibus familiares, ut* Cypro, & *vicinis Insulis, majoribus etiam nostris cognitæ*". Si ante Fracastorium id genus Pestis per *Italiam*, imo per reliquam Europam vulgatum fuisset, incuriæ equidem culpandus ipse erat, quod ejus historiam haud diligenter perscrutatus fuisset. At *Langius*, ex citato *Astruc*, quinque Electorum Palatinorum Archiater; Fridericum Secundum per *Hispaniam*, *Italiam*, *Galliam*, maximamque *Europæ* partem plusquam septem & triginta annos ex itineribus comitatus, octoginta ætatis suæ annorum cumulo onustus, ex maxima rei medicæ fruge, quam in perlustrandis tot *Europæ* Regionibus sibi certe comparavit, haud aliam antea grassatæ *Petechialis Pestis* historiam, qua a *Fracastorio*, sibi coævo, invectam illius apud *Italiam* novitatem vexaret, nancisci potuit, quam illam ab



(*a*) Tom. II. de Morb. Vener. lib. VI. p. 195.
(*b*) De Morb. Contag. lib. II. Cap. VI. p. 87.

*Aetio*, *Alexandriæ* prope *Cyprum*, qui sæculo sexto floruit, traditam; quasi id *Fracastorius* non innuisset illis verbis: *Cypro*, *& vicinis Insulis*, *majoribus etiam nostris cognitæ*. Hucusque, quantum scimus, memoriæ haud proditum est, *Dracunculorum* Morbum in Europæis Nationibus unquam visum fuisse. Verum apud *Aetium* ejus reperitur sequens descriptio (*a*): „ *De brachiorum ac crurum Dracunculis Leonidæ. Qui appellantur Dracunculi Lumbricis similes sunt*, *& aliquando magni*, *aliquando parvi reperiuntur*, *frequentius quidem cruribus*, *quandoque vero & in musculosis brachiorum partibus consistentes*. *Nascuntur autem hi in* Æthiopia, *ac* India *in pueris præcipue*; *estque ipsorum generatio non dissimilis lumbricis latis ventris*. Sub cutem *enim moventur nihil molestiæ afferentes*; *verum temporis progressu circa Dracunculi extremitatem locus suppuratur*, *& cutis aperitur*, *ac* Dracunculi *caput exeritur*. *&c. &c.* ". Hujus Morbi, qui satis pestiferus esse videtur, meminit Ill. *Freindius*, & præ cæteris scribit (*b*): „ *Familiaris admodum in* Guinea *est*, *præcipue inter homines illic natos*. Kempherus *frequentem quoque* Ormuzi *in freto* Persico *esse repperit*, *ideoque* Dracunculum Persarum *nominat*, *& in* Tartaria *etiam vulgarem esse tradit* ". Quæso: Detur nobis momento temporis, hunc *Dracunculum* fore *contagiosum*, & (quod Deus Opt. Max. perpetuo avertat) in *Italiam* humano commercio transvectum, longe lateque hodienum proseminari. Eritne Novatoris nomine culpandus, si quis nostris diebus scriberet: *Dracunculus in Italia nunc primum apparuit*, *ætate nostra non prius notus*, *certis vero Regionibus familiaris*, *ut Æthiopiæ*, *& vicinis plagis majoribus etiam nostris cognitus*? Contradicendi libidini nimis indulgens videri poterit, qui, his stantibus, allatam propositionem Novitatis pœna mulctaret. Epidemicorum Morborum semina humano Generi fuisse coæva fuisque donata domiciliis cordatorum Physicorum nemo nunc negaverit. Quare haud rite quis

(*a*) Tetrablib. IV. Serm. II. Cap. LXXXV. p. 815.
(*b*) Histor. Medic. p. 14.

quis diceret morbos oriri novos, quorum, non quidem *vestigia*, sed *semina* nunquam & nullibi extiterunt: at falso certe assereret, *epidemicos* quosdam Morbos *exolescere*, alios *novari*; nisi verbo *exolescere* intelligatur, extra nativum solum extingui, & voce *novari*, in Nationes sibi non proprias vel primum, vel post multa temporum intervalla asportari, ibique noviter discurrere. Si quid recte sentimus, *Epidemici* omnes Morbi in natali suo domicilio ad usque Mundi excidium, vigente perpetuo, quæ eosdem producit, causa, nunquam senium inituri erunt: extra proprium larem transvecti, si non prorsus extinguantur, uti millies extinctam novimus *bubonicam* Pestim, frustra expectantur defecturi: inque Regionibus, apud quas *Endemici* non sunt, semel perfecte exturbati, nunquam *sponte* sese poterunt novare. Disquisitio a *Langio* instituta, haud circa *Petechialis Febris* antiquitatem, sed circa exoticam & alienigenam ejus originem verti debebat. Valeant potius itaque præjudicia illa, quæ hactenus vel acutissimorum virorum solertiam non semel ita perdidere, ut saluberrimis in Europæ Regionibus efficientes *Epidemicorum* Morborum causas perfracte quæritantes, fallere nescium adversus eos *præsidium*, quod ab ipsorum apud nos *novitate* simul & *contagione* ultro profluit, probe agnoscere, inque saluberrimum usum trahere nequivimus, opportunam nimirum, simul ac irruperint, infectorum a sanis *Separationem*, qua una sub incunabulis jugulantur. Grates interim Immortali *Fracastorio* rependendæ sunt, quod *Petechialis* Pestis primam in *Italiam* incursionem signate circumscribens, viam, qua hæc Lues ab Europa tandem exulare cogatur, posteris aperuit.

### *Additio decima.*

*Minime immodicum fuisse timorem nostrum* §.383. *innutum circa* Dracunculorum *contagiosam naturam Europæis Regionibus pertimescendam*, *fidem facit quæ nuper forte legimus apud Auctorem* Elogii Ill. Francisci Redi *sic scripta relatio* (*a*): Ab-

(*a*) Elogio del Cel. Franc. Redi ec. pag. 56. Siena 1784.

„ Abbiamo quì sopra veduto che *Otto Muller* ha data la storia d' una specie di vermi, che entrano nel Corpo dell'Uomo. Il *Redi* non ne ha parlato, perchè non gli si presentò mai l' occasione di vederli. Sarebbe da desiderare che uomini dell'esattezza, e della sagacità di *Redi* e di *Muller* ci descrivessero la vita ed i costumi di quei vermi, che in alcune Provincie della *Persia*, e dell' *Indie* entrano pure nel corpo umano, e che mi sembrano della razza poc'anzi descritta, e forse simili a quelli che tormentano i *Negri*, i quali *poi gli hanno trasportati in America*, per punirla di altri Mali da essa comunicati al vecchio Mondo ( *insons America in omnibus*, *& hac labe certe caret* ). Anche nella *Bucaria* si trovano vermi, che producono le stesse malattie, ai quali gli Abitanti danno il nome di *Irschsta*; vivono nell' acqua, e s' introducono nel Corpo di chi si bagna senza precauzione ". *Nondum porro comperta Pestilitatum integra cohors*; *& Sanitatis Publicæ Præsules multum intererit summopere cavere ne novi Epidemici Morbi Europam aggrediantur*.

*Prima Petechialis Pestis in Italiam irruptio, a Fracastorio primum apud Europam descripta, phænomenis ac symptomatibus Variolosæ Pestilentiæ adamussim respondet, instituta cum Variolarum historia, præsertim ab Hoffmanno exarata, adhuc stricta Analogia.*

*Analogia Quatragesimanona.*

§.384. „ *Sunt & aliæ Febres* ( sic loquitur vetus Italicæ Medicinæ decus Hieronymus Fracastorius (*a*) ), *quæ mediæ quodammodo sunt inter vere pestilentes*, *& non pestilentes*: *quoniam ab iis multi quidem pereunt*, ( §. 295. ), *multi etiam evadunt* [ ibid. ]. *Contagiosæ autem sunt* [ ibid. ], *& idcirco naturam pestilentem sapiunt* [ §. 20. ]. *Appellari*

(*a*) De Morb. Contag. Lib. II. Cap. VI. p. 87. seqq.

*ri autem solent malignæ magis, quam pestilentes; quales illæ fuere, quæ annis* 1505. *&* 1528. *in* Italia primum apparuere ætate nostra non prius notæ; *certis vero Regionibus familiares, ut* Cypro & vicinis Insulis, majoribus etiam nostris cognitæ. *Vulgus* Lenticulas, *aut* Puncticula *appellat, quod maculas proferant* Lenticulis, *aut puncturis* Pulicum *similes. Quidam mutatis literis* Peticulas *dicunt, de quibus diligenter agendum videtur, quod & nunc quoque crebro visantur* [ §. 82. ], *modo communes multis, modo quibusdam particulatim contingentes. Visi etiam sunt qui ex* Italia *in alias regiones profecti, ubi nullæ essent ejusmodi Febres, ex iis tamen perierint, quasi secum infectionem detulerint* [ §. 8. ], *quod Clarissimo, & Doctissimo Viro* Andreæ Naugerio, *Oratori pro* Serenissima Venetorum Republica *apud* Franciscum Regem Gallorum *anno salutis* 1529. *contigit. Ex hac enim* Labe *interiit in ea Provincia; in qua* ne nomine quidem nota erat ægritudo ejusmodi . . . *Nam difficillimis Reipublicæ temporibus, tota* Europa *bello undique deflagrante quum ex* Hispaniensi *diuturna ad* Carolum Quintum Imperatorem *legatione, cui ob insignes virtutes maxime charus fuit, vix dum* Venetias *rediisset, visque alia belli major proxima æstate, adventu* Cæsaris *in* Italiam *exarsura videretur; ineunte vere* Naugerius *exitiali* festinatione, *mutatis ad* celeritatem *jumentis, Orator in* Galliam *mittitur. Ubi* Morbo Peticularum brevi *erumpente, quum vix primum Patriæ officium præstitisset*, Franciscum Gallorum Regem *semel aut iterum alloquutus*, Blesio *in oppido ad* Ligerim *octavo idus Maii ante lucem* 1529. paucis diebus *assumptus est . . . Contagiosa igitur est & hæc Febris, sed non celeriter, nec fomite, & ad distans, sed tantum per tractationem infirmi. Per initia autem, quum Febres omnes pestilentes placidæ sint & mites, tum hæc adeo placide invadit* [ §. 106. & 295. ], *ut vix admittere Medicum ægri velint, unde & Medicorum multi primum decepti sunt* [ §. 151. ], *expectantes resolutionem Morbi paulo post, nec quicquam contra parantes. Mox vero signa malignæ Febris aperiebantur. Nam quanquam calor mitis* [ §. 295. ] *pro natura*

*tura ejusmodi Febrium sentiebatur , interne tamen perturbatio quædam percipiebatur* [ ibid. ] ; *tum & fractio in toto corpore* [ ibi d. ] , *lassitudoque more fatigati . Decubitus erat supinus ; caput gravescebat* [ ibid. ] ; *sensus hebetes erant ; & mens magna ex parte post quartum aut septimum non constabat* [ ibid. ]: *oculi rubescebant* [ ibid. ] ; *verba multa dicebantur* [ ibid.] . *Urinæ primum exalbidæ ut plurimum cernebantur , plenæ tamen , mox rubentes & confusæ* [§.297.], *aut similis vino granatorum . Pulsus rarus & humilis , qualem diximus : excrementa corrupta fœtentia* [ §. 295. ]: *circa quartum* [ ibid. ] *& septimum in brachiis , dorso , & pectore maculæ rubentes sæpe & puniceæ erumpebant , puncturis* Pulicum *similes ; sæpe majores imitatæ* Lenticulas , *unde & nomen inditum est . Sitis autem aut nulla , aut parum aderat* [ibid. ] ; *sordescebat tamen lingua : somnolentia quibusdam aderat* [ ibid ] ; *quibusdam & Vigiliæ* [ ibid. ] ; *interdum eodem utrumque per vices* [ ibid. ] . *Status aliis ad septimum* [ ibid. ] ; *aliis ad quartumdecimum* [ ibid. ]; *aliis & ultra* [ ibid. ] . *Urina quibusdam detinebatur* [ibid.], *quod pessimum signum erat . Ea Febre Mulieres paucæ ; senes paucissimi ; Iudæi fere nulli deperiere : juvenes & pueri multi , & ii quidem nobiles ; contrario modo ac pestilentes veræ consuevere* ( quia equidem sub cognitis veris Pestilentiis sani juvenes nobiles ac pueri a contagio sibi caventes , coinquinatos non adeunt , contra ac sub larvatis ac ignotis Pestibus factitatur , unde contagii inter similes propagatio ); *quæ quum vulgum præcipue capiant , tum hæ Febres maxime in Nobiles grassari visæ sunt* [ arrepto certe a nobilibus contagionis initio ] . *Perituros sua signa præcedebant , sicuti & evasuros . Mala erant , si statim æger virtute se defici sensit* [ ibid. ]: *si assumpto levi pharmaco ingens alvi dejectio sequuta fuisset* [ ibid. ] ; *si facta Crisi non accessisset allevatio* [ ibid. ]; *nam vidimus quibus libræ tres sanguinis erupissent e naribus , paulo post tamen obiisse* [ § 296. ] ; *malum item si Urinæ detinebantur ; si* Lenticulæ *delituissent* [ §. 295. ] ; *si ægre erupissent* [ ibid. ] ; *si lividæ fuissent*

[ibid.]

[ ibid. ], *& valde puniceæ*. *Quod si aut omnia aut plura ex his accessissent, certissima sequebatur Mors* [ ibid. ]: *evasio vero si contraria aut omnia aut plura* [ ibid. ] *apparuissent* ". Hæc Fracastorius.

*Petechialis Pestis apud Italiam novitas confirmatur:*

§. 385. III. *Astrucius* ex *Alexandro Trajano Petronio Romano* sequentem exscripsit textum (*a*): „ *Tricesimo quinto anno* ( post luis Venereæ nimirum in Europam irruptionem, qui quidem incidit in annum 1529. ] *Exanthemata & rubra & alterius coloris, & plana, & elevata, sine Febribus, & cum Febribus tum acutis, tum non acutis frequenter observata sunt*; quum antea nunquam ferme visa *essent* ". Quibus *Astrucius* adjicit (*b*): „ *Unde licet colligere, quo tempore* Petechiæ ( suppl. Epidemicæ ), *& Febres Petechiales in Italia primum apparuerint* ".

*Quonam tempore Petechialis Lues Hispaniam invaserit?*

§. 386. Non multis post *Fracastorium* annis Præclariss. *Franciscus Vallesius, Philippi Secundi Hispaniarum Regis* Archiater, nondum evoluto sæculo sextodecimo, exscriptum ( §. 381. ) *Hippocratis* textum hisce interpretatus est verbis (*c*): „ *Una quædam insignis Abscessus species supervenit horum plurimis in æstivis Febribus circa septimum, octavum, & nonum diem*, asperitates *scilicet* in cute milii granis similes, culicum morsibus maxime similes, non admodum pruriginosæ. *Hæc, ut ex hac descriptione, & accidentibus, quæ mox dicit, constat, erant illæ maculæ, quæ* Hispanis novato nomine *vocantur* Tabardillo. *Sunt enim maculæ quædam per cutem erumpentes in Febribus ardentibus symptomatice, ob fervorem & malignam corruptionem succorum*. Superioribus



(*a*) Tom. II. de Morb. Vener. lib. VI. p. 226.
(*b*) Ibid.
(*c*) Comment. in VII. Lib. Epidem. Hipp. Lib. II. Sect. III. text. III. p. 72.

bus annis fuit Malum hoc in Hispania frequens. Malum alioqui rarissimum usque adeo, ut tunc temporis primum videretur Morbus cum nomine natus. *Tunc* observavimus, *illis, qui hoc Malo affliguntur, fieri hæc, quæ narrat* Hippocrates *symptomata. Nimirum, antequam erumpunt Maculæ, anguntur plurimum & vigilant ægri; postquam eruperunt, & dum erumpunt*, delirant, & comatosi *fiunt. Hæ maculæ* colore plurimum differunt, *indicatque colorum differentia tantam malignitatis Morbi differentiam, ut ex* nigris *aut* lividis *vix ullus evadat*; *ex* rubris *pauci admodum intereant.* "

*Petechialis Pestis tam nova in Europam advenit, ut sub suæ propagationis progressum ab Ill. Riverio a Rubeola sive Scarlatina satis permiste distincta fuisse videtur.*

§.387. Adulto jam sæculo decimo septimo Cel. *Riverius* apud *Gallos* hæc scribebat (*a*): „ *Unicum datur symptoma* Febri pestilenti proprium & peculiare, *quod in reliquis Febribus non contingit*, Maculæ nimirum purpureæ *in toto corpore, ac præcipue lumbis, pectore & dorso apparentes*; *morsibus* Pulicum *plerumque similes, quæ* Peticulæ *seu* Petechiæ *ab* Italis *vulgo nominantur: & Febres hoc comitatæ symptomate* Purpuratæ *seu* Petechiales *appellantur. Neque enim in omnibus Febribus pestilentibus apparent hujusmodi Maculæ purpureæ; sed quando apparent* Febris Pestilentis indicium præbent certissimum. *Purpureas autem Maculas nominavimus, quia ut plurimum colore purpureo infectæ sunt. Non raro tamen* violaceæ, virides, lividæ *aut* nigræ *apparent, & tunc longe deteriores sunt, majoremque malignitatem significant. Licet autem ut plurimum hujusmodi Maculæ* Pulicum *morsibus similes sint, majores tamen aliquando sese produnt, ut referant* vibices, *seu* livores *flagellis inductos, tumque deteriores sunt. Aliquando vero* amplissimæ *sunt, &* partes inte-

(*a*) Prax. Med. Lib. XVII. Cap. I. p. 424.

tegras, mangamque corporis partem, *brachia, nimirum, crura vel dorsum occupant; tumque partes* rubore *infectæ apparent, qui intra paucas horas sæpe evanescit, atque iterum revertitur, quasi per paroxysmos, dum Febris suas patitur exacerbationes, in quibus sanguis ebulliens ad superficiem corporis exhalationes tenuiores emittit, a quibus* nulla fit cutis elevatio, *sed ea tantum* rubro colore *inficitur* (Pluries epidemicis Petechiis clinicam operam fecimus; rubras nigris stipatas sæpissime spectavimus; amplissimis vero maculis a Riverio descriptis comitatas nunquam vidimus; idque genus Exanthematis uti & quod sequitur sub quadam Rubeolæ specie, Scarlatina dicta, semel notavimus). *Non raro tamen ex hujusmodi ebullitionibus Cutis in variis partibus* elevatur cum rubore quodam, *&* tumores *quosdam in cute efficit molles &* latos, *qui intra paucas horas evanescunt, & vulgo ebullitiones Sanguinis nominantur. In his atque prædictis* est semper aliqua Malignitas; *sed ita levis, ut nullum minetur periculum*, nisi Morbi progressu intensior evadat. *Differunt autem maculæ prædictæ* Pulicum *morsibus simillissimæ ab* Exanthematis, *quæ etiam in hujusmodi Febribus interdum apparere solent*, eaque annotavit Hippocrates in Epidemiis, habentque eminentiam, *& sunt de genere* tumorum, *qui ad* suppurationem (uti Variolæ) *vel* exulcerationem (veluti Morbilli) *quandoque deveniunt. Maculæ autem purpureæ*, nullam *ut dictum est*, habent eminentiam (uti Petechiæ), *& antiquis* incognitæ, posterioribus tantum sæculis *a Recentioribus descriptæ sunt* ". Hæc *Riverius*. Sintne Petechiæ Febris Pestilentis symptoma, ut vult Riverius, an Pestis speciem per se constituant, haud moramur; quum id perinde erit, modo *Pestilentis* Febris nomine *contagiosum* intelligamus Malum, uti intellexit *Galenus*, præ cæteris in *Lib. I. Hippocr. de Morb. Vulgar.* ubi inquit (*a*): „ *Inter communes* (Morbos) *alii* publici *sunt, quos vocant* Endemos *Græci; alii* vulgares, *qui ab illis tum* Epidemi *tum* Epidemii *vocantur*. Horum *perniciosissimi quique* pestilentes *vocantur*".



(*a*) Cl. III. Comment. I. Præfat. p. 101. F.

*tur* ". Conf. §. 20.'. Hujus itaque *Epidemicæ* Luis apud Europam *novitas* ex ipso eruitur *Riverio*, qui a *Ballonio* positum inter Peticulas, & Rubeolas hisce verbis discrimen (*a*): ,, *Morbillorum*, *Variolarum*, Puncticularum, *Exanthematôn*, Rubiolarum, *magna ilias fuit* ", adhuc innuisse videtur; de quo uberius infra.

*Suntne Epidemicæ Petechiæ sui juris Pestis, an alterius Consectariæ?*

§. 388. Ingenuus *Sydenhamus* inclinante sæculo decimoseptimo hæc scribebat (*b*): ,, *Nemini mirum debet videri siquid immutavero in ea Methodo, qua expugnandæ sunt istæ Febres* (Epidemicæ nimirum omnes, inter quas Petechiales,), *quæ ab iis pendent constitutionibus, quæ Variolis epidemicæ sunt. Etenim si* in prioribus illis Mundi sæculis Variolæ nusquam gentium comparuerint, *sequitur neque istiusmodi Febres uspiam locorum extitisse unquam* ". Ex accuratis equidem plurium annorum observationibus *Sydenhamus* in compertis habuit, nullam Epidemicam grassari fuevisse Febrem, cujus præcursores, & veluti prodromi Variolæ non fuerint. At enim vero in *prioribus illis Mundi sæculis* & Variolæ & Febres epidemicæ, ipsarum progenies, extiterunt. Neque in hoc acutissimum *Freindium* Sydenhamianæ Doctrinæ probum æstimatorem dissentientem habemus, ubi scripsit (*c*): ,, *De quo Opere* (Sydenhami scilicet) *liceat mihi dicere quod, utcunque sive loci positione, sive constitutione Aeris ab* Anglia *longissime distat* Thasus, *inter Febres & ab illo & ab* Hippocrate *adumbratas* minimum intersit *discriminis; id quod vere mihi videor esse dicturus Febres ipsas, quas pro varia annorum temperatione in distinctas species digerit* Sydenhamus, *non multum a se invicem abhorrere: si forte* Petechialem *exceperis, gradu potius, quam genere sunt diffi-*

(*a*) Epidem. & Ephem. Lib. I. Constit. Hyem. ann. 1574 p. 36.
(*b*) Tom. I. Sect. V. Cap. IV. p. 88.
(*c*) Oper. Med. de Febr. Comment. I. p. 29.

*dissimiles* ( Si honoratæ Freindii Manes rescirent, hodienum unam eamdemque Febrim in varias Classes, Species ac Subdivisiones dispesci, æternum indignari non destiterint ). *Nulla quippe unquam in quacunque tempestate apparuerit Febris, ubi ita constanter sibi invicem responderint notæ, ut quas in uno homine simul colligatas inveneris, eædem pariter in altero convenirent : nec tamen ideo non* eodem illos Morbo *affici dixeris* ". Febrium Ardentium Analogiæ a §. 252. ad 263. §. 337. 347., & §. 357. *Freindii* sententiam tueri videntur; sicuti & *Freindii* profunda harum Febrium perpensatio nostrum firmat Institutum. Nimis operosum esset, omnes Variolarum grassationes in hoc Opere excitatas, quæ Petechiis stipatæ fuerunt, hic recensere. In re cunctis clinicam Artem navantibus apprime nota, sufficit, ut, quas integras ex *Hoffmanno*, *Loew*, & *Gahrliep* §§. 295. 296. & 297., exscripsimus, conferantur. Ardentes Febres, Variolarum consectarias sæpissime, ni dicamus perpetuo, Petechias eructasse, tres illarum historiæ a *Sydenhamo* atque *Huxhamio* §§. 254. 255. & 256. productæ clarissime evincere valent. Inde Quæsiti solutionem disertis Medicinæ Præsulibus linquimus decernendam.

### *Conclusio vigesimaoctava.*

Quicquid igitur de Petechialis Pestis antiquitate intelligere velimus, certum est ( a §. 382. ad 388. ) ejus vel regressum, vel irruptionem in Europam haud prius, quam decimisexti sæculi initio Medicis innotuisse.

§. 389. *Aspretudines in cute miliaceæ, culicum morsibus maxime similes non valde pruriginosæ.* ]. Sic Popular. V. num. XXXI. pag. 793. idem Hippocrates scripsit Τῷ Εὐφράνορος παιδὶ τὰ ἐξανθήματα οἷα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα· ὀλίγον δὲ χρόνον. τῇ ὑστεραίῃ ἐπυρέτευεν, i. e: „ *Euphranoris Filio Pustulæ velut culicum morsus, verum modico tempore, postridie febricitavit* ". Et Popular. VII. num. XLI. p. 864. habet: „ ὀγδόεν ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήματα· nimirum: „ *Octava apparebant velut culicum morsus* ". *Culicum,*

*licum*, græce in allatis textibus *Conopon*. Conopes, importunissima, molestissimaque sunt illa alata animalcula, nostra indigena Pestis, quæ alarum stridore, atque acutissimo mordeuteque aculeo in cutem adacto, insomnes noctes sæpissime nos transigere cogunt; minime vero *Pulices*, græce *Psyllæ*. Unde vel ex hoc alio capite quibusque ingenuis liquet, quonam jure *Langius Fracastorium* carpserit, in medium *Aetii* textum illum afferens ( §. 382. ) : „ *Maculæ culicum morsibus similes* “, dum ipse *Langius* Puncticularem Morbum *pulicum*, haud autem *culicum* puncturis similem dixit. Nec probe scimus, an minus proprie *Aetius* ex *culicum* morsibus *maculas* potius, quam *aspretudines* sive *pustulas* Hippocratis erumpere asseruit. Siquidem Senex *Cous* illis verbis: „ *aspretudines in cute miliaceæ, culicum morsibus maxime similes* “, haud *maculosum*, sed *pustulosum* cutis *Exanthema* clare expressit, & quidem pustulis tam parvis a reliquis distinctum, ut *milii* semina æquarent, non excederent, illisque similibus, quæ a *culicum* morsibus excitari solent; quæque *Miliaribus* Febribus, nuperis sæculis, nomen certe dedere, a *Petechiali* Peste summopere diversis. Verum enimvero proprium, & peculiare quod *Petechiis* insit signum, uti ab Experientissimo *Riverio* ( §. 387. ) animadversum, id porro est, quod ab his *nulla fit Cutis elevatio, sed ea tantum rubro colore inficiatur*; & quod *Maculæ prædictæ, pulicum morsibus simillimæ, differant ab Exanthematis, quæ annotavit Hippocrates in Epidemiis*, quæque *habeant eminentiam, & sint de genere tumorum qui ad suppurationem, vel exulcerationem quandoque deveniant*. An igitur exscriptus *Hippocratis* textus *Petechis* minus, quam *Rubeolis* quadret, ex hujus *Exanthematici* Morbi historia, & apud Europam origine Disertissimus quisque decernet.

Ru-

*Rubeola Arabicis Medicis nota fuit sæculo decimo, & sub initio decimisexti Latini eamdem perspectam habuerunt.*

§. 390. Inter Arabes Medicos Clarissimus *Haly Abbas*, qui nostræ Æræ sæculo decimo floruit (*a*), Rubeolam novit, descripsitque, ut ex ejusdem verbis a *Sennerto* relatis (*b*) liquet, quæ sic sese habent: „ *Est species aliqua, quæ vocatur* Rubeola, *quæ ex sanguine calido & subtili, & non multum malo oritur: & hæc species quum ad statum pervenerit similis fit* milii granis, *ac paulo major, & ejus color rubeus, nec aperiuntur* Pustulæ, *sed insensibiliter discutiuntur, & evanescunt* ". Inter Latinos, qui de hac Peste egerunt, omnium primus, quantum scimus, nostras fuit Immortalis *Philippus Ingrassias* Recalbutensis, æternum nostræ Insulæ decus & in re Medica maximum ornamentum; qui *Neapoli* ante medium sæculi decimi sexti, postquam *Theoriæ*, *Praxeos*, atque *Anatomes* Cathedras moderasset, hoc a Tironibus Elogium promeruit (*c*):

*Philippo Ingrassiæ Siculo,*
*Qui veram Medicinæ Artem, atque*
*Anatomen publice narrando*, Neapoli *restituit*
Discipuli memoriæ causa
P. P.

Qui sane expulsa, anno 1575., a Panormo, aliisque Insulæ locis dirissima Peste, *Hippocratis Siculi* nomen Civiumque amorem adeptus, totius Regni, Insularumque adjacentium, jussu *Philippi Secundi* Hispaniatum Regis, Archiater fuit consalutatus; cujus inventa anatomica, & rei medicæ monumenta haud facile petitura erunt, & præsertim Opusculum inscriptum: *De Medicina Veterinaria*, in quo perutilem hanc artem nedum e tenebris in lucem eduxit, sed ipse pri-

(*a*) Eloy. Dizion. Stor. della Medic. Tom. III. p. 224. Trad.
(*b*) Tom. III. de Febr. lib. IV. Cap. XII. p. 178.
(*c*) Ex Eloy ibid. p. 366.

primus instituit, atque exornavit (a). Hic itaque de *Rubeolosa* Peste, vigente sextodecimo sæculo pertractavit; cujus rei testimonium habemus apud *Diemerbroeckium* his verbis exsultum (b): „ *Morbillis finitimus est, eamdemque fere* Originem *ac* Causam *agnoscit, & similem* Curationem *requirit alius affectus qui* Belgis Roodjonck, Roodhont, *&* Rootgront *appellatur, quem* Philippus Ingrassias de Tumoribus præt. natur. Tom. I. *dicit* Neapolitanis *vocari* Rossaniam, *&* Rossaliam. Forestus (qui certe post Ingrassiam inclaruit (c)) *Lib. VI. Observ. LIX.* Purpuram *&* Rubores *nominat. De hoc loquitur* Halii Abbas *Lib. VIII. Theoric. Cap. XIV.*: *Est species, inquit, &c.* (Hic Diemerbroeckius exscribit Haly Abbatis textum, a nobis superius a Sennerto mutuatum). *In hoc Affectu* (subdit Diemerb.) *maculæ rubræ & quasi ignitæ sæpe* exilibus tuberculis *instar* milii seminis *interspersæ cum vix effatu digno tumore* per universum corpus, *quasi parva quædam* erysipelata *erumpunt in* principio *Morbi, idest* primo, secundo, tertio, quartove *die. In statu vero universum corpus* rubrum *& quasi ignitum apparet*, aliis magis, aliis minus, *ac si universali* erysipelate *laboraret. In declinatione* rubor *ille imminuit, & maculæ latæ, ut in principio, iterum apparent; quæ tandem* quinto, sexto, septimo, octavo, *vel* nono *die evanescunt, epidermide squamularum ad instar decidente. Malum hoc* ut plurimum infantes & pueros, raro adultos *infestat* (Ex hac adnotatione arguitur id genus Pestis apud Belgium multo antea, quam hæc Auctor scribebat, fuisse vulgatum, quum in compertis sit, Rubeolam non minus ac Variolas & Morbillos cujuscunque ætatis homines semel tantum invadere); *& sicut Morbilli plerumque* solam cutem *cum epidermide occupat, ac* facile curatur, *imprimis si frigus externum ab ægris arceatur. Contingit tamen nonnunquam, etsi rarius, etiam internas partes ab eodem*, (*sicut in*

(a) Eloy ibid. p. 366. seqq.
(b) Apud Manget. Tom. IV. B. M. P. p. 704.
(c) Eloy ibid p. 66.

*in Variolis quoque interdum accidit ) obsideri* magno ægri periculo. *Tunc Febris intensa, calor maximus, & sitis ingens existit; ac sæpe Pulmonum*, Faucium, *aliorumque viscerum inflammationes una cum* difficili respiratione, summa anxietate, deliriis, hypochondriorum tensione, *aliisque pravis symptomatibus accedunt: qua de re notabilem talis ægri historiam describit Sennertus* ". Hæc Diemerbroeckius.

*Rubeolarum Pestis phænomenis ac symptomatibus Variolosam prorsus æquat.*

*Analogia quinquagesima.*

§. 391. Nimium progresso Sæculo decimosexto Gallicæ Medicinæ Præsul *Ballonius* de *Rubeola*, tanquam de Morbo jam antea illic vulgato hæc scripsit (*a*): „ *Quum hyems anni* 1574., *cujus pars media incurrit in annum* 1575., *austrina fuisset & serena, nec tempestiva tempestive fuissent*, Morbillorum, Variolarum, Puncticularum, Exanthematön, Rubiolarum, *magna ilias fuit. Vulgo observantur* maculæ *rubræ*, Puncticulæ *ut vocant, quum tanquam* pulicum *morsus apparent*; Ecthymata, *quæ putamus eas esse livescentes* maculas, *quas* purpureas *vulgus vocat*; Variolæ, *&* Rubiolæ. *Maculas sæpe in Morbis vidimus, in quibus ingens erat æstus partium interiorum; & illæ aliquando disparent cito, aliquando ad tempus aliquod, sed breve consistunt, fere ad* Rubeolas accedunt. *Sed* Rubeolæ diutius *manent, & sua habent tempora, &* pathognomonica. *Et ex his quædam sunt* superficiariæ, *aliæ* non ita humiles. *Item aliquando præcurrunt Febrem* (§.238.) *manifestam, aliquando Febris sunt comites* (§.237.), *ideſt quarto, aut quinto, aut* sexto, *aut* alio die *apparent. Et hæc sunt* deteriores, *&* pessimæ, *nisi Febris conquiescat* (§.295.)... *Hæc sunt* Rubeolarum *argumenta. Febris modo ad manum mitis* (ibid.), *modo acerrima* (ibid.); *jactatio & inquies corporis* (ibid.); *membrorum* con-



(*a*) Epidem. & Ephem. lib. I. Constit. hyem. ann. 1574. p. 36. seqq.

*confractio* (ibid.) ; *anxietas modo cum vomitu , modo cum nausea* (ibid.), *tum affecto ore ventriculi* (ibid.) *tum ob malignam qualitatem* (ibid.) ; *oculi lacrymabundi* (ibid.) ; *propensio in somnum* (ibid.) , *& tamen dormiendi impotentia* (ibid.): *& idcirco maxime vix in somnum impendent, quod is facile interrumpatur ob tussim* (ibid.). *Inter* pathognomonica *enim* tussis, oculorum ardor *&* flagrantia, *ut sic dicam, &* raucedo *cum* jactatione *numerantur* (a §. 95. ad 102.). *Alia assidentia & communia* : *Appetit enim partes superiores Malum* (ibid.), *& pulmones, arteriaque aspera facile patiuntur* (§. 295.) , *unde uvulæ inflammatio multis , & deglutiendi difficultas* (§. 251.); *Angina quædam sicca* [*ut vocat Hippocrates IV. Acutorum*] *per* erysipelatoden phlogosin , *suffocatio inde* [§. 200.]. *Multis & parotides comites sunt , & præcedunt, & sequuntur, quæ non sunt ita metuendæ, si non oriantur per translationem a partibus inferis, sed tantum per exonerationem ipsius cerebri* ... *Inter cætera siccitas in lingua maxima est* [a §. 95. ad 102.], *& implacabilis sitis* [ibid.] *cum inappetentia* [ibid.]. *Lyssæi uxori, quæ impregnationem falsam habebat, præter morem Rubiolarum in ventre, & thorace , & inguinibus maculæ & ardentes notæ paruerunt* , nullæ fere in facie , *unde metus erat , ne in utero inflammatio conciperetur* . . . *Quibuscumque gravidis Rubiolæ oboriuntur* , abortionis metus est ( §. 307.): *id experientia docuit* ". Hactenus Ballonius.

*Inclinante septimodecimo Sæculo apud ulteriorem Germaniam tam nova appulit Rubeolarum Pestis , ut Medici vel præstantissimi veram ejus historiam compertam non habuisse videantur.*

§. 392. Magnus *Hoffmannus* huic sævo Morbo *Purpuratæ Febris* nomen tribuit (*a*): ,, *Purpuratæ*, inquit, *Febres nostris in Regionibus.* Misnia *potissimum ac* Saxonia *per multos jam annos* Puerperis *ut familiariores, ita sæpius quoque lethales sunt.*

(*a*) Consult. & Respons. Med. Sect. IV. Cas. CXCIV. p. 178. seqq.

*sunt. Quum enim ante quinquaginta adhuc annos in nostris oris* incognitæ prorsus essent, *tum temporis* [anno nimirum 1652., ut inferius ex De Haen ) *Lipsiæ primum Puerperis infensæ cæperunt esse, & ideo* Febres Purpuratæ Lipsiensium *vocabantur. Post ad* vicinas quoque Urbes, Halam Saxonum, Leucopetram, Naumburgum, *& alias devenit Malum; atque* sensim latius serpendo, Circulo *tandem* Saxoniæ *inferiori inhæsit. Neque vero Puerperæ dumtaxat, sed & aliæ Mulieres, quin Viri etiam hujus Morbi tyrannidem experiuntur; adeo ut quosdam cito jugulet, alios ad plures menses discruciet . . . Omnis quoque Purpura vel* rubra *est, vel* alba: *Hæc ut plurimum* mali moris *existit, & perniciosior quam illa. Siquidem ubi Febribus Acutis*, Variolis, Morbillis, *uti sæpissime fit*, conjungitur, *funestum tantum non semper prænunciat eventum* ". Sub *Purpuratæ Febris* nomine, non alium Morbum innuisse *Hoffmannum*, quam *Rubeolosum*, Ill. testatur *Antonius de Haen*, qui de hac Lue, quam ipse, uti olim Cl. *David Hamilton* (*a*), aliique, *Miliarem* nominat *Febrim*, refert [*b*], quosdam Medicos, allatis in medium quibusdam *Hippocratis* textibus, contendisse, hunc Morbum Seni *Coo* fuisse notum; huic vero opinioni refragari, quod *Galenus* nec *Aetius*, *Foesius* neque *Goræus*, non *Duretus* vel *Prosper Martianus*, *Hollerius* nec *Jacotius*, non *Prosper Alpinus* vel *Ballonius*, neque *Ludovicus Mercatus*, eximii omnes *Hippocraticæ* doctrinæ Cultores, quinimo nec *Paulus de Sorbait*, sui in Cathedra Antecessor, hujus Febris unquam meminerint: id genus Mali ante nonaginta annos *Austriacos* penitus latuisse; & annis abhinc retro centum quinquaginta ejus apud *Germanos* nullam extitisse notitiam. Probe dein adnotat, *Hoffmannum*, falso hanc Febrim abusui potuum *Asiaticorum Coffæ*, & *Thæe* tribuere, quum nec *Asiaticis* hoc potu continuo die utentibus, neque *Batavis*, apud quos longe ante hujus Morbi irruptionem talium potionum invaluerat abusus, *Miliaris*

 Fe-

(*a*) Apud Sydenham.
(*b*) Tom. V. Opuscul. Physi. Med. De Febrib. Divis. VI. a pag. 35. ad 43.

Febris incubuerit: subdit interim, ipsum *Hoffmannum* anno 1729. fassum esse, *Miliarem Febrem* immaniter in *Lipsienses* sæviisse priusquam relatæ potiones *Germanis* in deliciis essent. Hujus Pestis tandem historiam ita adstruit, ut decernat ipsam a *Russia Polonis* primum commercio fuisse communicatam: ab his, auctore *Trumphio*, in *Lipsiam* asportatam, populariter anno 1652. ex *Welschio* & *Langio* sæviisse; cognitam *Gallis* anno 1618. ex *Riverio*; *Hungaris* ex *Reggero* anno 1686.; anno 1666. *Batavis* ex *Grunwaldo*; Penninis *Bavariæ* Alpibus annis 1733. & 1734.; *Scotiæ* ex *Roberto Sibbald* anno 1684.; *Anglis* 1685. ex *Sydenhamo*; apud *Italos* vero *Miliarium* memoriam non extare ante annuum 1741. Subdit autem (*a*): „ *Quicquid vero de hisce sit, constanter id verum manet, quod in* Germania, *& potiore* Europæ *parte Morbus post illam* Lipsiensem *originem* sensim *modo innotuerit, & veluti* per gradus *variis observatus animadversusque Medicis fuerit* "; neque adnotare prætermittit (*b*), quod *Malum hoc, aucto ægrotorum numero, propagatur & epidemicum fit*, præsertim *quando hujusmodi ægri, quo aptius curentur, ad varias plagas deferuntur*. Hæc ex Cel. *De Haen*. Si huic Pesti ideo *Miliaris* nomen attributum fuerit, referente *Sennerto* (*c*), quia ejus *Exanthemata milii seminum* formam referunt, & hoc ipsum Morbi genus *Rubeolam* ab *Haly Abbate* commemoratam per ipsum Sennertum [ §. 390. ] significat, clare patet, quam longe *Hoffmannus*, *Haeniusque* a vera hujusce Luis historia desciverint; conspirantibus in id variis huic Malo a variis Medicis attributis nomenclationibus, diversisque, sub quibus grassatur, speciebus, modo benigni, cujus exemplum refert *Pechlinus* [*d*], modo maligni moris; nunc hujus, nunc alterius coloris, formæ, ac magnitudinis diversæ, Variolas, Morbillosque in totum emulantibus; quibus omnibus adstipulantur, quæ sequuntur, testimonia: „ *Rubore insigni*, inquit

(*a*) Ibid. p. 41.
(*b*) Ibid. p. 59.
(*c*) Tom. III. de Febr. lib. IV. Cap. XII. pag. 178.
(*d*) Apud. Manget. Tom. II. B. M. P. p. 1230.

quit Anonymus [a], *& per universam cutim suffundimur in ea Febri, quæ nostris in locis quidem* [ *Germania certe* ] *admodum rara; alibi tamen, imprimis in* Italiæ *Provinciis satis frequens notatur, & ab earum Incolis idiomate suo propter colorem rubrum* Rossalia, *Latinis vero* Scarlatina *dicitur. Differunt* Sennertus, Bonetus, Ingrassias, *&* Pechlinus, *quo eam referant, num ad* Morbillorum, *num* Variolarum species: *accuratius autem rem tetigit Cl.* Sydenham, *qui esse eam Febrim ex familia Continuarum a* prægresso æstatis calore, *vel alia quacunque Causa genitam apertissime demonstravit*". Quot summi æstatis calores Europæas Regiones adusserunt, priusquam hæc Pestis ipsas invaderet? Alter Anonymus hæc scribit [b]: ,, *Si quæratur ad quodnam Acutorum genus sit referendus hic noster affectus* [ Febris scilicet ab Auctore *Purpurata Maligna* nuncupata, vere atque æstate anni 1715. apud Quedlinburgenses immaniter grassata ], *respondemus, quod pro malignitatis vehementia varie suam luserit tragœdiam. Alios enim tertio, quarto, aut quinto die morti tradebat* [ §. 199. ], *in quibus Morborum Acutorum* primum *constituebat genus; in quibusdam vero ad septimum, decimumquartum, aut decimum octavum perdurans diem finiebatur ad mortem; in quibus ad* secundum *&* tertium *Acutorum genus erat referendum*". Rubeolam equidem eadem decurrere, uti dicuntur, *Stadia*, ac Variolas & Morbillos, qui ei percurandæ operam navarunt, haud ignorant. Citum vero interitum ab hac Lue non semel perpetrari testatur Cl. *Simon Schultkius*, qui de *Purpura Epidemica Maligna anni* 1664. refert [c], *plerosque secunda morbi die, nonnullos etiam prima ab ea occubuisse* [ §. 116. ]; *illosque solummodo superstites mansisse, qui nulla Faucium inflammatione* [ 200. ], *vel tumore ædematoso* [ §. 213. ] *infestati sunt*.

*Con-*

(a) Apud Hoffmann. Tom. XIII. Supplem. de Morb. cum color. Cut. deprav. Cap. VI. p. 74.
(b) Apud eumdem Tom. XI. Suppl. de Febr. Purpur. Cap. I. p. 21.
(c) Apud Manget. Tom. II. B. M. P. p. 413.

Ab Hippocrate igitur descriptæ *aspretudines in cute miliaceæ, culicum morsibus maxime similes*, juxta earum historiam, & Analogiam, [§§. 389. 390. 391.] initam, ad Rubeolam potius Pesti Variolosæ, & Morbillosæ apprime affinem, quam ad Petecchias referendæ videntur; extraque omnem dubitationis aleam positum manet [§. 390.] id Morbi genus Arabibus notum, haud prius quam initio Sæculi decimisexti in Europam transvectum, diversisque sub annis per omnes fere Nationes commercio & contagione proseminatum fuisse.

§. 393. *Hæ perseverabant usque ad judicationem* ]. De *Sacris Ignibus* Hippocrates scripsit [ §. 242. ]: „ *Et qui quidem horum abscessum fecissent per suppurationem . . . per hanc solvebantur* ". In omnibus equidem pestilitatibus omnium securius salutaris eventus signum illud est, quando efflorescens jam in corporis ambitu quodcunque Exhantema ad perfectam sibique propriam maturitatem perstans perseverat; lethalissimum vero, ubi subito disparuerit. Quum vero *aspretudines* Hippocratis *miliaceæ* benigni moris fuissent, perseverabant usque ad judicationem; nec æger ullus ab illis desideratus fuit.

§. 394. *Nulli equidem masculo tales erupisse vidi.* ] Ex hac Hippocratis observatione in re Medica præstantissimorum Nonnulli in eam venerunt sententiam, ut crederent, quosdam Morbos vel *Epidemicos* unius sexus, ætatis, vel temperici homines, intactis reliquis, quandoque occupare. Senex *Cous* equidem sequens sibimetipsi proposuit quæsitum [a]: „ *Sed est fortasse qui dicat, ut quid ergo non omnibus animantibus, sed alicui eorum generi incidunt hi Morbi* [ communes nimirum ab Aere promanantes? ]. *Cui ego sic responderim, differt corpus a corpore, natura a natura, & nutrimentum a nutrimento. Non enim omni animantium generi eadem aut non conferunt, aut commoda sunt, sed sunt alia aliis magis convenientia. Quando igitur Aër ejus-*

(a) Lib. de Flatib. num. VIII. p. 404. cit. edit.

*ejusmodi inquinamentis plenus est, quibus humana Natura offenditur, homines ægrotant &c.* " Qui vero intimius in hæc Hippocratis introspexerit, facile conjiciet, ejus doctrinam non unius Animantium speciei sexum, ætatem, vel temperamentum, sed diversas ipsorum species spectare. Immensa porro contagii vis, Hippocratis diebus, [ nec utique hisce nostris ] haud tota evoluta erat. Præter unam *bubonicam* Pestim, & *Lepram*, quarum apud vetustos Judæos, Græcosque Historicos habetur mentio, Pestilitates reliquæ, uti Variolæ, quæ, veluti altera *Pandoræ Pyxis*, in hominum perniciem, innumeras Pestes [ §§. 204. 213. 214. 252. 266. 323. 329. 337. 347. 357. 373. 375. 385. 391.] eructarunt, haud pridem, edicente *Thucydide*, [ §. 69. & 75. ] Græciæ innotuerant; unde *Hippocrates* harum nullius vetusta assequutus erat exempla. Nil igitur mirum, si *Hippocrates* universalem quorumcumque Contagiosorum *Miasmatōn* cuncta Animantium genera afficiendi potentiam, & ab Hominibus in bruta animantia, ab hisque in homines apto commercio transiliendi, perspectam non habuerit. Mirum vero disertissimos quosdam Medicos usque eo mentem torsisse, ut nescimus cuinam humorum sanguinisque Familiarum quarumdam *Sympathiæ* tribuerint illam in Fratres atque Sorores, dissitis regionibus commorantes, sub idem tempus Variolarum, Morbillorumque incursionem, vigentibus per totam Europam, quæ eos innumeris modis arripere potuerint, horum Morborum *Miasmatibus*. At enimvero de hac arcana Epidemicorum Morborum Pathologia inclitum audiamus *Swietenium*, talia loquutum [*a*] : „ *In* Dysenteria Neomagensi, *quam* Degnerus *descripsit*, *observatum fuit*, *nationem* Gallicam *ab hoc Morbo* fere *immunem mansisse, e qua duo tantum viri annosi, eodem correpti sunt, & occubuerunt* [ quia porro Gallorum reliqui de contagio sibi *caverunt* ]. *Judæi vero omnes a vera* Dysenteria *plane immunes fuerunt, & ne unicus quidem cum hoc Morbo conflictatus fuit* [ quia certe ne Judæorum unicus cum Dysen-

(*a*) Tom. IX. in Boerhaav. §. 1408. p. 142. 143.

fentericis commercium inivit ]. *Si autem a copia, & corruptione* Infectorum aereorum *talis morbus ortum duxisset, vix videtur explicari posse, cur in eodem Aere viventes cum reliquis non ægrotaverint* [ uti & vix videtur explicari posse, cur sub eadem arcana Sydenhami Aeris constitutione, quam Swietenius amplexatur, degentes cum reliquis non ægrotaverint ]. *Longe mirabilias est* [ sub vulgata Hypothesi ], *quod apud* Heisterum *legitur, qui & fide dignissimus est, & vivos rei hujus testes citat. Anno hujus sæculi undecimo* Altdorfii *incæpit grassari Febris acuta continua, quæ licet non haberet pessimam & malignam indolem, tamen nec mitis vocari poterat. Morbus* solos cives Academicos *invadebat, cæterum neminem, licet Cives Academici per Urbem dispersi habitarent, & eodem victu ac Aere cum reliquis Urbis Incolis uterentur* [ Ex Fracastorio jam supra [§.384.] de Peste petechiali excripsimus hæc: *Contagiosa est & hæc Febris, sed non celeriter, nec fomite, & ad distans, sed tantum per tractationem infirmi*; hic igitur Academici ob vicissitudinem Academicos contaminatos tractabant, & coinquinabantur, Incolæ vero non ita ]. *Unde vocabatur* Febris Universitatis. *Imo Universitatis Typographus, qui remote a Collegio habitabat* ( sed ab Academicorum consuetudine remotus non fuit ) *una cum suis famulis, sive operariis, affectus Morbo fuit, dum alter Typographus, ædes Collegio propinquiores multum inhabitans, cum tota familia manebat immunis a Morbo. Quum autem de hoc Morbo Academico rumor increbesceret, quidam ex* Norimbergensibus *Filios suos domum redire jusserunt; qui tamen eadem Febre apud suos decubuerunt* ( asportato secum Luis contagio, uti ex Venetiis Naugerius Galliam attulerat §. 384. ), *& aliqui ex hoc Morbo mortui sunt. Mirum præterea hoc erat, quod dum Professores Morbo corripiebantur, proles illorum, & reliqua familia, eodem malo afficiebantur pariter, studiosi vero ægrotantes eodem Morbo non inficiebant cives, apud quos habitabant* ( quia proles, & familiares infectos dominos contrectabant, quod non egerunt Cives cum suis hospitibus ). *Dum hæc perpenduntur, optimum videtur cum* Sydenhamo *fate-*

*fateri*, *quod hi Morbi a* secreta *atque* inexplicabili *Aeris alteratione hominum corpora inficientis gignantur*, *neque a peculiari sanguinis & humorum crasi omnino dependeant*, *nisi quatenus* occulta Aeris influentia *dictis corporibus eamdem impresserit*. *Hi*, *durante illa Aeris constitutione*, *nec ultra* ( de Pancoinis sive Constitutionalibus Morbis id certe tenendum, minime de Pestilentibus ), *pergunt lacessere*: *Epidemici dicti sunt* ". Sic *Swietenius*. Nos autem cum Romano Sapiente M. T. *Cicerone*, qui sub rerum quacunque novitate omnem admirationem nos deponere præcipit, sententiæ illæ inhærentes, quod *sine contagioso seminio nullus Epidemicus Morbus oriri possit*, sequentia fateri autumamus: „ *Quicquid oritur* ( sunt Ciceronis verba (*a*)) *qualecunque est*, *causam a Natura habeat necesse est*; *ut etiam si præter consuetudinem extiterit*, *præter naturam tamen non possit existere*. *Causam igitur investigato in re nova atque admirabili*, *si potes*. *Si nullam reperies*, *illud tamen exploratum habeto*, *nihil fieri potuisse sine causa*: *eumque errorem*, *quem rei novitas attulerit*, *Naturæ ratione depellito* ". Unde, qui *Febre Universitatis* ægrotarunt, ideo ægrotasse credimus, quia contagiosum illius Miasma, a primo Academico, quem invasit, in alios disseminatum, per commercium contraxerunt, illæsis iis, qui illud vitarunt: & *Hippocrates* ideo *asprétudines miliaceas nulli masculo erupisse vidit*, quia horum nullus Mulieribus, quas illæ oppresserant, familiariter inservivit.

§. 395. *Mulier autem nulla mortua est*, *cui hæ fiebant*.) Jam §. 393. innuimus, hanc *Exanthematicam* Pestim benigni moris fuisse. Sed alia apud *Hippocratem* subsit ratio, ob quam Mulierem nullam hæc Lues interimeret. Morbus enim Naturæ medicatrici commissus fuit, quum *Hippocrates* subjiciat: „ *imo præter rationem putasset quis mederi conducere*, *etiamsi minus multa quibusdam prodirent*, *per hoc quod in frigore quis jaceret strato supposito* ". Utinam in curandis *Epidemicis* Morbis ab *Hippocratis* metho-



(*a*) Lib. II. de Divinat. Cap. XXVIII.

do minime discessissemus: innumera sane præcocia funera Europa tota haud deplorasset. Id maximum Artis Clinicæ momentum peroptime agnovisse nobis videtur Ill. *Vindobonensis Medicinæ* recens decor, & tam in scribendo, quam in observando vere *Hippocratis* Cultor, *Antonius Storckius*. Equidem ubi de Curatione Febrium *Exanthematicarum*, præ cæteris hæc loquitur (*a*): „ *Dum vidi vires ægri sufficientes, pulsum satis elevatum & fortem; tunc pro medicamento & potu ordinario copiosissimum decoctum radicum scorzoneræ, acetosæ, hordei crudi cum stibio diaphoretico non abluto, aut nitro puro, & oxymelle simplici tepide sumendum exhibui. Simili modo pergendo die septimo, præcedente pectoris anxietate, frequenter apparuerunt* Exanthemata; *æger melius habuit, remisitque Febris. Quoniam sola Natura tunc opus suum adeo bene peregit*, eam aliis medicamentis turbare non licuit; *sed eadem vel simillima methodo ad finem usque continuandum fuit. Hac ratione Morbus* Exanthematicus *simplex simplicissimis remediis a Perito citra ullum negotium solo Naturæ ductu feliciter curatur; ab Imperito autem, qui malignum a non maligno haud novit distinguere facile turbatur* ". Pro Peste vero Petechiali sic fatur (*b*): „ *Pulsu igitur vel ex Natura ægri ita existente, vel Arte ad tale moderamen redacto, requirebatur remedium diluens, putredini resistens, Naturam in nulla evacuatione turbans, &* vires conservans. *Tale erat Serum Lactis Vinosum. Nam solo hoc tam pro potu ordinario, quam medicamento largissime ingesto fere omnes* ( quingentos scilicet Milites, unde Epidemica hujus Morbi natura liquet ) *curavi* ": subditque (*c*): „ *Hic æger præter serum lactis vinosum, quod potum & medicamentum simul præbuit, nihil assumpsit. Simplex igitur Methodus* Febri Petechiali *curandæ suffecit; etenim raro quis mortuus est, & plurimi facile & cito periculoso ex Morbo convaluerunt* ". Huic *Storckianæ*

(*a*) Ann. Medic. I. Mens. Jul. 1758. p. 15.
(*b*) Ibid. Mens. August. p. 24.
(*c*) Ibid. p. 26.

*næ* Methodo ſub *Petechialis* Peſtis graſſatione , quæ anno 1781. *Acis Catenæ* Cives, & maxime qui ex Patricia erant familia , immaniter mulctavit , tribuendam eſſe nobis viſi ſumus inæſtimabilem vitam noſtri dulciſſimi amici , Medica Scientia , honeſtiſque Artibus præſtantiſſimi *D. D. Salvatoris Quattrocchi* . Luem ex ægrotorum viſitationibus ſibi aſciverat , & a ſexto ad decimum ſeptimum diem , quibus nos ab eo non diſceſſimus , ipſe vero nunquam ſibi præſens fuit , difficillimis ſymptomatibus , immani ſcilicet virium lapſu ; pulſu celeri , parvo , frequenti ; artuum ſubſultibus ; involuntario putidoque Alvi Fluxu ; comate vigili & deſipientia cum riſu , ac recurrente ſtupore ; octavo morbi die Petechiis tam rubris quam violaceis: ſitis abſentia ; ſudoribus minime allevantibus , aliiſque hujuſmodi conflictatus eſt . Largiſſimis vero citri ſucco imbutis potionibus ; decocto panis vinoſo ; & Corticis Peruviani *infuſo* , bis terve de die poſt decimum exhibito , a graviſſimo vitæ diſcrimine liber tandem evaſit ; omnium quæ ſub Morbo peregerat prorſus immemor .

§. 396.

*Et gravi auditu præditæ , & ſoporoſæ erant . Prius autem non valde ſoporoſæ erant hæ , quibus illæ affuturæ eſſent . Non tamen in totum durabant . Verum ſoporoſæ , & ſomnolentæ erant per æſtatem ; & uſque ad Pleiadum occaſum . Poſtea vero magis vigiliæ aderant . Sed neque in totum ab hac conſtitutione moriebantur* ". Ex §. 278.

§. 397. *Verum ſoporoſæ . . . per æſtatem . . . poſtea vero magis vigiliæ . . . ſed neque in totum ab hac conſtitutione moriebantur.* ] Si intimius *Hippocratis* verba penpendantur, apertum erit, *aſpretudines in cute miliaceas* , *culicum morſibus maxime ſimiles* non ſolum per æſtatem & ultra autumnum graſſatas fuiſſe , ſed adhuc non unius *moris* & quidem benigni extitiſſe , quum ſcribat : „ *ſed neque in totum ab hac conſtitutione moriebantur* " ; nimirum poſtrema hæc conſtitutio abſimilis fuit illæ , ſub qua *Exanthemata miliaria* uſque ad judicationem permanebant , nec ullam perimebant mulierem ; ſed pejoris fuit indolis , & ſi *non in to-*

*totum*, in partem vero *ab ea moriebantur*. Rubeolas sub una eademque grassatione benignas pariter atque malignas discurrisse, exemplum, quod Nobis offert Cl. *Nicolaus Pechlinus*, clare nos docet; quod eo lubentius ab ipso repetere malumus, quo hujus Pestis apud Europam *novitas* magis elucescat. *Pechlinus* enim illustres dies suos prope finem septimidecimi sæculi haud inglorius clausit; & hæc scripsit (*a*): „ *Est Febris quædam species*, Purpura *dicta*, *quæ variis sese maculis & ipsa exserit*, *nunc rubicundioribus*, *tandem etiam nigris*. *Hanc*, *sive quod scorbutici salis ille fructus sit*, *seu quod intestino &* proprio veneno exsurgat, malignam esse & periculosam, *omnino sum persuasus*. Levior *autem* est species, *minusque habet discriminis*, *quam* Galli Febrem Scarlatinam *vocant*. . . *Sed quid de isto* Exanthematum *genere tenendum*, *quod* Morbillorum specie *totos sæpe terrarum tractus infestat*, *& ante hos sex annos*, *quando superior mihi* Germania *cum Principe Persona decurrenda erat*, Palatinatum *&* Sveviam *occupabat*; *cuique* tributum *ipse quoque cum plerisque itineris sociis pendere debebam?* Leviculus *erat ille Morbus*, Rothel *nomine notus*, *qui* nullo habito sexus, ætatisve discrimine, promiscue omnes invadebat. *Paucissimis ille erat* funestus. *Aliquos diem*, *biduumve aut triduum lecto affigebat*: *aliqui* stando eum vincebant: *nonnullos impuro corpore* diutius vexabat: *plerosque tamen molestia quidem*, *& calore paulo intensiore*, *appetitu dejecto*, *& membrorum segnitie multabat*; *quæ vel sponte aut sumpto sudorifero cessabant*. *In una autem* Stutgardia *simul semelque* septingenti *cum hoc Morbo conflictati sunt*, *quo etiam in levibus* Contagium *aut sporadicum quid hærere intelligas*. Exanthemata *vero illa* non statim *universo corpore*, *sed variis locis*, *ut constitutio ferebat*, *sese ostendebant*; *plerumque tamen in carpo erant manifestiora*; *in aliquibus tamen etiam remissior rubedo attente quæri debuit* ". Ita *Pechlinus*. Nescimus interim an ad hujus *Exanthematici* Morbi historiam referendus sit ille *Hippocratis* locus Popular.

VI.

(*a*) Apud Manget. Tom. I. B. M. P. p. 1230.

VI. Sect. VII. p. 818. sic exaratus : Ἐν Περίνθῳ ἦρος οἱ πλεῖστοι ( ἔφθινον. ) ξυναίτιον βὴξ χειμερινὴ ἐπιδημήσασα, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα χρόνια· καὶ γὰρ τοῖσιν ἐν δοιαστοῖσιν ἐξεβεβαίωσαν. *In Perintho vere plurimi ægrotarunt. Simul causa fuit Tussis per hyemem populariter vagata, & aliis quicunque diuturni sunt Morbi. Nam & in ambiguis confirmati sunt* ". Conf. §.379. Tussis equidem Rubeolam & comitatur, & presso pede *epidemice* consequitur, sicuti & Tabes, aliique diuturni Morbi, uti apud hujus Pestilitatis historiam.

## *Additio undecima.*

1. *Inspiciendum nunc remanet, an nuperi Morborum Scriptores* Petechialis *simul &* Rubeolosæ *Pestis* Novitatem *&* Originem *claram habuerint. Ill.*Sauvagesius (*a*) hæc scripsit: „ V. *Miliaria* (*le millot*) differt a Rubeola ( *Rubeola Sauvagesio Morbillos sonat, ut Add. VI. num.* 1. ), quod Pustulæ *milii* magnitudine sint ac firmæ, diversicolores, omni ætate accidant, & sine Rubeolæ præludio. = Miliaria simplex *Dav. Hamilton*. Febris miliaris vulgo ( *millot* ). = Miliaria lenticularis *Bonet*. = Miliaria Variolodes *C. Kolii*. = VI. *Purpura* (*le pourpre*) differt a Rubeola, & aliis, quod maculas tantum *pulicum morsibus* similes, sed *non extuberantes* nec pruriginosas, sæpe lividas aut nigras, sine Rubeolæ præludio agat. = Purpura primaria. Febris petechialis. = Purpura secundaria. = Purpura pestilens *Sydenham. p.* 85. = Purpura variolosa *Morton* ". *Dein adjicit* (*b*): „ VIII. *Scarlatina* ( *fievre rouge* ) maculis inæqualibus intense rubris, morbillosas excedentibus, pruriginosis, Febre exigua, sine Rubeolæ præludio stipatur = Scarlatina Febris *Sydenham. p.* 162. = Scarlatina urticata. Purpura urticata *Juncker* ". *Rhazi plurimas debemus rependere gratias, quod varias Variolarum species sub unius Morbi nomine nobis tradidit, secius*

(*a*) Pathol. Method. Pract. Sect. I. Cl. III. Ord. III. p. 143.
(*b*) Ibid. p. 144.

*cius hodienum unus Variolosus Morbus innumeras Morborum classes & species occupasset. Nobis Morbillus, Exanthematicus Morbus est a Rubeola distinctus; & Miliaria, Purpura, Scarlatina, quae super cutem eminentiam habent, Rubeolarum sunt species a Petechiis summopere diversae.*

2. *Macbridius, qui Anginosam Pestim sub nomine* Febris Scarlatinae malignae *retulit*, *uti* Addit. VII. num. 4. *adnotavimus, nostram Rubeolam hisce describit verbis* (*a*): „ Febris Scarlatina *ab horrore & frigore* incipit, succedente calore & siti, sine magna tamen nausea, aut tussi illa continua, quae Morbillos comitatur ( *diversam itaque a Morbillis admittit* ). Paulo post universa cutis maculis rubris numerosioribus, latioribus, magisque rubentibus, sed minus aequalibus, quam in eo, quem diximus, Morbo ( *Morbillis nimirum* ), contegitur. Post biduum, triduumve, quam apparuerunt, *Exanthemata* evanescunt, cuticulaque a cute secedit, remanentibus squamis furfurosis, per totum corpus dispersis, quae nonnunquam binis trinisve vicibus decidunt, & rursus succrescunt ". *Et* (*b*): „ *II. Febris Scarlatina urticata*, sive *Febris efferosa*. In qua *Exanthematibus* rubris *Papulae* prurientes, iis, quae ex urtica nascuntur, similes, intermixtae sunt ". *Adhuc* (*c*): „ *Febris Erysipelatosa*, ab inflammatione cutis externae, ipsam comitante, nomen trahens, plerumque a frigore atque horrore incipit, cui calor, sitis, aliaque Febrium symptomata communia succedunt. Facies, si inflammatione corripitur, repente, magno cum dolore, ac rubore splendido, intumescit. Numerosissimae *Pustulae exiguae* apparent, quae saepe in parvas exsurgunt vesiculas, lateque per totum caput serpunt, palpebris interim a tumoris mole clausis ". ( *Id ipsum in abnormibus, sive erysipelatosis Variolis contigere, quae §§. 198. & 199. exscripta sunt manifesto docent; unde sicuti hae Variolae distinctam ab ipsis erysipelatosam Febrim non constituunt; nec erysipe-*

(*a*) Introd. Method. in Theor. & Prax. Med. Lib. I. Cap. XV. p. 87.
(*b*) Ibid. p. 88.
(*c*) Ibid. Cap. XVI. p. 90.

*sipelatosæ Rubeolæ debent constituere* ) *Et* (*a*): „ Febris *erysipelatosa* , quam communia tantummodo Febrium symptomata præcedunt , vel comitantur , *benigna* appellanda est ; Ea vero , cui insolita , atque gravia symptomata , velut asthenia , magna nausea , præcordiorum oppressio , ac vehementes dolores in aliis, quam quæ inflammatione laborant, partibus, accedunt, *malignæ* , sive *pestilentis* , cognomentum meretur. = Talis Febris, anno post Christum natum millesimo centesimo tricesimo, in *Gallia* sæviit, *magnamque hominum multitudinem depopulata est*. Similis fuit, quæ, anno hujus sæculi decimo sexto , *Tholosæ grassata est*. Maligna hæc Febris *erysipelatosa summam cum Peste affinitatem habet*, ejusque more sæpissime Parotidum, aliarumque glandularum lymphaticarum tumoribus terminatur ". *Amplius* (*b*): „ Febris *miliaris* , quod quidem memoriæ proditum sit, anno superioris sæculi quinquagesimo *Lipsiæ* primum observata est; ex quo tempore in plerisque *Germaniæ* partibus, *Subaudia*, *Helvetia*, & *Longobardia* æque , atque in *Insulis nostris* , frequens fuit. In *Gallia* tamen, *Sauvagesio* teste, rarior est . = Duplex *Exanthematum Miliarium* genus est, unum *album* , alterum *rubrum* , prout *Pustulæ minutæ* vel lympha pellucida, vel sero tincto, refertæ apparent. Prius *Purpura alba* , posterius *Purpura rubra*, vulgo a Pathologis nominatur ( *poterat & nominari Scarlatina alba* , *& Scarlatina rubra* ). Sæpe alterum pariter cum altero prodit. In utroque autem humor vitiosus odorem acidum ingratum exspirat , saporisque valde acris esse dicitur. = Fuerunt , qui *Exanthemata miliaria* semper *symptomatica* esse ( *Conf.* §. 387. ), neque ab *acrimonia aliqua specifica* , qualem *in Variolis*, *aliisque Febribus Exanthematicis*, nemo non agnoscit, oriri, contenderent. Sed perspicacissimi expertissimique *Angliæ* Medici omnes , & complures *Exterorum* , prorsus contrarie sentiunt, ac Febrem *Miliarem* pro distincta specie habent , cum Febribus *Petechialibus* , *quæ Febris Putridæ va-*

(*a*) Ibid. p. 91.
(*b*) Ibid. Cap. XIII. p. 91. seqq.

*varietates tantum sunt*, non confundenda ". *Quas Macbridius recenset* Miliaris Febris *varietates (a), hæ quidem sunt*: I. Febris miliaris simplex, *sive* benigna; Febres Miliares complicatæ, *quas Epidemicas esse dicit, in quarum censum refert illam anni* 1685., *a* Sydenhamo in Schedula monitoria de novæ Febris ingressu *descriptam*. *II.* Febris miliaris catarrhalis. *III.* Febris Miliaris Inflammatoria. *IV.* Febris Miliaris serosa. *Tandem subdit (b)* „ V. Quinta *Febris Miliaris* varietas *Febris Miliaris putrida*, sive *Petechialis*, appellari potest, quæ cum *Febre putrida* conjuncta est, atque interdum *Petechias* pustulis miliaribus *intermixtas* exhibet. = Frequens est hic Morbus, ubi *Febris putridæ Miasma* per homines, ex *nosocomiis*, *carceribus*, *navibus bellicis*, similibusque *locis clausis*, venientes, *vulgatur*. Signa ejus & curationem ex descriptione Febrium Putridarum jam proposita petere licet ". *Ex his eruitur, Macbridium* Febris Petechialis *apud Europam* Novitatem *a* Fracastorio *probatam, aut non habuisse perspectam, aut non probe perpendisse*.

3. *Quæ literatissimus* Cullenius *ex magno librorum numero in unum collegit circa* Petechialem *simul &* Rubeolosam *Pestim ea sunt, quæ nostrum hoc Opus condecorare valent*: „ Typhus ( *sic ipse fatur (c)* ). Morbus contagiosus; calor parum auctus; pulsus parvus, debilis, plerumque frequens; urina parum mutata; sensorii functiones plurimum turbatæ; vires multum imminutæ. = Typhus, S. G. 82. *Sag.* 677. = Species sunt, = 1. Typhus ( *petechialis* ) plerumque cum Petechiis. = Variat gradu. = Morbos gradu solum differentes nominibus diversis insignire nequaquam convenit; quum autem nuperis temporibus apud Medicos usitatum sit, Febrem quandam, quasi ab aliis quibusvis differentem, nomine *Febris Nervosæ* appellare; huic opinioni quodammodo morem ge-

(a) Ibid. a pag. 92. ad 95.
(b) Ibid. pag. 95. 96.
(c) Synops. Nosolog. Method. Cl. I. Ord. I. Febr. Gen. V. p. 29. seqq.

gerens, sub titulo *Typhi Mitioris*, variorum auctorum Febres; ad recentiorum *Nervosas* aliquomodo referendas recensui. In hac re autem, quum limites neutiquam accurate ponendi sunt, me accuratum fuisse non dixerim. = Minus adhuc placuit, ad mentem vel veterum, vel recentiorum inter Febrium genera aliquod sub nomine *Febris Putridæ* recensere. In omni *Typho* humorum in putredinem proclivitatem adesse puto; sed vario tantum gradu abest, ita ut major minorve putredo speciem variare, nequaquam mutare, potest. Sufficiat sub titulo *Typhi gravioris eas*, quæ præsertim *Putridæ* adpellatæ sunt Febres, indigitasse, uti ex appositis variorum Auctorum appellationibus satis patebit = 1. Typhus mitior. = Febris maligna hectica, sive *lues Neurodes* convulsiva *Willis*... Hoc est exemplum, ni fallor, primum appellationis *Neurodes*, vel *Nervosæ*, Febribus quibusvis datæ; quam protinus *Angli*, non tamen nisi nuper admodum aliarum regionum Medici, usurpati sunt. = Febris pestilens *Fracastorii*... Febris pestilens sine charactere veneni *Foresti*... Febris hectica pestilens *Foresti*... Febris nova anni 1685. *Sydenham*... Febris putrida nervosa *Wintringh*... Febris lenta nervosa *Huxham*... *Macbrid*... Febris contagiosa *Lind*... Typhus nervosus S. sp. 2. = Typhus comatosus S. sp. 3. = Tritæophya typhodes *Mangeti*... *Raym. Fort.* = 2. Typhus gravior. = Febris pestilens *P. Sal. Divers.*... Febris pestilens Ægyptiorum *Alpini*... Typhus Ægyptiacus S. Sp. 6. = Cephalitis Epidemica ann. 1510. S. sp. 6. = Febris pestilens maligna *Sennerti*... Febris maligna pestilens *River*... Febris pestilens maligna ann. 1643. *Willis*... Febris Senegallensis, *Lond. Med.*... Typhus *Carcerum* S sp. 1. = Febris *Nautica* pestilentialis *Huxham*... *Miliaris nautica* S. sp. 9. = Febris putrida *contagiosa* in *carceribus* genita *Huxham*... *Miliaris purpurata* S. sp. h. = Febris *carcerum* & *nosocomiorum* Ill. *Pringle*... *Vanswieten*... *Soc. Royale*... Typhus *castrensis* S. sp. 5. = Febris *castrensis*, quam vulgo cephalalgiam Epidemicam vocant *Henr*... Febris *Hungarica* sive *castrensis Juncker.*, & *plurium Auctorum*. Morbum sive Febrem *Hungaricam* ad Tertianas remittentes, cum *Sauva-*

*gesio*, & Ill. *Pringle*, supra retuli; nec dubium est quin *Morbus Hungaricus* sæpius sub forma remittentis apparuerit; sed simul *constat Febrem in castris Hungaricis primo ortam, & per milites inde redeuntes per totam fere Germaniam dispersam*, ex genere continuarum fuisse (Vide Ruland. de Morbo Hungarico cap. VIII. quæst 39.), & plerumque eamdem esse, quam nunc in *Nosocomiis* quibusvis sæpe exorientem bene novimus. Ad hunc locum igitur etiam apponendam esse putavi. = Febris *castrensis* Gallorum in *Bohemia* ann. 1742. *Scrinci*... Febris petechialis *Sennert*... *River*... *Hoffm*... *Juncker*... *Huxham*... *Ludwig*... *Schreiber*... *Monro*... Febris catarrhalis maligna petechizans, *Juncker*... *Hoffm*... *Eller*... Febris putrida *Macbrid*... Febris catarrhalis putrida 1768. *De Martens*... Febris putrida nervosa 1770. *De Martens*. = Exempla Febrium petechialium sunt sequentia. = Febris quæ lenticulas, puncticula, aut peticulas vocant, *Fracastorius*... Febris peticularis *Tridenti* ann. 1591., *Roboretus*... Febris petechialis epidemica *Coloniæ* ann. 1672. *Donckers*... Febris petechialis epidemica *Posonii* 1683. *C.P. Loew*... Febris petechialis Epidemica *Mutinæ* 1692. *Ramazzini*... Febris maligna petechizans ann. 1698. *Hoffmann*... Febris petechialis *Wratislaviæ* ann. 1699. *Helwich*... Febris epidemica *Lipsiæ* 1718. *M. Adolph*... Febris endemica & epidemica *Corcagiensis* ann. 1708. 1718. & seq. *Rogers*... Febris continua epidemica *Corcagiensis* 1719. & seq. *M. o Connel*... Febris petechialis epidemica *Cremonæ* 1734. *Valcharenghi*... Febris petechizans *Petropoli* 1735. *Weitbrecht*... Febris petechialis ann. 1740. 1741. in *Hassia Ritter*... Febris petechialis epidemica *Vigorniæ*, & aliis Angliæ locis *Wall's Works*... Febris maligna petechialis *Rintelii* 1741. *Furstenau*... Febris petechialis epidemica *Silesiæ* 1741. & seq. *Brandhorst*... Febris petechialis epidemica *Viennæ* 1757. *Hasenohrl*... Febris petechialis epidemica *Lipsiæ* 1757. *Ludwig*... Febris petechialis epidemica variis *Germaniæ* locis ab anno 1755. ad 1761. *Strack*... Febris epidemica maligna a *Coutances* 1772. & 1773. *Soc. Royale*... Febris petechialis nervosa a *Dijon* 1760. & 1761. Mem. par Maret 1775.".

*Hæc*

*Hæc Cullenius pro Febri Petechiali*; *circa quam a rei Medicæ Ingenuis erudiri cupimus*, *unde factum sit*, *ut nostris diebus hæc Pestis fere quovis die per totam Europam longe lateque discurrat*, *quum* Langii *&* Ballonii *temporibus* ( §. 382. 383. ) *ne unum ejus grassationis exemplum apud Latinos Medicos repertum fuerit*, *quod a* Fracastorio *invectæ illius novitati opponeretur*? *De* Rubeola, *nil hic quod a Cullenio expetamus*; *quum hæc Lues ipsi perinde sit ac* Morbillus, *uti* Addit. VIII. num. 3. *adnotavimus* : *Febrem autem* Scarlatinam *diversam habet a* Rubeola *sicuti &* Miliaria; *sed ut ejus de* Exanthematicis Morbis *Doctrina facilius intelligatur*, *rem perquam gratam Tironibus facturi credimus*, *si quæ in genere de his edisseruit hic apponamus*: „ Exanthemata, *inquit* (*a*). Morbi *contagiosi*, *semel tantum in decursu vitæ aliquem afficientes*; cum Febre incipientes; definito tempore apparent phlogoses, sæpe plures, exiguæ per cutem sparsæ. = Quo charactere recte definiri, & quibus limitibus circumscribi debeat hic ordo, admodum incertum est. Si eruptiones enim a *contagione specifica* ortæ, solæ pro *Exanthematis*, & Morbis hujus ordinis, habendæ sint; certe eruptiones a nulla contagione specifica, sed a quodam Febris statu solum, pendentes, inter *Exanthemata* genuina nequaquam recensendæ sunt. Ita *Petechia* a nobis omittitur, & forsitan tum *Miliaria* tum *Aphtha* omittenda esset ( *Confer. nostrum Opus Addit. IX. num.*1. *& §.* 384. 390. *& seqq.* ). Dein, quum *Exanthemata* pleraque *contagiosa* sint, & non *nisi semel in decursu vitæ aliquem afficiant*, omnino idoneum videtur, ut hæc ab eruptionibus non contagiosis, quæ sæpe in decursu vitæ aliquem afficiant, vel afficere possint, rite distinguantur. Variola igitur, & Erysipelas minus recte sub eodem ordine collocantur. Denique, quum eruptiones in Morbo quodam non semper ejusdem aut formæ, nec semper, nec certo quovis Morbi die, in illo Morbo compareant, an ejusmodi Morbus inter *Exanthemata* recensendus sit, merito dubitari potest; ideo-



(*a*) Ibid. Ord. III. p. 85.

que an Pestis ad *Exanthematum*, an ad Febrium ordinem, referri debeat, dubito ( *Confer. nostrum Opus a §.* 18. *ad* 30. ). De hisce omnibus utiliter fortassis disputari potest; de iisdem vero certo statuere vix ausim; quod mihi tamen in *Nosologia* maxime idoneum esse videtur, id ex charactere, quem dedi, satis patebit. = Quum autem ad characteres generum & specierum, ordinis character non omnino necessarius sit, hunc quodammodo neglexi, & hic Morbos a *Nosologicis* pro *Exanthematis* habitos plerosque recensui ". *Sub Exanthematum igitur Ordine* Variolas, Rubeolam, Scarlatinam, Pestim, Erysipelas, Miliaria, Pemphigum, Aphthasque *enumerat. Quæ scripsit* de Scarlatina Cynanchica *Addit. IX. num.5. tradidimus. Pro hujus Pestis reliquis speciebus hæc habet* (*a*): „ Scarlatina. = „ Synocha *contagiosa*. = Quarto Morbi die, facies aliquando tumens; simul in cute passim rubor floridus, maculis amplis, tandem coalescentibus, post tres dies in *squamulas furfuraceas* abiens; superveniente dein sæpe *Anasarca*. = Scarlatina S. G. 98. V.39. *Sag.* G. 294., *Junck* 75. = Species sunt = I. Scarlatina ( *simplex* ) nulla comitante Cynanche. = Scarlatina Febris S. sp. 1. *Sydenh.* Sect. VI. . . . *Soc. Royale* . . . *Macbr.* = II. Scarlatina ( *Cynanchica* ) &c. . . . De Scarlatina porriginosa S. sp. 3. *Sydenh.* Sect. VI. Cap. 6., & Scarlatina *Variolode* S.sp. 5. nobis non liquet ". *De Morbo* Miliari *eamdem fere ac de Pemphige* [ Addit. VIII. num.3. ] *tulisse sententiam, quæ sequuntur ejus animadversiones clare evincunt*: „ Miliaria, *inquit* [*b*]. = Inter Medicos, speciatim *Viennenses* de indole *Morbi Miliaris* nuper acriter disputatum est; & imprimis an unquam *Idiopaticus*, an vero semper *Symptomaticus* sit, certatim quæritur. Quod *nunquam Idiopaticus sit*, præter opinionem Medicorum, a medio sæculi decimiseptimi in hunc fere diem, omnium, & contra sententiam Medicorum hujus ævi quorumdam spectabilium, affirmare non ausim [ *asprетudines in cute miliaceæ*

[ §.

(*a*) Ibid. Gen. XXIX. p. 92. seqq.
(*b*) Ibid. Gen. XXXII. p. 98. seqq.

[ §. 389. ] *culicum morsibus maxime similes ab Hippocrate observatæ & descriptæ & Idiopaticæ & Epidemicæ fuerunt. Conf. Addit.IV. num.*11.]; sed quum experientiam in hac re sæpe fallacem, & Medicos plerosque imitatorum servum pecus fuisse noverim, dubitare cogor [ *en igitur summam in re Medica necessitatem ad Hippocratem, virum fallere nescium, reliquosque tam Græcos, quam Latinos vetustos cordatosque Medicos confugiendi* ]; &, utcunque sit, *Morbum Miliarem* plerumque *Symptomaticum* fuisse, ex observatione propria, per multos annos frequenti, certo novi [ *Confer. Addit.VIII. num.* 2. ]. Nunquam *contagiosum*, nec manifesto *epidemicum*, quibusdam licet temporibus solito frequentiorem, vidi. Morbis febrilibus quibuscunque, tum inflammatoriis tum putridis, aliquando adjungitur ( *Confer.* §.24 ]; in nullis tamen, nisi regimini calido & sudoribus præeuntibus, ortum, & in pluribus, regimine temperato, & sudoribus vitatis, morbum, alias expectandum, prorsus vitatum observavi. In quibusdam corporis partibus quasi arte excitatum aliquoties novi. Denique, quum *Contagionum specificarum* plerarumque indolem *materia*, si qua datur, *miliaris* nequaquam imitetur, tum quod certo Morbi die eruptionem non efficiat, tum quod non semel tantum, sed sæpius in vitæ decursu, hominem afficiat ( *confer.* §.391. ): de hujus igitur materiæ natura *specifica*, vel ad Morbum quemvis *Idiopaticum* gignendum apta, valde dubito. In hac re mecum sentientem experientissimum, & peritissimum *Carolum White* habere mihi gratulor ... Quum autem in hac re me falli potuisse, facile agnosco, ne tamen alios simul fallerem *Miliariam* inter *Exanthemata* hic recensui, & characterem ejus, quem quivis, hunc Morbum pro *Idiopatico* habens, dare voluerit, exhibui, peritis quibusvis hanc rem certius dijudicandam relinquens. = Synoehus cum anxietate, frequenti suspirio, sudore olido, & punctionibus cutis. = Incerto Morbi die erumpunt *Papulæ rubræ, exiguæ, discretæ*, per totam cutem, præter faciem, crebræ, quarum *apices*, post unum vel alterum diem, *Pustulas minimas*, albas, brevi manentes, ostendunt. = Miliaria, L. 7. = Miliaris

liaris S. G. 95. *Sag.* G. 295. = Febris Miliaris V. 37. = Febris purpurata rubra & alba miliaris *Hoffm.* . . . Febris purpurea seu miliaris *Junck* . . . Germanis der *Friesel. God Welsch.* . . = De hoc Morbo Scriptores praecipui sunt = *Hamilton* . . . *Fantonus* . . . *Allioni* . . . *Fordyce* . . . *Fischer* . . . *De Haen* . . . *Matt. Collin.* . . . *Baraillon* . . . *Soc. Royale* . . . *Castellier* . . . *Varnier* . . . *Soc. Royale* . . , = Ad *Idiopaticam*, si qua datur, pertinent. = Miliaris benigna *Sauv.* sp. 1. = Miliaris maligna S. sp. 2. = Miliaris recidivans S. sp. 3. = Miliaris Germanica, S. sp. 5. = *Symptomaticæ* manifesto sunt = Miliaris Boia, S. . . Miliaris Britannica, S. . . Miliaris nova Febris, *Sydenh.* . . Miliaris Sudatoria, S. . . Miliaris *nautica*, S. . . Miliaris purpurata, S. . . Miliaris lactea, S. . . Miliaris puerperarum, S. . . Miliaris scorbutica, S. . . Miliaris critica Sauv. spec. 6. ". *Nil igitur de vetusta Rubeolosæ Pestis origine, neque de Petechiarum epidemicarum apud Europam novitate apud disertissimum Cullenium.*

4. *Neque apud Ludwigium ulla Petechialis Luis novitatis vestigia inveniuntur. Siquidem* Petechias (*a*) *vel tamquam materiæ morbificæ criticas eruptiones salubres, vel tamquam illius malignæ indolis lethalem ad cutem decubitum respicit: quod si vero* Febrem petechialem, *ut* catharralem malignam *epidemicam ut plurimum, & contagiosam agnoscat* (*b*); *ejus tamen contagii rationem haud ab exotico Miasmate, sed a sporadicis eruit causis* (*c*). *Eamdem adstruit doctrinam pro* Febre Scarlatina, *& id genus aliis* Exanthematicis, urticata *scilicet*, *Febre* erysipelatode, Igne Sacro, Zona *dicta &c.* (*d*) *Clariora offert de Purpura* (*e*): „ Purpura, *inquit*, seu Febris Miliaris est Morbus Exanthematicus, *Veteribus vel ignotus*, vel ab iis non accurate satis descriptus, & a Febre maligna Petechiali non satis distinctus, quem *Purpu-*

*ræ*

(*a*) Instit. Medic. Clin. Part. I. Cap. I. Subsect. III. §. 144. seqq. p. 64. seqq.
(*b*) Ibid. §. 146. p. 65.
(*c*) Ibid. §. 147. ad §. 150.
(*d*) Ibid. Subsect. V. a §. 163. ad 171. p. 73. seqq.
(*e*) Ibid. Subsect. VIII. §. 209. p. 93.

*ræ Epidemicæ malignæ* nomine *Neucrantzius* primum accurate obſervavit & deſcripſit ; paullo poſt hic *Lipſiæ* circa medium ſeculi præcedentis *Welſchius*, & alii eam ut *novum morbum Frieſel* dictum , primum in puerperis obſervarunt , quam deinde, *cauſſis novis* accedentibus, per univerſam *Germaniam*, aliaſque *Europæ* provincias varie *graſſantem* cognoverunt Medici Clinici ". *Et inferius adjicit* (*a*) : „ Eſt vero Purpura ſæpius cum Febre , interdum ſine ea ; ſæpius benigna , rarius malignæ indolis ; ſæpius non contagioſa , interdum maxime contagioſa & epidemica : ea quoque non unius, ſed *variæ indolis Exanthemata* ſiſtit ". *Efficientem interim Purpuræ Cauſam a Sporadicis deducit* (*b*).

5. *Labore invincibilis* , *eximiaque præditus doctrina* Burſerius *pro* Petechiis , *&* Miliaribus *integrum exegit volumen quartum* , *ut earumdem abſolutiſſimam traderet hiſtoriam* . Febrem *vero* Eryſipelatodem, Purpuram Scarlatinam, *&* Exanthema Urticatum, *quæ nobis Rubeolæ ſpecies* , *dummodo ſtipentur contagio*, *conſtituere videntur* , *a Miliaribus ſejunxit* , *deque iis ſeorſim egit volumine tertio* . *Plurima ex ipſo excerpenda forent ad rem pertinentia*; *ſed pauca tantum libare permittit Operis adaucta Moles*. *Ubi de* Peticulis, *ſive de* Morbo Petechiali, *a nobis initam Hippocratis textus* (§.389.) *interpretationem hujus graviſſimi Viri auctoritate firmatam eſſe lætamur*. *Scribit enim* (*c*) : „ Diſceptatum quidem a nonnullis eſt , an Veteribus Medicis eſſet cognitus ( *Morbus nimirum Petechialis* ), nec ne. Communior ſententia fuit, apud veteres nulla veſtigia ejuſmodi Morbi reperiri ; nam *Exanthemata*, quorum aliqua mentio ab iis facta invenitur, ad *Miliares Puſtulas* , & *Papulas extantes* , quales *culices* morſu excitant, rectius pertinere videntur. Ut ut res ſe habeat, ſcriptor nuperrimus *Anglus* Cl. *Lindius* ... non dubitat ab *Aetio* in Febribus malignis obſervatas maculas læves planas, non ſupra cutim extantes, *pulicum* morſibus ſimiles. Ve-

(*a*) Ibid. §. 211. p. 94.
(*b*) Ibid. §. 215. 216. p. 96.
(*c*) Vol. IV. Cap X. §. CCLVIII. p. 4. not. a.

Verum incertum adhuc est, an legendum ibi sit *culicum* pro *pulicum* morsibus. *Petrus* certe a *Castro* priorem lectionem probare videtur ... Versio item *Jo. Cornarii* habet: *vibices similes culicum morsibus* ". *Petechias dividit* in Sporadicas, *&* Epidemicas; *deque his ait* (*a*): ,, Contagiosæ fuerunt, quas descripsit *Roboretus*: Contagiosæ palam, quæ nuper *Frascaroli*, *Casamatæ*, & *Stratellæ* stragem edidere: Contagiosæ demum, quæ anno 1767. totam *Æmiliam* peragrarunt "; *observationibusque in medium prolatis* (*b*) *probat*, *nullam ætatem*, *sexum*, *nullamque hominum conditionem ab hac Lue immunem fuisse*; *sicuti enumeratis locis huic Morbo maxime obnoxiis* [*c*] *subdit*: ,, Imo interdum contrarium omnino evenit. Loca salubria, & puriore Aere fruentia infestantur; intacta quæ humida, ac palustria sunt, relinquuntur. Anno 1767. *Etruria*, atque *Æmilia* fere universa *Peticulari Morbo Epidemico* vastata est. Memini *Aretinos*, qui editiore salubrioreque loco vivunt, atrocius vexatos fuisse, quam alios. Sic *Faventini*, qui sicco in solo, parumque ab *Apennini* apendicibus dissito versantur, gravissime affecti fuerunt; dum *Ravennates* Maris littori proximi, aquisque prope stagnantibus cincti, optima valetudine præter consuetudinem utebantur " [ *nullo equidem Ravennæ asportato Peticularum contagioso Miasmate* ]. *Ingruentis Peticularis Pestis signa instantibus Variolis analoga* [ *d* ] *recenset*; *evanescentisque lethalitatem exemplis probat* [ *e* ]. *Non paucas ex Sporadicis causis*, *hactenus tanquam hujus Morbi efficientes habitas*, *adductis refellit historiis* [ *f* ], *& præ cæteris de insolentibus anni tempestatibus hæc scribit* [ *g* ]: ,, Verum Morbi, qui ex temporum variationibus nascuntur, plerumque *brevi tempore* durant, nec unam, vel alteram anni tempestatem prætergredi consueverunt; utpote qui *adveniente alia*

(*a*) Ibid. §. CCCXXXV. p. 50.
(*b*) Ibid. §. CCCXXXVI p. 51. seqq.
(*c*) Ibid. §. CCCXXXVII. p. 52. seqq.
(*d*) Ibid. CCCXXXIX. seqq. p. 55. seqq.
(*e*) Ibid. CCCXLII. p. 60. seqq.
(*f*) Ibid. §. CCCXLV. freq. p. 64. seqq.
(*g*) Ibid. §. CCCXLVII. p. 68.

*alia Aeris constitutione* fugantur [ *Confer. nostrum opus* §. 28. ] . Hinc vulgo Morbi *Stationarii*, sive *Tempestatis* vocantur .. Et quanquam Peticulæ nonnunquam *Stationariæ* esse possint [ *uti sunt Sporadicæ & Endemicæ nullo stipatæ contagio* ] , quales nos ipsi aliquando spectavimus , quum tamen *Epidemicæ* vere fiunt , & universim vagantur , diutius ut plurimum persistunt , & non tantum ad unam , vel alteram anni ætatem , sed ad annum sæpe totum , imo ad biennium & triennium protrahuntur ; quod ex conscriptis earum , vulgatisque historiis facile cuique patet ". *Demum hanc paginam hisce verbis absolvit* [*a*]: „ Quas ob res verisimile admodum videtur, aliquid per aerem volitare, quod *de loco in locum* , quin dissipetur , transferri , & congeri possit , aut ab ægrorum corporibus manare aliquid , quod in sanos sese immittat , parique eos tabe inquinet . Quidnam vero sit illud , quod aerem inficit , quodque *huc illuc vagatur* , aut *in ægrotis extricatur*, dimanatque in vicinos , *contagemque procreat* , fateor equidem me ignorare. Inclinat tamen animus , ut arbitrer , *peculiare quoddam Miasma* id esse , subtile admodum , volatile , *quod semel natum se se Aeri admisceat* , nec facile disgregetur, & dispergatur , sed contra , si casu aliquo rarescit , dispergiturque , ventis quibusdam iterum condensari , & coacervari alicubi possit, ut noceat . In humores vero nostri corporis immissum , *aut in eisdem quocunque modo genitum* , aut *evolutum* , se se multiplicandi , & propagandi vim , fermenti instar , habere , & non secus ac *Variolosum* & *Morbillosum Miasma* non solum Aeri , vestibus , stragulisque , sed etiam aliis corporibus vicinis , ut odoramenta adhærescere &c. ". ( *Confer. nostrum opus* §.41. *&* 42. ) *Exoticam itaque Petechiarum originem Ill.Burserius haud expiscatus est. Circa Rubeolæ antiquitatem hunc disertissimum Virum quam longe nostros exsuperasse labores, ex sequentibus liquet* : „ Nomen habet , *inquit* [*b*], hic Morbus [ *Miliaris scilicet* ] a Pa-

*Pars II.* Xxx pulis

(*a*) Ibid. §. CCCXLVIII. seqq. p. 70. 71.
(*b*) Ibid. Cap. XI. §. CCCLXXXI p.132. seqq.

pulis, sive *Pustulis*, quæ in summa cute *erumpunt*, & formam, speciemque granorum *milii*, *varii* ut plurimum *coloris*, plus minus exhibent, quemadmodum distinctius, latiusque postea exponemus. *Has antiquissimis Medicis*, & speciatim *Hippocrati*, atque *Aetio*, compluribusque aliis, qui eos subsecuti sunt, non ignotas fuisse, magno eruditionis apparatu, acrique judicio demonstravit inter Nostrates primum *Cl. Joh. Fantonus*, deinde *Cl. Carolus Allionius*, ambo illustres Medicinæ Professores *Taurinenses*, & demum non pauci alii. = [ *Not. pro Hippocrate* ]. Epid. l. 2. sect. 3. & l. 7. sect. 2., item Coac. prænot. sect. 2. & 3. Præcipue vero in *Fullone Phericide*, & *Euphranoris Filio* [ *l. 7. Epid.* ] *Pustulæ* notantur velut a *culicum* morsu natæ; sed locus præ cæteris in *l. 2. Epid. sect.* 3. extat, qui totus hic exscribendus est, ut quisque æquus rerum æstimator videat, *Exanthema Miliare* ab *Hippocrate*, sive quocunque alio illius libri Auctore, reapse non prætervisum esse. *Circa septimum* [ sic habet ] *octavum*, & *nonum diem* [ Febris cujusdam Epidemicæ ] *aspredines quædam* Miliaceæ, culicum *morsibus fere similes*, *quæ tamen non admodum pruriebant*, *in summa cute subnascebantur*, *& ad judicationem usque perdurabant* ... Hunc vero locum a *Vallesio* in *Comment.* non satis consideratum esse, jure, meritoque animadvertit *Cl. Fantonus*. ( *De antiquit. & progress. Febr. miliar. p.* 73. ). Etenim asperitates illas miliares, *culicum* morsibus similes, putavit ille maculas esse, *Tabardillo* ab *Hispanis* nuncupatas ( *Confer. nostrum Opus* §. 386. ), nimirum *Peticulas*, quæ *tum* jam in *Hispania* frequenter observabantur, & satis notæ erant. Rectius autem interpretatus est eum textum *Martianus* [ *Comment. in Epid.* 2. *sect.* 3. *v.* 20. ], qui ejusmodi asperitates *miliaceas* nequaquam pro *Peticulis* habuit; similesque se pluries offendisse in Febre ardente laborantibus, asseveravit. Nec facile *Castellerio*, aliisque largiar, Hippocraticas istas *miliares Papulas* fuisse secundarias, sive, ut vocant alii, *symptomaticas*, nimirum a primariis, atque essentialibus, de quibus hic agitur, longe differentes, Nam eæ non in statu, aut fine Morbi, corru-

ruptis videlicet, depravatisque humoribus, sed in augmento erumpebant, extabantque ad Morbi usque solutionem, nec aliis nisi in fœminis [ *in prima quidem constitutione, non autem in postrema, ut §.* 397. ] superveniebant. Neque demum ex eo, quod Mulieres illæ omnes evadebant, inferre licet, *Miliarem Morbum*, qui sæpe lethiferus est, non fuisse; nam exempla non desunt *Miliaris Morbi primarii*, sive essentialis, natura *benigni*, & bonum exitum habentis [ *confer. ibid.* ]: non secus ac Variolis benignis obtingit, ut deinceps clarius apparebit ". [ *Not. pro Aetio* ] „ Tetrablibl.2. Sect. 1. Cap. 120. ". [ *Not. pro aliis* ] „ *Galen.* de Atrabile Cap. IV. *Avicenn.* lib. IV. Fen. I. Tract. IV. c. 2., *Montan.* Conf. Med. Cent. 2. p. 598., *Petr. Sal. Divers.* de Febr. pestilent. c. 18. *River.* Prax. Med. lib. XVII. Sect. 3. c. I. obs. 22. cent. I. *Diemerbr.* de Pest. Histor. 22. & 100., *Roboretus* de Febr. peticular. p. 180. *Petrus a Castro* de Febr. Malign. punctic. §. VII., *Paulus Neucrantzius* de Purpura, *Lubecæ* 1648., in qua urbe observavit Morbum hunc *epidemicum* & malignum, tribus aut quatuor annis antequam *Welschius* eum *Lipsiæ* videret &c. ". [ *Not. pro non paucis aliis* ] „ *Molinar.*, *Planconius*, *Gastellerius* &c. Sed jam ab anno 1741. *Gottingæ* prodiit *Differt. Jo. C. Lud. Seipii* de Purpura, antiquo Morbo ". *Hic vero accurate adnotandum venit, hos præclarissimos Scriptores, qui* Miliaris Pestis *antiquitatem invexerunt, damnum potius quam emolumentum Medicorum, & Hominum Reipublicæ attulisse; quia obtecta sub vetustatis nomine hujus luis longe ab* Europa *exotica origine, in ejus construenda* Pathologia, *circa* Sporadicas *&* Constitutionales *causas Europæis Nationibus incumbentes, haud vero circa alienigenum* Miasma *improbos exegerunt labores; unde ferales inter ipsos disceptationes* ( *a* ) sporadica miliaria, *Celso* sudamina, *cum* epidemicis miliaribus *confundentes*; *& ipse* Burserius *rejectis de ejus efficiente Causa adhuc illustrium Medicorum opinionibus* (*b*), *de ipsius* Miasmate, *quod contagiosum decre-*

 *vit*,

(*a*) Ibid. §. CCCLXXXII. cum not. fere ad §. CCCLIX. p. 134. ad 152.
(*b*) Ibid. a §. CCCCXXII. ad CCCCXXVII. p. 212. seqq.

*vit*, *hæc loquutus est* (*a*) : „ Miasma hujusmodi, quamquam unanimi ferme consensione recognoscant, & probent laudati Scriptores; undenam tamen adveniat, aut silentio prætereunt, aut non satis explanant. Disquirendum ergo restat, *sponte ne in nobis ipsis gignatur*, *an vero alibi natum in nos extrinsecus irrepat*? Ardua sane, & difficilis indagatio! cui me omnino imparem fateor. Attamen, si aliquis conjecturæ locus datur, *utrumque non absurdum crediderim*. Quum enim loca, in quibus *endemice* regnat *Miliaris Morbus*, aquis stagnantibus, cœnosoque solo circumcingantur, ideoque in Aere multiplici effluviorum, exhalationumque genere scatente perpetuo quasi innatent, cur non ex his noxiis emanationibus *Miasma* illud derivetur? (*Confer. nostrum opus* §. 40. 41. 42., *&* *Addit. IV. num.* 10.) . . . Nihil tamen obstat, quominus *in nobis ipsis tales causæ oriri possint*, quæ primarum viarum sordes, succos, & præsertim bilem, reliquosque etiam humores sic pervertant, depraventque, ut *Miasmatis Miliaris naturam omnino acquirant*, morbumque Miliarem in primis sporadicum procreent, plus minus per emissa seminaria, venenatosque halitus *cum sanis* facile communicandum ". (*Confer. nostrum opus ibid.*); *Interim subdit* (*b*) : „ Quum æstas, *inquit Allionius*, anni 1733. fuisset præcalida & sicca; idemque autumnus, & hyems etiam præter morem tepida extitisset, anno 1734. *Augustam Taurinorum*, *&* *pene totum Pedemontium* affecit *vehementissima Epidemia Miliarium*, *&* *Peticularum*. Eamdem temporis constitutionem eo anno Gentibus in *celsissimo Alpium Bavariæ jugo* viventibus *invisam adhuc Miliarem Febrem* attulisse narrat *Joseph Grunwald*". *Nullane ad annum* 1734. *anteactis temporibus æstas præcalida & sicca hasce Alpinas Gentes incesserat*, *quæ ipsis* invisam *Miliarem Febrim afferre potuisset? Sed a laudatis Auctoribus probata Miliaris Febris antiquitas humanæ Reipublicæ damno fuisset*, *quia ab ipsius in Europam irruptionis* no-

(*a*) Ibid. §. CCCCXXIX. p. 224. seqq.
(*b*) Ibid. §. CCCCXXX. p. 227. seq.

*novitate ejus exoticæ originis , opportunam ipsius extinctionem includentis , clare arguendæ facultatem posteris Medicis præripuerat . Confer. nostrum Opus Addit. IV. num.* 10. *&* 11. *Ab hactenus igitur per laudatos nuperrimos Medicinæ Scriptores vulgata* Rubeolæ , *sive malunt* , Purpuræ , Scarlatinæ , Erysipelatosæ *vel* Miliaris Febris ( *quum hæc diversas tantum species unius ejusdemque Pestis constituant* ) *adhuc vetusta Æthiologia nullum in Rempublicam profluxit emolumentum*.

6. *Sed neque idipsum animadversum comperimus ab accurato nostri Operis Æstimatore , qui* nihil integre novi *in eodem contineri judicavit* . Rubeolosam *enim Pestim , eamdem ac Morbillosam arbitratus* [ *Addit.VIII. num.*8. ] *de* Scarlatina *equidem hæc tantum scripsit* (*a*) : „ Febris hæc est satis valida , & intense æstuans , quæ modo citius , modo serius *maculas* in cute gignit , parum *elatas* , plerumque in unam paullatim continuatas , a quarum eruptione sensim recedunt symptomata = *Contagiosa* & hæc Febris est , licet raro medicam opem postulet . Altero namque , vel tertio die evanescentes *maculæ* sedes , quas tenuere , squamulis tectas veluti furfure aspersas relinquunt . *Morbillosæ* haud dissimilis idem , ac illa regimen requiret . Est hæc autem longe levior , quam *Morbillosa* . = Et huic *aliquando* malignitatis notas accessisse Medici viderunt , & *funestæ Scarlatinæ* Febris exempla omnino obvia apud Auctores sunt. His autem *anterius dicta de Malignitate Febrium Eruptivarum* omnino conveniunt " . *De* Erysipelatosa *præ reliquis paucis hæc* (*b*) : „ Erysipelatis autem conditio Febris conditionem declarat : illius enim , & hujus vehementia *ab eadem causa* pendet . = Quippe biliosam inflammationem dixerunt Erysipelas Antiquiores , observatione potius , quam symptomatum adparentia ducti : phases enim inflammationis adprime respondent *phasibus biliosarum sordium* , *abdomine contentarum* , & harum expulsio Febrim simul , & inflammationem le-

(*a*) Instit. Medic. Partis Posterioris &c. Lib. II. §. 755. ad 757. p. 215.
(*b*) Ibid. §. 762. 763. p. 216. 217.

levat ". *De* Febre Miliari *articulum non aperuit*, *sed in calce de* Eryſipelatoſa *ſequentem appoſuit* notam (*a*): „ Febrim omiſimus *Exanthemata Miliaria* vulgo dicta ferentem, quod eam *nunquam vidimus*; nec de ipſa alia potuiſſemus proferre, quam quæ ab Auctoribus mutuaremur, a quibus opportunius illa haurietis: ſic eam aliquando *videntes noſcetis*, num vere contenderit Ill. *Haenius Miliaria* non naturæ opus eſſe, ſed ab arte procurari perverſa regiminis methodo: & num *Miliaris Febris reipſa detur*, *uti plerifque viſum*, quos inter adeatis eruditiſſimi *Trilleri* Opuſcula Miſcellanea (*Si probus hic Judex Hippocratis obſervationem* (§.389.) *perſpectam habuiſſet*, *hoc certe dirimiſſet Problema*). Hic tantum hortor vos, ut praxim exercentes, ſedula obſervatione diſcere ſatagatis, num forte *eruptiones quæcunque* in *Febribus accidentes*, non ſecus ac *Eryſipelas*, cauſæ Febrium *ſymptomata* ſint, & venenorum in cute decumbentium *communis ſint origo ſtabulantia in Abdomine*, *ne Varioloſo quidem*, *& Morbilloſo exceptis*. Satis enim patet, uti dictum anterius fuit, *mirum illud intercedens cutim inter*, & *abdomen commercium* (180. 520.). Aliunde inſuper moris ſummam ſimilitudinem eruptionum in Febribus accidentium, rebus bene perſpectis, quiſquis facile videbit. Cæterum earum conditionum, quibus ſe inter differre videntur *eruptiones*, num aliquam rationem invenire nequiremus in varietatibus, ægre ad certum numerum reducendis, quæ *putredinem* diſtingunt, quæque pendere poſſunt ab innumeris *ſubſtantiarum*, quæ *putreſcunt*, *cauſarum putredinem excitantium &c.* differentiis? Quodnam enim praxis *incrementum inde* ſperandum eſſet *facile* videtis ".

7. *Nulli igitur dubitamus*, *quin ingenui veritatis Aſſertores in hoc noſtro* Rubeoloſæ Peſtis *commentariolo aliquid integre novum comperiri concedent*.

*Ad-*

(*b*) Ibid. not. ad §. 771. p. 218. ſeqq.

*Additio duodecima extemporalis.*

*Hæc dum prælo urgebantur, fortuito in nostras venit manus* Delectus Opusculorum Medicorum *&c. ab Ill.* Jo.Petro Franc M.D.Facultatis Medicæ per Insubriam Austriac. & Nosocomii Ticinensis Directore *&c. &c. collectorum; quæ inter Ill.* Jo: Gabrielis Zimmermannii Russo-Moscoviensis *extat* Dissertatio *de Scarlatina in annis 1775. & 1776. Epidemica, plurima continens, quæ nostrum qualemcumqne super eam laborem, nedum illustrare, sed & firmiter stabilire certe valent; unde ea prætermittere incongruum putavimus.* „ Quod si certam (*sic exorditur Cel.Zimmermannius* (*a*)) atque indubitatam cujuslibet morbi *historiam* haberemus, haud leve commodum Medicinæ accederet; siquidem non modo ægritudinum *genera* atque *species*. inde facillime innotescerent, verum etiam convenientissima cuilibet Morbo curandi *Methodus* stabiliri posset. Est enim in *Arte Medica dolendum* maxime, quod *idem sæpius Morbus* a diversis Auctoribus sub diverso, & diversi sæpe sub eodem pertractentur *nomine*, quo, si quis junior Medicus de Morbo Auctores consulere statuit (quis enim per vitam omnium Morborum propriam habeat experientiam?) quo illum inveniat, vel inutilem impendit operam, vel nomine deceptus inconvenientem adhibet *therapiam* . . . Ut nostrum quomodocumque conferamus modulum, *Scarlatinæ* in annis 75. & 76. apud nostros grassantis, historiam publico tradere statuimus. ... *Pag.* 255. Initium Januarii anni septuagesimi quinti . . . Morbi hujus mensis Synochæ biliosæ, & dolores vagi fuere. = Aura per Februarium . . . . Plures hoc mense rheumatismi vexabantur . . . *Pag.* 256. Tempestate prima Martii . . . Plures Synochis rheumaticis afficiuntur . . . Plurimi infantes catarrho & coryza vexantur . . . Circa vigesimam quintam Febres Tertianæ in viciniis frequentius occurrunt . . . A fine Martii ad quintam Aprilis . . . *p.* 257. . . . Plurimi raucedine, Catarrhis, Febribus Intermittentibus tertianis, amphimerinis, doloribus & arthriticis & rheumaticis vagis afficiuntur . . . Gratissima per totum Majum fuit tempestas . . .

Sy-

(*a*) Delect. Opusc. Medic. &c. p. 253. 254. Edit. Ticini 1786.

Synochæ, biliosæ, & pleuriticæ; diarrhœis fœtidis & sudoribus judicatæ grassantur. = Junius perquam calidus . . . Nulli nostris novi morbi, ast *Mannhemii Variolæ pessimæ*, Cynanches & *Scarlatinæ cynanchosæ*, infantibus sat periculosæ, sunt epidemica. = Initio Julii . . . *p.*258. . . . *Mannhemii* variolæ malignæ, & Febris *Scarlatina* infantibus sat periculosa sunt; nostros quoque hoc mense *Scarlatina mitior*, vix medela indigens, invadit. = A prima Augusti... Febris *Petechialis* sat ferox in villis quibusdam vicinis, *pauci tantum in Urbe hac* corripiuntur; ast eo plures tussi, coryza, diarrhœa, cholera leviore molestantur, *Variolæ* quoque *hinc inde* occurrunt, mitiores quoque *Scarlatinæ* plures invadunt infantes. = Calor præteriti mensis ad decimam Septembris in eodem vigore duravit . . . *p.*259.. Febres intermittentes, choleræ, *variolæ* benignæ observantur, versus medium quoque mensis *Scarlatina exasperari*, & *Angina* jungi incipit. = Cum octobri auræ serenitas rediit... *Scarlatina cynanches* frequentissima, *Variolæ* confluentes, Synochi catarrhales, dolores rheumatici . . . = Humidissima per Novembrem fuit tempestas. . . , *Variolæ* adhuc perniciosæ, circa finem mensis. *Scarlatina* mitescere videtur. = Frigida admodum maxima pars Decembris fuit . . . *p.*260. . . Adhuc *Variolæ* mali moris; *Scarlatina* adhuc frequens, ast *absque Angina*, a vigesima Synochi catarrhales, rheumaticæ, Pleuritides, coryzæ, tusses. = Duravit *epidemia Scarlatinæ* ad Majum insequentis anni, *rarior ab initio & in fine*, frequentissima in epidemiæ vigore, uti & gravissima fuit: omni hoc tempore Synochæ biliosæ, pleuriticæ, rheumaticæ, catarrhi, & coryzæ, *grassabantur*. *Morbilli Mannhemio* huc mense Martio versi, Aprili & Majo *gravissime* sæviunt. = Calidam præ aliis hic annus tempericm habuit . . . *pag.* 261. . . . *Scarlatinæ* Epidemia *Mannhemii* initium cœpit, & nobis procul dubio per ventos occidentales translata est. Summo licet æstatis calore ad nos venerit, quo *Mannhemii* admodum periculosa fuit, haud prius tamen sub perniciosa indole se nobis manifestavit; at quum atmosphæræ calorem medio Septembris humida apricaque tem-

tempestas exceperit ; eadem vehementia ad finem Novembris Morbus ille *grassatus* est, quo frigore superveniente, Morbus mitior quidem apparuit, neque tamen ante finem Aprilis insequentis anni desiit. = His jam præmissis *Febris Scarlatinæ*, quæ nostros infestavit, *historiam* subjiciamus &c. &c. *p.* 265. . . An Veteres *Scarlatinam* noverint non disputabimus: Morbos illis eum efflorescentiis cognitos fuisse, quod *Exanthematum*, *Erythematum*, *Papularum* in Febribus passim mentionem faciant, extra dubium videtur. Ast *Scarlatinam* ante sæculum decimum sextum fuisse scriptis tractatam, vix videtur... *p.* 266. Primus, qui Febrim illam observasse atque posteris consignasse videtur, *Ingrassias* est, (*Confer.*§.390.) qui illius, in libro de *Tumoribus* sub nomine *Rossaliæ* meminit ". (*Ab hac pagina ad* 289. *principes Medicos, qui de hac Peste scripserunt, recenset, nonnullorum ejus descriptionibus exscriptis ; dein p.* 290. *seq. hæc adjicit*: „ Discrepantem admodum *Scarlatinam* esse jam ex superioribus apparet, quare neque unam eamdemque curam omni Scarlatinæ adhiberi posse facile intelligitur. Quammaxime ergo refert *Scarlatinæ Species* novisse, quarum quasdam ex supra allatis observationibus formare liceat. = Pro charactere generico nobis erunt: *Cutis ab initio arida*; *Calor siccus*; *Febris*; *anxietas*; *inquietudo*; *efflorescentiæ latæ maculosæ scarlatini coloris*; *in judicio epidermidis desquamatio*, *facilis*; *neglecta perspiratione*, *in leucophlegmatiam transitus*. = *Species* I. Scarlatina benigna *Sydenhamii*: Febris ephemera vel synocha simplex; tertia die efflorescentia maculosa coloris cocti cancri; septima epidermidis desquamatio. = *Species II.* Scarlatina Cynanches, Scarlatina inflammatoria: Tumor & rubor tonsillarum atque dolor lancinans, nisi resolutio, abscessus; rutilæ fauces; pulsus frequens; calor urens; urina saturata; judicium sudore & urinis turbidis. = *Species III.* Scarlatina catarrhosa *Berolinensium* anni 1717.. Nausea; vomitus; oppletio pectoris; tussis; in judicio apthæ tonsillarum. = *Species IV.* Scarlatina putrida *Huxhamii*: Aliqua tussis; raucedo; vomitus; fauces aphthis tumidæ; lingua impura lutea; gravis fœtor oris; subitanea vi-

virium proſtratio; animi dejectio; pulſus parvus, celer, tremulus; urina pallida tenuis, cruda; delirium; pervigilium; effluxus humoris acerrimi, & fœtidiſſimi ex ore, naribus, & auribus; judicium ſudoribus, urina turbida. = *Species V.* Scarlatina gangrænoſa *Navier*: Pulſus parvus celer; ſumma laſſitudo; faucium ardor; tonſillarum tumor, excoriatio; reſpiratio difficilis ſuſpirioſa; maculæ ſcarlatinæ inconſtantes; expiratio urens; facilis faucium gangræna. = *Species VI.* Scarlatina anginoſa miliaris *Bruningii*: Pulſus durus, frequens; ſitis eximia; urina flammea; lingua ſordida; gravis faucium inflammatio; quarta die tonſillarum abſceſſus cum exacerbatione nocturna; quinta, auctis anxietate, & inquietudine, oculis ſcintillantibus, intermittente pulſu, horripilatione, eruptio miliaris alba; judicium per hæmorragiam narium, diarrhœam, ulcera modo purulenta, modo ſanioſa per totum corpus. = *Species VII.* Scarlatina bilioſa *Witheringii*: Pulſus parvus, debilis, celer; urina pauca naturali ſimilis; lingua humida flaveſcente obducta muco; dolor faucium; aphthæ; nauſea; vomitus ſpontaneus bilioſus cum levamine; in judicio ſæpius parotides abſcedentes. = *Species VIII.* Scarlatina cauſodes *Witheringii*: Pulſus parvus, debilis, celer; ſumma virium dejectio; delirium mox ab inſultu; calor urens ſiccus; os aridum; lingua aſpera, fuſca, ſicca; labia nigra, fixa; anorexia; oculi rutili, caliginoſi, retracti; efflorescentia ſcarlatina fuſca; vix notabiliter dolent fauces; accedente diarrhœa, quarta mors. = *Species IX.* Scarlatina petechialis *Witheringii*: Pulſus celerrimus, irregularis; ſumma virium motricium debilitas; efflorescentia ſcarlatina mox prima die, aſt maculoſa, lata, diſcreta, variabilis; ſtigmata rotunda exilia, livida in pectore, cubitis & cruribus, ſæpe cum ſumma anxietate, & inquietudine ſupervenientia; crebra ſuſpiria; ſitis; effluxus liquidi, ore retenti, involuntarius; ſtupor; pauciſſimi evadunt ". *Ingraſſiæ itaque* Rubeola, *diverſæque* Scarlatinæ *ac* Miliarium *ſpecies* (*hic a ſpec.I. ad IX.*) *ex Cel.* Zimmermannio *unam eamdemque conſtituunt Peſtim. III. Auctor de bujus Peſtis efficiente cauſa, Atmoſphæræ condi-*
*tio-*

*tionem ad eam aliquid conferre extra dubium asserit pag.* 302., *subditque* : „ Neque tamen ad aeris inclementiam solum referri poterit, quod ad nos, ut superius apparet, fervidissimo cœlo pervenit, atque quum sub eadem aeris constitutione vicina loca simul non aggrediatur, quis Scarlatinam Aeri solum tribuat ? “. *Admittit igitur Miasma huic Lui excitandæ proprium, de quo p.* 304. *sic fatur* : „ Nolumus peculiarem illius *Miasmatis* indolem, spissa adhuc obscuritate tectam, curiosius disquirere. Peculiaris tamen indolis esse, propriamque habere naturam videtur, quippe proprium *Scarlatina* Morbum sistit ; neque ab infectione, quod ab Cl. *Plenciz* quoque notatum, unquam alius inducitur Morbus. *Contagiosum* quoque est: raro enim, si quis infans in domo quadam decubuit, reliqui, si qui adsint, non afficiuntur “. *Hactenus ex Præclarissimo* Zimmermannio. *Unum a Peritioribus præ cæteris animadvertant enixe rogamus, Scarlatinæ nimirum grassationi Variolarum excursionem præcessisse, simul & Morbillosam supervenisse ; & quidem ad summam inter hasce Pestilitates affinitatem facilius arguendam, illiusque exoticam originem hucusque incompertam definiendam.*

## ΤΜΗΜΑ ΕΒΔΟΜΟΝ.

Βῆχες ἤρξαντο περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινὰς, ἢ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ἢ εἰκοστῇ ἡμέρῃ, ἐκ μεταβολῆς πυκνῆς νοτίων καὶ βορείων. καὶ χιονωδέων. ἐκ τούτων τὰ μὲν βραχύτερα, τὰ δὲ μακρότερα ἐγίνετο. καὶ περιπλευμονικὰ συχνὰ μετὰ ταῦτα. πρὸ ἰσημερίης αὖθις ὑπέστρεφε τοὺς πλείους ὡς ἐπιτοπολὺ τεσσαρακοσταίους ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. καὶ τοῖσι μετὰ βραχέα πάνυ καὶ εὔκριτα ἐγίνετο· τοῖσι δὲ φάρυγγες ἐφλέγμηναν· τοῖσι δὲ κυνάγχαι· τοῖσι δὲ παραπληγικά· τοῖσι δὲ νυκτάλωπες, μᾶλλον δὲ παιδίοισι. περιπλευμονικὰ δὲ πάνυ βραχέα ἐγένετο. Φάρυγγες δὲ βήξασι τὸ ὕστερον, ἢ πάνυ βραχὺ ἀντὶ τῆς βηχὸς ἐγίνοντο Φάρυγγες δὲ βραχέαι· μᾶλλον δὲ νυκτάλωπες. κυνάγχαι δὲ καὶ παραπληγικὰ, ἢ σκληρὰ καὶ ξηρὰ, ἢ σμικρὰ καὶ ὀλιγάκις ἀνάγουσαι πέπονα· ἔστι δ' οἷσι καὶ κάρτα.

οἱ μὲν οὖν ἢ φωνῆσι πλέον ταλαιπωρήσαντες, ἢ ῥιγώσαντες, ἐς κυνάγχας μᾶλλον ἐτελεύτων. οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες, ἐς χεῖρας μόνον παραπληγικοί. οἱ δ᾽ ἱππεύσαντες ἢ πλείω ὁδοιπορήσαντες, ἢ ἄλλό τι τοῖσι σκέλεσι ταλαιπωρήσαντες, τουτέοισι ἐς ὀσφὺν ἢ σκέλεα ἀκρασίαι παραπληγικαὶ, καὶ ἐς μηροὺς καὶ κνήμας κόπος καὶ πόνος. σκληρόταται δὲ καὶ βιαιόταται, αἱ ἐς τὰ παραπληγικὰ ἄγουσαι. πάντα δὲ ταῦτα ἐπὶ τῇσιν ὑποστροφῇσιν ἐγένετο, ἐν ἀρχῇσι δὲ οὐ μάλα. πολλοῖσι δὲ τούτων ἀνῆκαν μὲν αἱ βῆχες ἐν τῷ μέσῳ, ἐξέλιπον δὲ τελέως οὔ, ἀλλὰ ξυνῆσαν τῇ ὑποστροφῇ. οἷσι φωναὶ ἀπεῤῥήγνυντο ἐς τὸ βηχῶδες, τούτων οἱ πλεῖστοι οὐδὲ ἐπυρέτανιον, οἱ δέ τινες βραχέα· ἀτὰρ οὐδὲ περιπλευμονικὰ ἐγίνετο τούτων οὐδενὶ, οὐδὲ παραπληγικὰ, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ἐσημάνθη, ἀλλ᾽ ἐν τῇ φωνῇ μόνῃ ἐκρίνετο. τὰ δὲ νυκταλωπικὰ ἱδρύετο, ὡς καὶ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων γινόμενα. ἐγίνετο δὲ νυκταλωπικὰ τοῖσι παιδίοισι μάλιστα. ὀμμάτων δὲ τὰ μέλανα ὑποποίκιλα, ὅσα τὰς μὲν κόρας σμικρὰς ἔχει. τὸ δὲ ξύμπαν μέλανα ὡς ἐπιτοπουλύ. μεγαλόφθαλμοι δὲ μᾶλλον, καὶ οὐ σμικρόφθαλμοι, καὶ ἰθύτριχες οἱ πλεῖστοι καὶ μελανότριχες. Γυναῖκες δὲ οὐχ ὁμοίως ἐπόνησαν ἀπὸ τῆς βηχὸς, ἀλλ᾽ ὀλίγαι τὲ ἐπυρέτηναν. καὶ τούτων πάνυ ὀλίγαι ἐς τὸ περιπλευμονικὸν ἦλθον, καὶ αὗται πρεσβύτεραι καὶ πᾶσαι περιεγένοντο. ᾐτιώμην καὶ τοῦτο, καὶ τὸ μὲν ἐξίεναι ὁμοίως ἀνδράσι, καὶ ὅτι οὐδαμῶς ὁμοίως ἀνδράσιν ἁλίσκονται. κυνάγχαι δὲ ἐγίνοντο μὲν καὶ ἐλευθέρῃσι δισσῇσι. καὶ αὗται τοῦ εὐηθεστάτου τρόπου. περισσοτέρως δὲ δούλῃσι ὅσῃσί τε ἐγίνοντο βιαιόταται, καὶ ταχύταται ἀπώλλυντο. ἀνδράσι δὲ πολλοῖσιν ἐγίνοντο, καὶ οἱ μὲν διέφυγον, οἱ δὲ ἀπώλλυντο. τὸ δὲ ξύμπαν, οἱ μὲν δυνάμενοι καταπίνειν μοῦνον, πάνυ εὐήθη καὶ εὔφορα· οἱ δὲ καὶ διαλεγόμενοι πρὸς τούτοισιν ἀσαφέως, καὶ ὀχλωδέστερα καὶ χρονιώτερα. οἷσι δὲ καὶ φλέβες αἱ περὶ κρόταφον καὶ αὐχένα ἐπαίροντο, ὑποπόνηρα. οἷσι δὲ καὶ πνεῦμα ξυνεμετεωρίζετο, κάκιστον. οὗτοι γὰρ καὶ ἐπεχλιαίνοντο. ὡς γὰρ γέγραπται, οὕτως αἱ ξυγκληρίαι τῶν παθημάτων ἦσαν. τὰ μὲν πρῶτα γεγραμμένα, καὶ ἄνευ τῶν ὑστέρων γεγραμμένων ἐγίνετο· τὰ δ᾽ ὕστερον οὐκ ἄνευ τῶν προτέρων. τάχιστα ἔθνησκον, ὅτ᾽ ἐπεῤῥιγώσειαν πυρετώδει ῥίγει. τούτους οὔτε ἀνασάσει πιεζομένους οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφέλει, οὔτε γαστρὸς ταραχὴ, οὔτε φλεβοτομίη, ὅσα ἐπειράθην. ἔταμον

μον

μον δὲ καὶ ὑπὸ γλῶσσαν. οὓς δὲ καὶ ἄνω ἐφαρμάκευσα. ταῦτα μὲν οὖν καὶ διὰ παντὸς ἐν τῷ θέρει. ὡς δὲ καὶ τὰ ἐπιῤῥηγνύμενα πάμπολλα. πρῶτον μὲν ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσιν ὀφθαλμίαι ἐπεδήμησαν ὀδυνώδεες... Ἐν Περίνθῳ ἦρος οἱ πλεῖστοι (ἔφθινον.) ξυναίτιον βὴξ χειμερινὴ ἐπιδημήσασα, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα χρόνια· καὶ γὰρ τοῖσιν ἐν δοιαστοῖσιν ἐξεβαίωσαν.

## Sectio Septima.

### §. 398.

„ *Tusses cœperunt circa solstitia hyberna, decimaquinta aut vigesima die, ex frequenti australium & aquilonarium ac nivosorum transmutatione. Ex his aliæ breviores, aliæ diuturniores fiebant, & post has multæ peripneumonicæ affectiones. Ante æquinoctium rursus plerisque revertebantur, quadragesima ut plurimum ab initio die: & aliquibus sane valde breves ac judicatu faciles erant, aliquibus autem Fauces inflammatæ sunt, quibusdam Anginæ obortæ: quibusdam leves syderationes, aliis nyctalopes, atque hi magis pueris. Verum peripneumonicæ affectiones valde breves erant. Faucium vero inflammationes post tussim, aut omnino parum pro tussi fiebant; atque hæ breves, magis autem nyctalopes. Anginæ vero & leves syderationes, aut duræ & siccæ, aut parvæ & raro matura educentes: quibusdam vero etiam valde. Qui igitur aut vocibus amplius se fatigarunt, aut riguerunt, in Anginas magis desierunt. Qui vero manibus laborarunt, manibus tantum syderati ac resoluti sunt. Qui vero equitaverunt, aut amplius iter fecerunt, aut alios labores cruribus perfecerunt, his ad lumbos aut crura impotentiæ resolutoriæ obortæ sunt, & ad femora ac tibias lassitudo ac dolor. Durissimæ autem & violentissimæ tusses erant, quæ ad levem syderationem ac resolutionem perducebant. Verum omnia hæc in recidivis fiebant. In principiis vero non ita valde. Plerisque autem horum tusses in medio remiserunt, sed perfecte non defecerunt, verum cum recidiva affuerunt. Quibus voces frangebantur ad tussim, horum plurimi ne febricitarunt quidem: quidam vero parum. Sed neque peripneu-*

*mo-*

*monicæ affectiones ulli horum fiebant, neque leves syderationes, neque ullus alius Morbus de se significationem præbuit, sed in sola voce judicabantur. At vero nyctalopicæ affectiones firmabantur, ut quæ etiam ex aliis causis fiebant. Fiebant autem pueris maxime. Oculorum autem nigræ partes aliquantum variegabantur, quæ pupillas parvas habebant. In summa oculus niger ut plurimum erat. Et magnos magis quam parvos oculos habebant, & plurimi rectos capillos ac nigros. Cæterum mulieres non similiter a tussi afflictæ sunt. Verum paucæ febricitarunt; & ex his valde paucæ ad peripneumonicam affectionem devenerunt, atque hæ seniores, & omnes superstites evaserunt. Causabar autem hoc fieri, eo quod non similiter velut viri prodirent, & quod nequaquam similiter viri morbis corripiuntur. At Anginæ liberis duabus oboriebantur, atque hæ mansuetissimi moris erant: abundantius autem Famulas corripiebant, quibus & violentissimæ fiebant, ipsasque celerrime perimebant. Viris vero multis fiebant, qui partim evaserunt, partim perierunt. In summa, qui solum deglutire non poterant, his valde mites ac toleratu faciles erant. Qui vero etiam insuper obscure loquebantur, his molestiores ac diuturniores. Quibus vero etiam venæ circa tempora & cervicem attollebantur, his aliquantum malæ erant. Pessima vero his, quibus & spiritus sublimis coelevabatur. Hi enim etiam incalescebant. Nam sicut scriptum est, ita consortia affectionum habebant. Et quæ quidem primum scripta sunt, etiam sine posterioribus fiebant: quæ vero posterius, non sine prioribus. Celerrime autem moriebantur, ubi febrili rigore insuper riguissent. His ita pressis nihil memorabile proderat; non ventris turbatio, non venæ sectio, neque quæcunque alia tentavi. Secui etiam venam sub lingua: quosdam & sursum purgavi. Hæc igitur omnino in æstate fiebant, sicut etiam eruptiones omnino multæ, & potissimum in siccitatibus lippitudines dolorosæ populariter grassabantur... In Perintho vere plurimi ægrotarunt. Simul causa fuit tussis per hyemem populariter vagata, & aliis quicunque diuturni sunt Morbi. Nam & in ambiguis confirmati sunt* ". Hippocrates

res Popular. VI. Sect. VII. a pag. 814. ad 818.

§.399. *Tusses cæperunt circa solstitia hyberna &c.* ] Quanam in Civitate hæc contigerint, ex *Hippocratis* textu non liquet. Si conjecturæ hìc aliquis daretur locus, a veritate longe non abluderemus, autumantes, Morbos ab *Hippocrate* superius (§.398.) enarratos *Perintho* incubuisse. Sub horum enim descriptione, interpositis quibusdam generalibus effatis, adjecit: „ *In Perintho vere plurimi ægrotarunt. Simul Causa fuit tussis per hyemem populariter vagata* &c.; sicuti & ex jam proposita (§.378.) apud *Perinthios* epidemicorum Morborum grassatione clare deducitur (§. 379.), *Hippocratem* ultra annum ibi commorasse. Quicquid sit: qui populares hìc describuntur Morbi, si Epidemici fuerint, *Variolas*, aut *Morbillos*, aut *Rubeolam* consequi debuerunt, quum Consectarii, non autem principes *Epidemici* extiterint. Id ipsum evincere videntur *Hippocratis* verba in hoc textu sic scripta: „ *Verum omnia hæc in recidivis fiebant: in principiis vero non ita valde* "; Et: „ *Nam sicut scriptum est, ita consortia affectionum habebant. Et quæ quidem primum scripta sunt, etiam sine posterioribus fiebant: quæ vero posterius, non sine prioribus* ": quæ quidem ad genericum *Epidemicum* relativa conspiciuntur. Quid? quod & hi Morbi *exanthematicis* affectibus haud fuerint destituti: subdit enim *Hippocrates*: „ *Hæc igitur omnino in æstate fiebant, sicut etiam eruptiones omnino multæ?* ". In multis equidem mutila sese demonstrat horum Morborum historia; unde haud abs re erit credere, eam vel a *Thessalo*, *Hippocratis* Filio (§.319.), vel ab alio, qui illius de *Epidemicis* Morbis Commentaria, sparsim in tabellis membranisque adnotata, collegit, a principali pestifero Morbo excisam fuisse atque divulsam.

§. 400. *Tusses cæperunt circa solstitia hyberna . . . ex frequenti australium & aquilonarium ac nivosorum transmutatione.* ]. *Pancoinas*, sive *Constitutionales* has tusses siquis velit, a nemine refutari poterit, quum ipse Hippocrates aptissimam ad illas gignendas apposuerit causam, magnam nimirum a calido in frigidum temporis transmutationem, *Constitutionalium* Morborum (§. 27. 28.) procreatricem; cui tri-

tribui adhuc poterunt Anginæ, peripneumonicæ, ac paraplegicæ affectiones, atque nyctalopieæ in textu enumeratæ. At ad evincendum, allatos Morbos fuisse *Epidemicos*, non parvi est momenti, quod mutata temporis constitutione, grassari non destiterint ( *ibid.* ), sed *omnino in æstate fiebant*; quod binas liberas, plurimasque famulas, utut in publicum non prodeuntes, at ægrotis certe ministrantes, arripuerint; quod *potissimum in siccitatibus Lippitudines dolorosæ populariter grassabantur*, & quod demum *in Perintho per hyemem tussis populariter grassata sit*. Si qui vero has tusses perfracte *Pancoinas* contenderint, haud certe denegent & cum his *Epidemicas* simul intercurrisse, hasque *Hippocrati* fuisse perspectas non solum hic, sed vel sub *Sacrorum Ignium* grassatione; aperte enim ( §. 266. ) nedum de Tussi Tabem comitante, sed de solivaga discurrente loquutus est: „ *Tusses autem aderant quidem perpetuo multæ &c.* ".

*Epidemicæ Tusses Variolarum, Morbillorum, ac Rubeolarum Consectariæ Hippocrati notæ fuerunt; & Europæ haud prius innotuere, quam longe lateque per ipsam diffusis tribus hisce earum matricibus Pestilitatibus; & quidem* Italis Mal del Montone, Gallis Coqueluche, *appellatæ*.

*Analogia quinquagesimaprima.*

§. 401. *Tusses cœperunt circa solstitia hyberna &c.* ] Variolarum, vel Morbillorum, an potius Rubeolarum hæ tusses *epidemicæ* fuerint progenies, judicent Accuratiores. Quævis equidem ex illis Pestis, aliarum Pestilitatum fœcunda matrix existit, & *Tabes*, *Ophthalmias*, *Anasarcas*, *Anginosas affectiones*, *Dysenterias*, *Febres Ardentes*, *malique moris Intermittentes*, *Tusses*, & id genus alios Morbos nutrit *consectarios*. *Hippocratis* Monumentis illata vulnera, turpesque cicatrices id clare nos inspicere non sinunt. Variolas fere semper Tussim *epidemicam* post se relinquere, quæ sequuntur

tur observationes demonstrare videntur. Egregius *Ballonius* post autumnum anni 1577. *exanthematibus puerilibus post hominum memoriam funestissimum*, de violenta Tussi, quæ proximo anno 1578. populariter grassata est, præ reliquis sequentia scripsit (*a*): „ *Medici, qui popularis Morbi sævitiam considerabant, eos affectus ei consimiles arbitrabantur, quem olim* Coqueluche *vocitabant; saltem magna erat affinitas: Nullis cedebant remediis tusses; Ophthalmiæ sævissimæ* (§. 398. ); *dentium dolores; ardoris sensus in capite maximus; dolores lateris maxime sinistri* (ibid. ): *nam pro quatuor ægrotis pleuriticis* (ibid. ), *quibus latus dextrum affligebatur, quindecim aut plures latus sinistrum dolebant. Multis gingivarum inflammationes contigere, & Faucium dolores* (ibid. ). *Denique & Tusses istæ inanes valde laboriosæ* (ibid. ), *& Ophthalmiæ, & Laterum dolores populariter grassabantur: & pauci admodum fuerunt, quibus aut dolor capitis, aut coryza, aut colli & cervicis dolor, aut aliquid simile contigerit. Et quod mirum fuit, qui humor per nares excernebatur, licet frigidus sentiretur, tamen exurebat & ulcerabat partes, per quas fluebat, unde dolor intolerabilis* ". Et inferius subjicit (*b*): „ *Sub finem æstatis iidem fere Morbi, qui & antea viguerunt. Æstas flagrans & æstuosa fuit. Pueros quadrimestres, decimestres, & paulo adultiores Febres adorsæ sunt* (ibid. ), *quæ innumeros sustulerunt. Maxime ista solemnis tussis, quæ* Quinta, *seu* Quintana *vulgo dicitur, de qua ante dictum est. Hujus gravia sunt symptomata* (ibid. ). *Pulmo ita irritatur, ut omni contentione nitens excutere id, quod molestum est, non admittat spiritum, nec vicissim facile reddat . . . Intumescere videtur, & quasi strangulabundus æger mediis faucibus hærentes spiritus habet. Cur* Quinta *vulgo dicatur, dubio non caret. Quidam verbum factitium esse putant per* onomatopian *ab eo sono & strepitu, quem edunt ita tussientes. Alii non inde repetunt, sed vocari latine Tussim* quintanam *putant,*



(*a*) Epidem. & Ephemer. Lib. II. Const. Ann. 1578. p. 148.
(*b*) Ibid. p. 155.

*tant*, *quod certis horis repetat*; *id*, *quod experientia verum probat*: *nam vacant ista tussiendi molestia aliquando horarum quatuor aut quinque spatio*, *deinde repetit iste tussiendi paroxysmus*, *aliquando tam molestus*, *ut sanguis & per nares*, *& per os vi excernatur*. *Sæpissime subversio ventriculi contingit*. Nondum quemque Auctorem legi, qui de ea Tussi verba faceret . . . . *Plerosque vidimus ita tussientes*, *quibus post inanem conatum semiputris materia incredibili quantitate excreta est* ". Et (*a*) : „ *Porro incredibile dictu quales & quantæ fuerint Febres*, *quæ adorsæ sint eos*, *quos illa Tussis vulgo dicta* Quinta *divexarit*, *graves*, *vehementes*, *inordinatæ*, *& anxiosæ fuerunt* ( ibid. ) . *Et licet alvus fluat*, *vix mitigantur* (ibid.) , *imo ad quamdam maciem*, *&* tabem *ægros ducunt*. *Mirumque est quod pueris multis*, *qui ferinis istis destillationibus sunt conflictati*, *ab istis intereundum fuit*, *& iis exclusus est paulo ante mortem*, *aut post*, *humor visu horribilis*, *ac si abscessus in capite fuisset* ". Hæc *Ballonius*. Hujus Pestis novæ *in Europam* irruptionis ætatem, sub qua *Morbi Vervecini* ab *Italis*, a *Gallis* vero *Coqueluche* nomen ipsi tributum fuit, clariorem firmioremque *Magnus Thuanus* Ballonio Coævus, & ipse Gallus circumscripsit: „ *Morbus*, inquiens (*b*); *novus*, Vervecinus *in* Italia *dictus*, *qui in* Oriente *primum*, *dein* Italia *&* Hispania *lethalis* ( *nam & ex eo Anna Philippi Regis Uxor decessit*, *& Gregorius XIII. periculose ægrotavit* ], *postea etiam* Septemtrionem *pervagatur*. *Apud nos* incognita initio remediorum ratione ( §. 398. ) *multos afflixit*. Coquelucam *vulgo vocabant*, *verbo anno hujus sæculi* ( nimirum decimisexti ) *decimo*, *feliciter apud nos imperante* Ludovico XII., *usurpato*, *quæ famem & Pestilentiam ante biennium toto Regno grassatam sequuta fuerat*. *Erat id ægritudinis genus non tam mortifera vi timendum*, *quanquam & ex illo* multi perierint, *quam progressu & celeritate*, qua proxima quæque loca, serpente contagione com-

(*a*) Ibid. pag. 157.
(*b*) Apud Astruc. Tom. II. de Morb. Vener. lib. VI. p. 263.

complectebatur, *admirabile*. *Primo inferiorem dorsi spinam* horrore *plerumque occupabat; deinde horrori* gravedo Capitis, *&* languor, *membra eorum, quos corripuerat, resolvens*, *succedebat*, pectori *in primis gravis* ( ibid. ). *Quibus verò intra quartum vel quintum diem Malum non decessisset, in Febrim degenerans* ( ibid. ) *eos interimebat*. *Id multis neglectum in bonum vertit*. *Lethale fere iis, qui medicamentis purgantibus* ( ibid. ) *aut venæ sectione* ( ibid. ) *utebantur* ". Vulgatis per Britanniam ubique locorum Variolis, Morbillis, atque Rubeolis, ingenuus *Sydenhamus* hæc scribebat (*a*) ; „ *Quum tempestas placida ac tepens, imo vero æstatis simillima præter solitum ad postremos usque Octobris dies perseveraret anno* 1674.; *eam vero mox exciperet alia multum diversa, frigida scilicet atque humida subito ingruens, Tusses ubique numerosiores grassabantur* ( ibid. ), *quam alio quovis, quod memini, tempore, nemini fere parcentes, cujuscunque is fuerit sive ætatis sive temperamenti*, integras vero familias pervadentes. *Neque numero tantum erant spectabiles* ( *quum qualibet hyems haud paucas nobis generet* ), *sed etiam ob anceps illud periculum, in quod eos, quos affecerant, per accidens conjiciebant*. *Quum enim constitutio & jam & per autumnum* modo elapsum *in producenda Febre Epidemica* ( Variolosam signat, de qua confer. §. 254., & quidem ex Variolis Anomalis, quas pernicie & ægrotorum numero Pestem ipsam æquasse retulit ) *supra descripta omnes nervos intenderet*; *quumque jam* nullus existeret Morbus alius Epidemicus, *cujus contranisu hujus vires aliquantisper possint refringi*, *Tusses istæ Febri sternebant viam* ( ibid. ) *atque in eam quamlibentissime commigrabant* ( ibid. ). *Interea quemadmodum* Tussis *constitutioni opitulabatur in Febre producenda*; *ita etiam Febris occasionem ex* Tussi *natam arripiens jam* pleuram *ac* pulmones *haud aliter invadebat* ( ibid. ), *ac caput invaserat vel septimana illa, quæ harum tussium* exortum fuerat prægressa. *Quæ tam improvisa symptomatum mutatio nonnullis, qui minus diligenter* ad-



(*a*) Tom. I. Sect. V. p. 88.

*adverterant animum*, *ansam præbuit*, *Febrem hanc pro* Pleuritide essentiali, *aut* essentiali Peripneumonia *habendi*, *licet eadem omnino illa maneret*, *atque* fuerat *per integram hanc* ( scilicet Variolosam ) *constitutionem* ( Magnus equidem Hippocrates in hoc textu dignam Sydenhamo animadversionem futuris Clinicis commendaverat, scribens: „ *Et post has* ( nimirum Tusses ) *multæ peripneumonicæ affectiones* "; haud vero, *multæ Peripneumoniæ*, quorum verborum syntaxi ter ibidem usus est, ut demonstraret, ab ipsa tussiculosa causa has promanasse ). *Nunc enim*, uti prius *semper cum* dolore Capitis, dorsi, *atque* artuum *quoslibet aggrediebatur*; *quæ symptomata* omni ubique *hujusce Constitutionis* Febri conveniebant. *Materia tantum febrilis*, *quum stimulante* Tussi *in* pleuram *ac* pulmones *uberius deponeretur*, *symptomata dictas partes attinentia excitabat*: *attamen Febris*, *quantum mihi licuit observare*, *eadem prorsus cum illa fuit*, *quæ ad eum usque diem* fuerat depopulata, *quo hæ* Tusses primum *comparebant* ". Utinam *Sydenhamus* magnum momentum, quod temporis constitutioni concessit, Variolosis *Miasmatibus* tribuisset! Celeberrimi in Arte Viri, qui eum hac super re sequuti sunt, Hippocraticam, minime vero hypotheticam *Epidemicorum Pathologiam* posteritati tradidissent. Cl. *Behrens* de hyemali solstitio anni 1695. præ reliquis hæc loquutus est (*a*): „ *Juniores*, *qui circa æquinoctium vernale* Variolis *laboraverant*, *maxime infestabant* Tusses acres & convulsivæ, *Peripneumoniæ* ( ibid. ), *Febresque*, *fere eamdem ob rationem* ". Cl. *Gahrliep* sequentia scripsit ( *b* ): „ *Mense Februario præter* Variolas & Morbillos *aliæ quoque maculæ* (ibid.) *cum Febre sub noctem ingravescente*, *cum* Tussi ferina *corpora infantum occuparunt* ... *Infantes* Tussis convulsiva *fatigabat* .... *Erant etiam quidam hæmoptoici*, *atque inter hos pauci*, *qui sine noxa evaserunt*, *in lentam* Tabem & Phthisin *præcipue prolapsi* ... *Eodem Mense* ( Octobri ) *Variolæ infantibus erant infestæ*, *quas* Aphthæ, &

(*a*) Constit. Epidem. Hildesian. ann. 1695. apud Sydenh. Tom. I. p. 181.
(*b*) Constit. Epidem. Uratislav. ann. 1699. apud Sydenh. ibid. p. 200. seqq.

*&* Tussis pertinacissima *comitabatur* ". III. *Schroeckius* tandem sic fatur (*a*) : „ *Quæ austrina Constitutio paulo post* [ caniculares dies ] *non tantum* Variolas *in plures infantes diffuderat*, *sed etiam* Tusses contumaces *in multis*, *&* Febres *petechiales* ( ibid. ) *in quibusdam produxerat* ; *&* *has quidem* non sine contagii nota, *ut integræ etiam domus inficerentur*, *& non pauci succumberent* . . . Tusses *magna vehementia adultis æque ac pueris* infestæ, convulsivi *aliquid alere visæ fuerunt*, *&* *magnam humoris viscidi copiam excreverunt* ".

§. 402. *Aliquibus autem Fauces inflammatæ sunt*, *quibusdam Anginæ obortæ*. ] De epidemica Angina, Variolas, Morbillos, atqne Rubeolam excipiente jam superius, sub alia Pestis ab *Hippocrate* descripta grassatione a §. 375. ad 377. actum est.

§. 403. *At vero nyctalopicæ affectiones firmabantur*, *ut quæ etiam ex aliis causis fiebant*. *Fiebant autem pueris maxime*. *Oculorum autem nigræ partes aliquantum variegabantur*, *quæ pupillas parvas habebant*. *In summa oculus niger ut plurimum erat*. ] Dum adolescentes essemus, hæc tussiculosa Pestis patriam nostram incessit. Plurimorum puerorum bene memoramur, qui oculis atro sanguine suffusis in publicum procedentes, cespitantes titubantesque gradiebantur, & ubi a convulsiva Tussi corriperentur, ni parietem protinus pro fulcimento adhiberent, certo certius in terram erant prolapsuri. Nulli dubitamus, quin idipsum Praxim Factitantibus, vulgata jam per Europam hac *Epidemica* Tussi observasse contigerit, etsi apud notos Scriptores adnotatum non inveniamus. *Ut quæ etiam ex aliis causis fiebant*. ] Oculorum dirissimos affectus, ipsamque cæcitatem a Variolis excitari, ubique hujus Operis, quæ id evincere valent, prostant observationes : „ *Si oculos*, inquit Diemerbroeckius [*b*], *occupent* [ Variolæ ] *sæpe Ophthalmiam diuturnam*, *Sinum*, *Fistulam lachrymalem*, *Ægilopem*, *Carunculæ an-*

(*a*) Constit. Epidem. Augustan. ann. 1699. & 1700. apud Sydenh. ibid. p. 189.
(*b*) Apud.Manget. Tom. IV. B. M. P. p. 694.

*anguli absumptionem , Caliginem , Albuginem , & non raro Cæcitatem generant* ". Accuratus *Mortonus* hæc scripsit [a]: „ *Haud raro, præsertim in Variolis cohærentibus, ubi Natura tarde & imperfecte juxta primam intentionem venenum per Exanthemata protrudit . . . vicinæ oculorum glandulæ . . . particulis virulentis lacessitæ, atque inde inflammatæ ichorem purulentum copiose effundant; unde tonus earum nonnunquam adeo labefactatur*, ut vix aut ne vix in sanum statum postea reduci possint; *atque tunica adnata , & palpebris perpetua lymphæ acris scaturigine irritatis, inflammatis & debilitatis*, diu post Morbi finem *patiens ægre lumen aspicere potis sit; fundamento hoc modo jacto Ophthalmiæ contumacissimæ insecuturæ* ".

§. 404. *At Anginæ liberis duabus oboriebantur . . . Abundantius autem famulas corripiebant &c.* ]. Et hic *Hippocratis* textus a quibusdam usurpatus est ad evincendum , peculiares quosdam Epidemicos Morbos non semel peculiarem tantum corripuisse hominum temperiem , ætate sexuque diversam. Qua de re, quid nostra, qualiscunque sit, fert sententia §. 394. jam exposuimus.

§. 405. *Hæc igitur omnino in æstate fiebant , sicut etiam eruptiones omnino multæ* . ]. Inter cætera , quæ nobis suadere videntur, harum Tussium & reliquorum consectariorum Morborum grassationem magnum *Epidemicum* Morbum consequutam fuisse, non levis momenti sunt & hæ *eruptiones omnino multæ*, Variolarum, Morbillorum, Rubeolarum, quinimo bubonicæ Pestis individuæ comites: sicuti sub *Sacrorum Ignium* narrationis fine ipse Senex *Cous* [§. 259.] adjecit: „ " *Erumpebant etiam in aliis ulceribus multa, & in pudendis*.

§. 406. *Et potissimum in siccitatibus Lippitudines dolorosæ populariter grassabantur*. ]. *Populariter*, in græco textu, *Epidemisan*. De *Epidemica* Ophthalmia Variolarum consectaria, jam §. 204. pertractavimus.

Con-

(a) Exercit. III. Cap. X. p. 461.

*Conclusio Trigesima.*

Quum igitur *Epidemicæ* Tusses haud prius Europæis Nationibus inclaruere, quam post longe lateque per ipsas vulgatas Variolas, Morbillos, Rubeolasque [ §. 401. ]; quumque certe constare videatur id Pestis genus nunquam grassatum esse, quin hosce Morbos vel comitatum fuerit, vel consequutum; haud infirma conjectura concludi posse quisque dabit, idem cujuslibet horum esse consectarium; & Tusses epidemicas ab *Hippocrate* descriptas illorum alicui [ §. 399. & 400. ] supervenisse.

*Additio decimatertia.*

1. *Hujus Epidemicæ Tussis, quæ sæculo XVI. & XVII. rara, hoc nostro vero sæculo plurima frequentiaque attulit, modoque patrat hominum excidia, apud Recentiores jam ( Add. IV. ) laudatos Auctores nec satis distincta reperitur historia, nec probe enucleata* Pathologia. *Celebratus de* Sauvages [*a*] Tussim Epidemicam Valleriolæ *anni* 1580., *&* Morbillosam *ad* Anhelationes *refert, sicuti* Febrim Catarrhalem Hoffmanni [*b*] [ *ut cæteras nomenclationes omittamus* ] *ad* Synochas *redegerat*.

2. *Laudatus* Macbridius [*c*] ad Varietates singularum Febris continuæ specierum *retulit, deque ea sequentia scripsit*: „ Febris catarrhalis quæ fere *Epidemica*, *&* certis *quidem* anni temporibus tam perspicue *epidemica* est, ut progressum ipsius *ex regione in regionem* persequi liceat. = Plures Febres Catarrhales a pluribus Auctoribus descriptæ sunt. Quæ anno 1762. *Dublini*, *locisque circa Dublinum*, grassabatur, medio circiter Maio incipiebat a lassitudine, dolore & gravitate capitis, præcipueque dolore, superciliis transverse insidente, *Tussi acri*, faucium, pectorisque aspritudine,

(*a*) Pathol. Meth. Pract. Cl. V. Sect. I. Spec. VIII. p. 153. 154.
(*b*) Ibid. Cl. II. Ord. I. Sp. II. p. 130.
(*c*) Tom. II. Introd. Meth. Lib. I. Cap. VI. Var. V. p. 34. seqq.

ne, copiosa pituitæ tenuis per nares destillatione, interdum delacrimatione, anorexia, sed calore, naturalem non multum excedente. Hoc modo plerosque adoriebatur. In aliis autem calor valde ingravescebat, sitisque & agrypnia vehementer urgebat. In his quorum Febris tanta erat, Morbus a frigore atque horrore incipiebat. Pulsus plerumque nec velox, nec validus, sed tardior potius ac debilior erat, quam in sanis esse consueverat. Plerique facile insudabant, sudore singulis noctibus sic redeunte, ut symptomata febrilia exacerbarentur. In his, qui levius ægrotabant, sudores, sero aliquo lactis cornuque cervini spiritu sumpto eliciti, Febrem uno fere aut altero die profligabant. = In compluribus hæc Febris veram intermissionem; in plerisque remissionem tantum habebat. In multis respiratio insigniter oppressa erat, quam sanguis missus relevabat. Sanguis raro glutinosus erat: si quam autem crustam habebat, ea coloris flavi, serumque turbidum ac subflavum erat. = In plerisque Morbum sudores critici; in quibusdam *Exanthemata* rubra, *Morbillorum* speciem repræsentantia; in paucioribus alvi dejectiones tollebant. = In his, qui negligentius curabantur, symptomata per integram hebdomadem, interdum diutius, manebant; ac plerosque, etiam finita Febre, insignis languor per aliquot adhuc dies occupabat. Qui priori aliquo morbo jam debilitati fuerant, aut pulmones infirmos habebant, tardissime in plenam cum sanitate gratiam redibant. = Simillimi ingenii Febris *Dublini* annis hujus sæculi 1729. 1732. 1733. 1737. & 1743. grassata fuerat. Ea, quam modo descripsimus, *Hafniæ mense ante fuerat, quam Londinum perveniret, ac Londinenses ferme mense ante infestaverat, quam per Urbem agrumque Dublinensem vulgaretur. Alsatiam quoque & Flandriam peragraverat*. Febris catarrhalis anno 1767. grassata, *Dublini primum ineunte fere Julio, apparebat. Medio circiter mense aliquot Militum centurias, in casis habitantes, paucorum dierum spatio corripiebat. Vicesimo die totam urbem pervaserat, pauloque post per singulas Regni Provincias vulgabatur*, ita tamen ut & angustioribus finibus contineretur, & mitioris in-

indolis esset, quam ea, quæ quinquennio ante grassata fuerat. Neminem perimebat, si paucos senes atque imbecillos excipias, quos inter *Dominus Bowes*, *Hiberniæ Cancellarius*, fuit. Primam ejus accessionem lassitudo, horror, capitis dolor, & sæpe spirandi difficultas, comitabatur. Ubi humor per nares destillare incipiebat, symptomata febrilia levabantur, sudorque multus succedens morbum finiebat, sed insignis debilitas ac languor relinquebatur. Febris decursus a tertio die ad septimum absolvi solebat. = Quam supra dedimus *Febris catarrhalis Dublinensis* historiam *Cl. Ruity*, Medico *Dublinensi* acceptam referimus ". *Hæc Macbridius*; *apud quem de hujus Febris* efficiente Causa *nil reperitur agitatum*; *fortasse quod sibi persuasum habuit* (*a*), harum possibilium causarum cognitionem ad inveniendam curandi rationem perparum facere; inque ea semper causas proximas considerari oportere.

3. *Commendatus* Cullenius (*b*) *in Classe* Profluviorum *cum* pyrexia contagiosa, *sub* Catarrhi *Genere hanc* Epidemicam Tussim *collocavit*; *summoque labore ejusdem apud Europam grassationes annorum* 1323. 1328. 1358. 1387. *collegit ex* Targione Tozzetti, Valesco de Taranta, Marchesi; *annorum* 1510. 1575. *ex* Valleriola, Riverio, Foresto; *anni* 1580. *ex* Haenischio, Wiero, P. Sal. Diverso, Foresto, Riverio, Sennerto; *anni* 1591. *ex* Sennerto, Pechlino; *anni* 1658. *ex* Willisio; *anni* 1675. *ex* Sydenhamo, Raggero, P. de Sorbait; *anni* 1679. *ex* Sydenhamo, Zod.; *anni* 1708. *ex* Schroeckio; *anni* 1709. *ex* Hoffm.; *anni* 1712. *ex* Camerario, Schroeckio; *annorum* 1729. 1730. *ex* Hoffm., C.Fr. Loew, Scheuhzero; Morgagno, Beccario, Hillary, Wintringhamo, Rutty's, Perkin's; *annorum* 1732. 1733. *ex* Commerc. Lit. Norimb., Dethardingio, Hallero, Edinb. Med. Ess, Hillary, Wintringhamio, Huxhamio, Rutty's; *anni* 1737. *ex* Rutty's, Commerc. Lit. Norimb; *annorum* 1742. 1743. *ex* Commerc. Lit. Norimb., Tuch & Zuberbuhlero, Hu-



(*a*) Tom. I. lib. IV. cap. II. p. 152.
(*b*) Synops. Nosol. Method. Cl. I. Ord. V. Gen. XL. Sp. 2. p. 123.

Huxhamio, Rutty's, Targione Tozzetti; *anni* 1748. *ex* Cleghornio, Perkin's; *anni* 1758. *ex* Rutty's, Whyttio; *anni* 1762. *ex* Bekero, Monro, Macbridio; *anni* 1767. *ex* Heberdenio, Macbridio; *anni* 1775. *ex* Obfervat. Medic. Lond.; *annorum* 1779. 1780. *ex* Mem. Soc. Reg.; Saillantio (*a*): *fubditque* (*b*) Sauvagefium *inter Catarrhi, Coryzæ, & Tuffis fpecies pro Symptomaticis habuiffe* Catarrhum rubeolofum, Tuffim exanthematicam, Coryzam variolofam. *At in Claffe Spafmorum adhuc hanc Luem & ipfe recenfiffe videtur: Sic enim fatur* [*c*]: „ *Pertuffis*. Morbus contagiofus; Tuffis convulfiva, ftrangulans, cum infpiratione fonora, iterata; fæpe vomitus. = Pertuffis *Sydenham* . . . *Huxham* . . . *Lond. Med. Obf.* . . . *Soc. Royale* . . . Tuffis convulfiva, five ferina *Hoffm.* . . . Tuffis ferina *Sauv.* fp. 10. *Sag.* fp. 10. = Tuffis convulfiva *Sauv.* fp. 11. *Sag.* fp. 11. = Amphimerina tufficulofa *Sauv.* fp. 13. ".

4. Ludwigius *in fuis Inftitutionibus Medicinæ Clinicæ* de Febri Catarrhali benigna [*d*] fimul & *maligna* [*e*] *pertractat; & de ultima fic loquitur* [*f*]: „ Hæc Febris a præcedente gradu tantum differt, fcilicet *fymptomatum* vehementia & duratione, quum raro nono, ut plurimum decimoquarto demum finiatur, vel ad vigefimumprimum, vel ultra interdum deducatur. Continuam malignam in genere eam appellare & pro differentia *cauffarum & fymptomatum*, *biliofam*, *ftomachicam*, cet. dicere potuiffemus: *Catarrhalis* enim eo modo, ut reliquæ *Spmptomaticæ*, *fpeciem tantum fiftit*: quoniam tamen fæpius cum *præcedente* in ingreffu convenit, vel ex ea male tractata oritur, vel *fimilem cauffam habet, vel fimili modo epidemice graffatur, & non nunquam contagiofa eft*, catarrhalem malignam ut *principem fpeciem*, exempli loco adducere placuit. = Licet alii hanc Fe-

(*a*) Ibid. Sp. 2. a pag. 125. ad. p. 127.
(*b*) Ibid. p. 128.
(*c*) Ibid. Claff. II. Ord. III. Gen. LVII. p. 176. feqq.
(*d*) Part. I. Cap. I. Subfect. I. §. 110. p. 49. feqq.
(*e*) Ibid. Subfect. II. p. 43. feqq.
(*f*) Ibid. §. 120. 121.

Febrem *petechizantem* dicant, & ad quædam *exanthemata* interdum oborta respiciant, vel ea ipsi sæpe regimine nimio diaphoretico urgeant & expellant; in hac tamen tractatione *Febrim Continuam, gravissimis symptomatibus stipatam*, sine respectu ad *exanthemata* describendam esse judicamus &c.". *Dein subdit*: [*a*] „Occasionem huic Febri præbent, & illam quasi latitantem evolvunt *Aeris vicissitudines subitaneæ, animi affectus graviores, venæ sectio intempestive administrata, purgationes drasticæ & aliæ evacuationes validæ, nec non varii diætæ errores*, quæ cuncta, dum humores vehementer commovent, *caussam prædisponentem ex similibus causis collectam, sive morbosam aliquam dyscrasiam extricant*, & Febrim ita accendunt". *In altera harum Institutionum Parte, Tract. II. Cap. I. p.* 348., *ubi de Tussi & Raucedine, Auctor ipse nihil refert ad præsens institutum*.

5. *Laboriosissimus in invenienda Morborum historia, lustrandaque Causa* Burserius *non pauca hac super Peste nobis adnotanda suppeditat. Probe primum adnotat* (*b*), *haud apposite* Sauvagesium Febrem Catharralem Hoffmanni, Henischii, Riverii *ad Synochas transtulisse*; *sicuti* Gorterium & Fracassinium Lymphaticam *dixisse* Febrem, *alios* rheumaticam [*c*]. *Dein inter ejus signa* Diagnostica *hæc* [*d*] *enumerat*: „ Præcedit vel continuo subsequitur Coryza, sive gravedo, catarrhus, sternutatio, lacrimarum profluvium, oculorum rubor, Faucium phlogosis & dolor, molesta laryngis titillatio, raucedo, *Tussis satis importuna, sicca plerumque, aut pauca, tenuia, salivalia excernens, raro mucosa, & crassa, toto morbi decursu excrucians*, somnumque abrumpens, pectoris gravitas, dyspnœa, dolor dorsi, tum artuum omnium, tensionis, aut *punctionis* sensum inferens. Cum his sæpe conjungitur cephalalgia, aut capitis gravitas, & debilitas, universi corporis lassi-

 tudo

(*a*) Ibid. §. 126. p. 55.
(*b*) Vol. II. Synoch. simp. §. CCXXXVI. p. 46. & not. c. p. 47. seqq.
(*c*) Ibid. Febr. Catarrh. §. CCCXL. p. 156. seqq. cum not.
(*d*) Ibid. §. CCCLI. p. 158.

tudo, appetitus quandoque adauctus, quandoque, *quod frequens est*, imminutus, gustus depravatus, aut deficiens & sitis. = Interdum evenit [a], testante *Junckero*, cui suffragatur experientia, ut nedum ab horripilatione Febris exordiatur, redeatque, primis nempe diebus, verum etiam ab horrido frigore, quo dimidiam, vel integram horam concutitur corpus, succedente calore primum miti, deinde acriori cum aliqua circa præcordia *anxietate*, aut etiam ad vomendum incitatione &c.". *Hanc symptomatum congeriem, sub hujus Pestis aggressione occurrentem, symptomatibus ante Variolarum eruptionem evenientibus respondere ex §.94. ad §. 103. patet. Efficientem Causam hujus Epidemicæ Luis*, epidemicum esse miasma *his probat* [b]: „ Id epidemicum Miasma ex eo maxime elucet, quod sæpe catarrhalibus affectibus epidemice regnantibus, *communi hoc morbo* corripiuntur etiam illi, qui jamdiu in cubili aliis ex caussis se continent, & sibi a frigore, acrisque injuriis religiosissime cavent. Id centies observavimus". *At id miasmatis apud Europam conflatum credidit; subdit enim* [c]: „ Acre autem epidemicum inspiratum, aut aliter corpore receptum quum dicimus, illud intelligimus, quod *halitus & vapores e terra sive humida, sive palustri, sive aliter insalubri elevati Aeri impertiunt, aut aliunde venti quidam ad Nos transferunt*: nam ita interdum celeriter diffunditur Malum, ut e simplici contactu, & communicatione tanta propagationis velocitas pendere non possit, nisi ventorum ope miasmata dispergantur quaquaversum". *In Anginam, Peripneumoniam, vel Pleuritidem quandoque transire, ex ejus grassationibus, anni* 1658. *a* Willisio, *& anni* 1675. *a* Sydenhamo *descriptis, collegit* [d]; *attamen ad hanc ipsam speciem* Rheumaticam Lancisii *anno* 1709. *Romæ grassatam, illique persimilem, quæ sæculo XVI. & XVII. a* Cagnato, *&* Dono *observata fuit, retulit; etiamsi in Lancisii hujus Febris de-*

(a) Id. Ibid. §. CCCXLII. p. 159.
(b) Ibid. not. ad §. CCCXLIV. p. 162.
(c) Ibid.
(d) Ibid. §. CCCXLVI. p. 164.

*descriptione , quam ipse adjecit* (*e*), *hæc adnotata fuerint* : ,, Aquilonares venti, & tempestas perfrigida diu durans visa est potior hujusce Morbi causa ". *Ast ad hujus Pestis historiam notabiliora ipsius* Burserii *verbis hic lubet appingere* (*a*): ,, Sauvagesius , *inquit* , distinguit Febrem Catarrhalem a *rheumate pectoris* febrili , idest a levi , & lymphatica bronchiorum phlogosi cum febre ; sed ni fallor , si quid discriminis intercedit , id totum in gradu , & loco esse videtur . Catarrhos etiam varii generis idem Auctor a febri hac segregatos voluit , videlicet *catarrhum benignum* ( spec. 1. ) , *catarrhum ferinum* , sive vulgo *Quinta* , & *Coquelouche* ( *Italis Tosse canina* , *aut asinina* , *aut convulsiva* ) sive Tussim ferinam ( spec. 2. ) , *catarrhum epidemicum* , vulgo *Grippe* aut *Folette* (spec. 3.) [*vulgo Romæ olim mal del Castrone*], quum plerumque Febris eos non comitetur , vel si comitetur, symptomatica tunc haberi potest. Cæterum si hujusmodi Morbi cum Febri jam ab initio jungantur , eamque comitem habeant, non video cur ad *catarrhalem Febrim* reduci non possint . Hujusce generis videtur fuisse *Morbus epidemicus anno* 1557. *Nemausinos* agros , & totam Civitatem devastans , *Coquelouche* vulgo dictus [ *Obs. comm. obs.* 9. *apud River.* ] ; aut alius prædicto non absimilis *anno* 1580. *Arelate* , *Avenione* , vicinisque locis grassatus [ *Ibid. obs.* 10.] ; itemque Febris illa *lenta & maligna comitata morbo gutturis epidemico* , *Alemariæ* mense Octobris anno 1557. a *Foresto* observata [ *Obs. & Cur. Lib. VI. obs.* 1. ) ; aut alia similis , quæ *epidemice* anno 1580. mensibus Junio & Julio *Delphis* stragem edidit [ *Ibid. obs.* 3. *Hæc ipsa catarrhalis constitutio epidemica eodem anno* 1580. *descripta fuit ab Henischio* , *& ab Anonymo apud Riverium* , *obs. add. obs.X.*, *& ab aliis non paucis* , quia totam Europam , aliasque dissitas regiones peragravit ; *sed præ cæteris a Petro Salio Diverso in lib. de Febre Pestilenti cap. XI.* ] ; nec non quæ cum *Angina ulcerosa* , ptyalismo , & *petechiis Condomi apud*

(*a*) Ibid. not. p.165.
(*b*) Ibid. §. CCCXLVI. cum variis notis a pag. 174. ad 176.

pud *Vascones anno* 1750. vagata legitur [ *Sauvag. Nosol. cl.* 2. *ord.* 2. *gen. VI. sp.* 13. ] , aliæque ab *Huxhamio* ( *Ibid.*), & non paucis aliis commemoratæ ; in quibus *Tussis cum faucium asperitate , aut inflammatione ferventi , aut ulcerosa , febri continua , dolore capitis vehementi , pervigilio , lumbagine , coryza , pectoris sæpe infarctu , aut phrenitide* , multos quarto die , alios septima , ad summum decimoquarto enecabat . Plerumque sanguinis Missio ingruente Morbo , cito celebrata , bechica , lenis purgatio , aut spontanea alvi solutio , aut demum sudor fœtidus prorumpens , aut arte excitatus , remedio fuit . Qui plura scire cupit citatos Auctores , aliosque consulat necesse est . ( Præterea consulantur e nostratibus *Joannes Targionius Tozzettius* , qui *catarrhos epidemicos Florentiæ* ab annis 1323. ad ann. 1752. [ *Prim. Raccolt. d' osserv. Med. p.* 174. ] observatos recenset ; & *Cl. Jac. Barthol. Beccarius* in commentario *de quadam peculiari Constitutione epidemica* , & speciatim *de Catarrho epidemico* anni 1730. , *qui universum fere terrarum orbem celerrime occupasse narratur* . Extat hujusmodi Commentarius in *Act. Acad. N. Curios. Germ. T.* 3. *p.* 147. , & nuper in lucem prodiit recusus in T.3. *Consiliorum Medicorum* , *Bononiæ* editorum post Auctoris mortem . In eo non solum absolutissima Morbi historia traditur , sed etiam *aliorum temporum similes constitutiones* recensentur , & una comparantur . Multum *affinitatis* cum *catarrho epidemico a Beccario* descripto videtur habuisse, qui proxime elapso anno 1782. *totam pene Europam Catarrhi Russici* nomine pervagatus est ; de quo *Cl. J. Aloysius Targionius* quædam scitu digna edidit in *Volum. VII. Degli avvisi sopra la salute umana* . Inter exteros porro habemus *Cl. Gorryum* , qui *Catarrhum* ann. 1775. & 1776. *Parisiis Epidemicum* descripsit [ *Mem. de la Societ. Royal de Medec. Vol. I. p.* 2. *usque ad p.* 13. ] & non valde diversum , ut ipse putat , ab eo , quem *Londini* vidit ann. 1675. *Sydenhamius* , & quem *Acta Acad. Edimburg.* ann. 1733. grassatum referunt ; aliumque similem , sed mitiorem anno 1745. pariter *Parisiis* visum memoravit . Observationes quoque maxime utiles de

*Tussi*

*Tussi epidemica* ann. 1779. & 1780. cum R. Soc. Med. (*Memoir. de la Societ. Roy. de Medec. vol.III. p.16.*) communicavit *Cl. Coquereau*. Hæc autem *Tussis* fere cum *Catarrho Russico* anni 1782. convenire videtur; sic ut dubitari possit, an a septemtrionalibus plagis Morbus incœperit, aut aliunde processerit. Catarrhales item *epidemici* affectus, qui *Dublini* annis 1729. 1732. 1733. 1737. 1743. 1762. vagati sunt a *Macbridio* . . . exponuntur; & a Cl. *Perkinsio*, *Bostoni* Medico, historia *Catarrhorum epidemicorum* annorum 1631. [ *forsan hic subsit error*, 1731. *enim legi videtur* ] --45. --50. --51. 53. --67. & 68. tradita legitur in *Vol. I. Historiar. Reg. Societ. Med. p.206*. Quæ omnia legi & perpendi fortasse deberent ab iis, qui disputationem nuper invectam de *contagiosa Catarrhi Russi natura* dirimere velint ".) *Hactenus Burserius*.

6. *Adhuc plura de hac* tussiculosa [ *ut Cælii Aureliani verbo utamur* ] Peste *meditanda nobis exhibet laudatissimus* Æques Rosa *in sua ad* Catarrhum seu Tussim, quam Russam nominant, Scheda. *Quæ vero præsens Institutum illustrare valent seligere, & hic adjicere judicamus*: „ Quum, *inquit* [*a*], inter nova multa, quæ sæculo *novarum rerum* feraci celebrantur in dies, etiam rumor de *Tussi Russa* jam multos menses (*anno quidem* 1782. *ut ex notis ad pag.* 217. *ibid.*) Italia tota increbesceret; speratum est fore, qui *insueti* Morbi rationem ex certa historia luculenter proponerent. Afferebantur equidem *Germania*, & *Septentrionalis Italiæ* parte, qua *primum Morbus* apparuit, epistolæ, nuncii, & *celebrium etiam Medicorum notationes*; sed perbreves illæ, & inexpleta rerum notitia, quæ summa Morbi symptomata, & curationes leviter adumbrarent. = Erat commune his omnibus, ut *Morbum dicerent certo epidemicum*, *certo non contagiosum*. = Quo tempore [*b*] ferebatur crebris sermonibus *Austriam*, *Vindobonæ* in primis, vexari *Catarrho*, *Tussi*, cui nomen positum *Russo*. Nec modo tussire tussim ple-

(*a*) De Epid. & Contag. Sched. &c. num. 1. 2. p. 213.
(*b*) Ibid. num. 6. 7. 8. 9. 10. cum not. 2. p. 215. seqq.

*una repetebant. At vero laxa, pustulosa erant, velut Acanthio Lapyto. Circa Pleiadum occasum subscabra, & aspera erant, pruriginosa, nullas lachrymas emittentia: & magis quidem hoc tempore. Sed & impetiginosa turgentia: Hæc erant in Pythodori uxore, & Capelio, cum Febre; sub cujus initium fere Pythodori uxori coxæ impotentes*".

Ibid. num. XIII. p. 752.

Φλύκταιναι μὲν ἐκ κόπων ȣ̓ κάρτα ἰσχυρῶν ἀφικνεῦνται ἐς ἑβδόμην ὑποπέλιοι ῥῖγος τῇ ὄπισθεν τȣ̃ Ἡρωΐȣ παιδίσκῃ ἐγένετο. αἱ δὲ λευκαὶ μεγάλαι, ȣ̓δ' αὗται πάνυ χρησαὶ τῶν κατοχέων ἢ ὑπνωδέων, ἢ μὴ ξυμπιπτόντων ἢ χολῆς ἀντεχομένης, ἢ, ἢ ὑγρὴ ἢ ἡσκληρὴ, ȣ̓ ξυμπίπτοντες; nimirum: „ *Pustulæ ex lassitudinibus non valde fortibus, perveniunt ad septimam lividæ. Rigor Ancillæ retro Heroum obortus est. At vero albæ magnæ, neque ipsæ valde bonæ, gravi sopore pressorum, & somnolentorum, & non considentium, & bile renitente: & sive lubrica, sive dura fuerit alvus, non considentes*".

Ibid. num. XIX. p. 756.

Περιομφακώδης, ὦ καὶ τὰ ἐξανθήματα ἐξετάκη ȣ̓ τελέως: ἐστι δὲ καὶ τῶν ἀπὸ συρμάτων τοιαῦτα; h. e.: „ *Circumcirca durus fuit, cui etiam Pustulæ non perfecte contabuerunt. Sunt autem & a desquamatis talia.*

Ibid. num. XXIX. p. 764.

Οἱ δὲ νυκτάλωπες, οἱ πλεῖστον ȣ̓ρήσαντες, τὸ ὕστερον βραχύ τι. ἐς δὲ τὰ ὦτα βήσσοντες, ἢ ἐπιπυρεταίνοντες, ἐκρηγνύμενα περὶ ἑβδόμην ἢ καὶ ὀγδόην; videlicet: „ *Nyctalopes qui plurimam minxissent, postea parum quiddam mingebant. Verum tussientes & insuper febrientes Tubercula ad aures habebant, erumpentia circa septimam aut octavam diem*".

## Ex lib. V. num. XXXIII. p. 793.

Τῷ Εὐφράνορος παιδὶ τὰ ἐξανθήματα οἷα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα· ὀλίγον δὲ χρόνον .. τῇ ὑστεραίῃ ἐπυρέτηνεν ; scilicet: *Euphranoris Filio Pustulæ velut culicum morsus, verum modico tempore, postridie febricitavit* " .

## Ex lib. VI. Sect. I. p, 797.

Φύματα ἔξω ἐξοιδέοντα , καὶ τὰ ἀποξέα καὶ κορυφώδεα , καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα , καὶ μὴ περίσκληρα , καὶ κατάῤῥοπα , καὶ μὴ δίκραια , ἀμείνω · τὰ δὲ ἐναντία, κακά. καὶ, ὅσα πλεῖστα ἐναντία, κάκιστα; nimirum: ,, *Tubercula extra extuberantia, & acuta, & fastigiata, & æqualiter maturescentia, & non obdura, & deorsum vergentia, & non bifida, meliora: contraria vero mala: & quanto plus contraria, pessima* ".

## Ibid. p. 798.

Πυρετοὶ, οἱ μὲν δακνώδεες τῇ χειρὶ, οἱ δὲ πρηέες. οἱ δ' οὐ δακνώδεες μὲν, ἐπαναδιδόντες δέ. οἱ δ' ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρός. οἱ δὲ περικαέες εὐθέως, οἱ δὲ διὰ παντὸς βληχροί. οἱ δὲ ἁλμυρώδεες, οἱ δὲ πεμφιγώδεες, ἰδεῖν δεινοί. οἱ δὲ ξηροὶ, οἱ δὲ πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεες. οἱ δὲ ἐξέρυθροι, οἱ ( δὲ ) πελιοὶ, οἱ δὲ ἔξωχροι. καὶ τἄλλα τοιουτότροπα ; i. e. : ,, *Febres aliæ quidem mordaces sunt manui, aliæ lenes. Aliæ vero non quidem mordaces, verum augescentes. Aliæ autem acutæ quidem, sed quæ a manu vincantur. Aliæ statim adurentes, aliæ semper debiles, siccæ. Aliæ salsuginosæ. Aliæ inflatæ, horrendi aspectus. Aliæ ad manum humectæ. Aliæ rubicundæ valde: aliæ valde pallidæ. Aliæ lividæ, & alia id genus* " .

## Ibid. Sect. II. p. 801.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα· οἷα Σίμων εἶχε χειμῶνος. ὃς, ὅτε πρὸς πῦρ ἀλείψαιτο, ἢ θερμῷ λούσαιτο, ἀντ-

ἀνίσταιτο. ἔμετοι ἐκ ὠφέλεον. οἴομαι, εἴ τις ἐξεπυρία, ἀνιέναι ἄν; videlicet: „ *Latæ pustulæ non valde pruriginosæ sunt: quales Simon habebat hyeme, qui, ubi ad ignem inungeretur, aut calida lavaretur, opem sentiebat. Vomitus non proderant. Arbitror si quis calida fomenta adhibuisset, opem ferre potuisse* “.

Ibid. Sect. III. p. 806.

Τὰ γινόμενα ἕλκεα καὶ φύματα, κρίνοντα πυρετὲς. οἷσι ταῦτα μὴ παραγίνεται, ἀκρισίη. οἷσιν ἐγκαταλείπηται, βεβαιόταται καὶ τάχισαι ὑποσροφαί; i. e.: „ *Ulcera orientia ac tubercula judicantia Febres. Quibus hæc non fiunt, judicatio sublata est. Quibus intus relinquuntur, certissimæ recidivæ ac celerrimæ* “.

Ibid. Sect. VII. p. 818.

Ἐν Περίνθῳ ἦρος οἱ πλεῖσοι (ἔφθινον.) ξυναίτιον βὴξ χειμερινὴ ἐπιδημήσασα, κὴ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα χρόνια· κὴ γὰρ τοῖσιν ἐνδοιασοῖσιν ἐξεβαίωσαν; videlicet: „ *In Perintho vere plurimi ægrotarunt. Simul causa fuit Tussis per hyemem populariter vagata, & aliis quicunque diuturni sunt morbi: Nam & in ambiguis confirmati sunt* “.

Ibid. Sect. VIII. p. 821.

Τῶν ἐπιδημικωσέων νέσων οἱ τρόποι, κὴ εἴ τις τῶν ἀρχομένον ἄρξαιτο ἀνήμετος. οἷον ἢ πιόντες τὶ (ἢ) καλίσχοντες, ἢ βραχὺ καθαιρόμενοι. Πυρελώδεες ἴσως οἱ ἔκλευκοι. ὧν κὴ χείλεα, οἷος ὁ τρόπος, οἱ χρόνοι. Τὸ σῶμα (κὴ) ἔργον ἐς τὴν σκέψιν ἀνάγειν, ὄψις, ἀκοὴ, ῥὶς, ἀφὴ, γλῶσσα, λογισμός. Καταμανθάνειν τὰ ἐν τοῖσι βλεφάροισι τοῖσιν κάτω κατὰ λειπόμενα οἰδήματα· τῶν (δὲ) ἄλλων περισχναινομένων ὑποσροφαὶ. ἐν δ' ἄκρω ὑπέρυθρα σκληρὰ, κὴ πάνυ τέτοισι γλίσχρα, κὴ ἀνισάμενα, κὴ ἐνεχόμενα ἐν τέτοισιν: οἷον (ἐν) Φαρσάλω Πολυμήδα. Τὰ καταῤῥηγνύμενα οἰδήματα ἢ πελιώματα, ἢ ἐπ' ὀφθαλμίαις ἢ ἕλκεσιν.

κεσιν. ἄλλα γὰρ τὰ ἐκ τῶν φυμάτων καὶ ἐμπυημάτων καταφερόμενα. Σημεῖον ἀμφιμήτριον, στρόφοι περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ ὀδύναι. Ἐρυσίπελάς ἐστιν οἷσιν ἀπὸ πράσων· ἀτὰρ κὶ ἀπὸ σκορόδων τούτοισιν ὕστερον. ἔστιν οἷσιν ἀπὸ τραχήλου. κὶ περὶ ταῦτα ἐν προσώπῳ ἐκρίνετο. τὰ μέλανα καὶ οἷσι τραχήλου κακά. κὶ εἰ φλύκταιναι, κακὰ κὶ οἷσι ταρακτικά; nimirum: ,, *Populariter grassantium morborum modi, & si quis ex incipientibus sine vomitu, veluti aut ubi biberunt quid continentes, aut parum purgati. Febriculosi fortassis valde candidi, quorum etiam labia, qualis modus, tempora. Corpus, actio, in considerationem ducatur. Visus, auditus, nasus, tactus, lingua, cogitatio consideretur. Tumores in supernis palpebris relicti, dum alia circumcirca gracilescunt, recidivas faciunt: in extremitate vero subrubicundi, duri, & valde viscosi; & insurgentes ac inhærentes in his sunt, velut Pharsalio Polymedi. Erumpentes tumores aut livores, in lippitudinibus aut ulceribus. Sed & quæ deferuntur ex tuberculis ac suppurationibus, quia signa sunt. Circa messem tormina circa umbilicum, & dolores, quandoque a porro: sed & ab allio his postea. Sacri Ignes quibusdam a collo, & circa has partes, in facie judicabantur. Nigri etiam quibus a collo, mali erant: & si pustulæ essent, malæ erant: & quibus alvus turbata esset* ".

Ex lib. VII. num. XXXI. p. 856.

Χάριτε χειμῶνος ἐκ βηχίου ἐπιδημίου προσγενόμενος πυρετὸς ἐπέλαβεν ὀξύς. τὰ ἱμάτια ἀπέβαλλεν. κῶμα μετὰ πόνου, h. c.: „ *Chariti hyeme ex tussicula populariter grassante Febris adventans acuta corripuit; stragula rejiciebat: sopor cum dolore &c.* "

Ibid. num. XLI. p. 864.

Ὀιδήματα ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα; nimirum: „ *Octava apparebant velut culicum morsus* ".

Ibid.

### Ibid. num. LI. p. 871. 872.

Οἱ ὀρνιθίαι ἔπνευσαν πολλοὶ καὶ ψυχροί, ϗ χιόνες ἐξ εὐδιῶν ἔσιν ὅτε ἐγίνοντο. ϗ μετὰ ἰσημερίην νότια διαμίσγοντα βορείοις, ὕδατα συχνὰ ἐπεδήμησαν. βῆχες πολλαὶ, μᾶλλον δὲ παιδίοισι. παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν οἷα τοῖσι σατύροισιν. ὁτὲ δὲ ὁ πρὸ τούτου τοῦ χρόνου χειμὼν σφόδρα χειμερινὸς ἐγινέτο, ἐν χιόνι ϗ ὄμβροισι βορείοισι; i. e.: „ *Recti venti spiraverunt multi ac frigidi: & nives ex clementi cælo quandoque fiebant; & post æquinoctium, austrina aquilonaribus permixta, aquæ multæ: populariter grassatæ sunt Tusses multæ, magis autem in pueros. Circa aures multis talia, qualia Satyri habent. Quandoque vero ante hoc tempus hyems valde hyberna erat, cum nive & pluviis aquilonaribus* ".

### Ibid. num. LII. p. 872.

Τῷ Τιμόνακτος παιδίῳ ὡς διμηνιαίῳ ἐξανθήματα ἐν σκέλεσι, ϗ ἐν ἰσχίοισι, ϗ ὀσφύϊ, ( ϗ ) ὑπογαστρίῳ, ϗ οἰδήματα σφόδρα ἐνερεύθη. κατασάντων δὲ τούτων σπασμοὶ ϗ ἐπιληπτικὰ ἐγένοντο ἄνευ πυρετῶν ἡμέρας πολλὰς, ϗ ἐτελεύτησεν; scilicet: „ *Timonactis filio ferme bimestri Pustulæ in cruribus, & in coxis, & lumbis ac imo ventre, & tumores valde rubicundi. His autem sedatis, convulsiones & comitiales fiebant, sine febribus, multis diebus, & mortuus est* ".

### *Ægrotorum in I. & III. Popularium Libris enumeratorum duodeviginti, Epidemicis Intermittentibus Febribus ejusdem maligni moris, ac fuerunt illæ, quæ Sacros Ignes comitatæ vel consequntæ sunt* [§.266.], *laborasse videntur*.

### Ex Popular. lib.I. Sect. III.

Ægrotus I. p. 673. „ *Tertio mane & usque ad meridiem visus est a febre liber esse: Ad vesperam Febris acuta &c.* ". Ægrotus V. p.677. „ *Septima omnia exacerbata*

*sunt*

*ſuut . . . Octava ſuperriguit . . . ſudavit ſine Febre . Ad noctem Febris acuta &c.* ". Ægrotus VI. p.678. „ *Febres exacerbabantur alias aliter inordinate . . . Circa quadrageſimam . . . remiſerunt omnia: Febres intermittebant &c.* ". Ægrotus XI. p. 681. & 682. „ *Tertia circa meridiem ſuperriguit: Febris acuta . . . Sudavit per totum ſubfrigida : Statim autem rurſus recalefacta eſt . . . Sexta mane ſuperriguit &c.* ". Ægrotus XII. p.682. & 683. „ *Septima . . . mane riguit : Febris acuta : Sudavit calidum : A febre liber eſſe viſus eſt . . . Undecima mortuus eſt* ". Ægrotus XIII. p. 683. „ *Quinta , Febris acuta . . . ad noctem ſudavit , a febre libera . . . Septima tremor : in ſoporem incidit : parum deliravit &c.* ". Ægrotus XIV. p.684. „ *Septima ſudavit : Febris dimiſit ; dolores permanebant ; rediit ; ſomni pauci &c.* ". Ex lib.III. Sect.I. p.713. Ægrotus II.: „ *Circa undecimam omnia viſa ſunt allevata eſſe: Sopor cœpit . . . . Decimaquarta a Febre liber , non ſudavit . . . . Circa decimamſeptimam rediit , calefactus eſt , ſequentibus diebus Febris acuta &c.* ". Ægrotus III. p. 714. & 715. „ *Nona riguit ; Febris acuta ; ſudavit : frigiditas : mente motus eſt . . . Undecima intelligebat per totum omnia , a febre liber : ſudavit . . . Duobus a febre liber fuit ; decimaquarta rediit . . . penitus mente motus eſt &c.* ". Ægrotus V. p. 716. 717. „ *Septima ſuperriguit : Febris acuta : ſudavit per totum : judicatus eſt . . . Circa octavam . . . Febris intermiſit. Nona rediit. Circa decimamquartam Febris acuta : ſudavit . . . Decimaſeptima ſuperriguit : Febris acuta : ſudavit : a Febre liber, judicatus eſt . . . Decimaoctava parum caleſcebat &c.* ". Ægrotus VI. p.717.718. „ *Sexta die a febre libera , non ſudavit : judicata eſt . . . Poſt judicationem ſeptima die , riguit , parum incaluit , ſudavit : poſt judicationem octava die, riguit non multum : poſtea vero extremitates frigidæ ſemper . . . Die vero una intermiſſa, rurſus duodecima multum delirabat &c.* ". Ægrotus XII. p. 721. „ *Octava circa meridiem recalefacta eſt . . . Nona remiſerunt omnia : ſoporoſa: Ad veſperam parum riguit . . . Decima, rigor, Febris exacerbata eſt. &c.* ". Ex Sect. III. ibid.

ibid. p. 729., 730, Ægrotus I.: „ *Septima exacerbata sunt omnia* ... *Decima omnia remiserunt*. *Undecima sudavit*, *non per totum*. *Circumfriguit quidem*, *verum brevi rursus incaluit*. *Duodecima*, *Febris Acuta* ... *Trigesima quarta a Febre liber*: *Alvus non suppressa est*; *& rursus incaluit*. *Quadragesima a febre liber*: *alvus non multo tempore suppressa est*. *Cibum fastidiens*, *parum rursus febricitavit*, *& semper erroneo modo*, *partim sine febre*, *partim non*... *Centesima vigesima die mortuus est* ". Ægrotus II. p. 731. 732. „ *Undecima resipiscebat*, *verum soporosa erat*... *Vigesima parum circumfriguit*, *& brevi rursus incaluit*... *Vigesima septima*, *a febre libera*, *alvus adstricta est*... *Febres rursus comitabantur*... *Cibum fastidiens*... *Febres autem in totum quidem non deficientes*, *erroneo vero modo exacerbescentes*, *partim ita*, *partim non ita*... *octogesima mortua est* ". Ægrotus III. p. 732. 733. „ *Secunda die circa meridiem*, *frigiditas extremarum partium*... *Tertia dies*, *quieta*. *Vesperi vero sub solis occasus parum friguit*... *Quarta*, *mane quietus*. *Circa vesperam omnia exacerbata sunt*... *Quinta visus est allevatus esse*... *Sexta mane*, *quietus*: *Vesperi dolores majores*: *exacerbatus est*. *Nocte dormivit*. *Septima die*, *anxius*... *Nona*, *soporosus*... *Decima*... *mortuus est* ". Ægrotus VII. p. 734. 735. „ *Decimaquarta*, *mens turbata*, *Febris remisit*... *Vigesima*... *intermisit*... *Vigesimaquarta*, *Febris rediit*... *Vigesimaseptima*, *sudavit multum a Febre libera* ". Ægrotus VIII. p. 735.: „ *Undecima remiserunt Febres*... *Vigesima sudavit*: *a febre liber*... *Trigesimaseptima Febris rediit*. *&c.* ". Ægrotus X. p. 737. „ *Initio autem erat anxius*... *Secunda*, *Febris exacerbata est*... *Tertia die*, *remiserunt omnia*: *& quies erat*: *circa solis occasus rursum moleste ferebat*... *Quarta*, *rigor*; *Febris multa*: *dolores omnium*... *Sexta mente multum motus est*. *Septima quies*. *Octava*, *alia remiserunt omnia*. *Decima & sequentibus diebus aderant quidem dolores*... *Exacerbationes autem & dolores huic ad finem usque in diebus paribus magis erant*. *Vigesima*... *sudavit multum*: *visus est sibi a febre liber esse*: *vesperi vero rursus incaluit*... *Vigesima-*

*quar-*

*quarta . . . sudorem multum calidum per totum exsudavit : a febre liber : judicatus est* " . Si superius raptim innuta phœnomena in recensitis Ægrotorum historiis accurate inspiciantur, nulli dubitamus , quin quisque Peritus nobis concesserit & relatos ægrotos Epidemicis malignis Febribus Intermittentibus correptos fuisse , & Hippocratem hasce exarasse historias , ut quæ generatim de quorumcumque Epidemicorum Morborum grassatione adnotaverat, peculiaribus exemplis confirmaret. Idipsum fecisse circa Sacros Ignes , Phlyctænas sive Ecthymata, Aspretudines miliaceas , culicum morsibus maxime similes , Febres Ardentes, Dysenterias, Anginosas affectiones, Tabes, Tusses &c., in quarum ordinem absolutæ in septem Popularium libris Ægrotorum narrationes fere omnes , & aliquæ ex imperfectis manifeste recidunt , easdem consulentibus apertum erit.

*Conclusio Trigesimaprima.*

Illa igitur , tot vetustis ac recentioribus Historicis pariter atque Medicis infamis , Athenarum totiusque Græciæ Pestis, ab Æthiopia contagio irrupta ( §. 80. ), & a *Thucydide* atque *Hippocrate* ( §. 177. ) graphice descripta , unis Variolis ( Concl. XXIII. ) , Morbillis ( Concl. XXVII. ), atque Rubeolis ( Concl. XXIX. ) , harumque principalium Pestilitatum Consectariis Morbis , Ophthalmia (§.204.); Anasarca ( §. 213. ); Tabibus ( §. 214. 266. 328. ); Febribus Ardentibus & Phreniticis ( §. 252. 337. 347. 357. ); Dysenteria ( §. 263. ); Intermittentibus malignis [ §. 266. ]; Tuberoso Parotidum Affectu [ §. 320. ] ; Angina ulcerosa [ §. 374. ]; Tussi convulsiva , Italis *Mal del Castrone* ( §. 398. ] , idque genus aliis Epidemicis Morbis , in septem Popularium Libris ab Hippocrate distincte exaratis , conflata constitutaque fuit: & quidem prorsus eadem, si peracta per nos Analogia firmis innitatur observationibus, ac illa, quam tota Europa , inenarrabili suorum Incolarum excidio , a sæculo saltem decimo ad hunc usque diem , vel inscia , vel incuriosa, infeliciter patitur ; & usque adhuc jam admonita ad illam longe a se exturbandam, proh dolor ! non expergiscitur.

§. 408,

teſtimoniis firmatur. = Relatum eſt (*a*), ſed non ſatis certis Authoribus, *Neapoli* ſub hoc *Morbo*, etiam *Bubones ad alas* viſos nonnullis. = Ut enim mittas (*b*) *Tuſſim clangoſam*, *raucam*, *vehementem cum ſibilo*, quæ ſingulares in ſpiritalibus mutationis cauſas oſtenderet; hæc quoque in omnibus apparuerunt, quod *nares intus*, *loca frontalia*, *fauces*, *Trachea Arteria*, *in gravioribus bronchia*, & *quæcumque pituitaria*, *quæcumque pleura* cinguntur eodem humore, muco, veneno, aut contagis vitio conrepta, impedita conſiſterent: quod cunctis idem ad guttur intus, ad cutim exterius *fervor arderet*, *caput omnibus idem dolor* alligatum gravaret. = Nec vero fuit cœca (*c*) omnium hactenus opinio de *Epidemica Ruſſæ Tuſſis vi*, & *origine*. Nam inter *Italos* (quorum nobis ſuper his ſcripta prolata ſunt) Ill. Medicus *Targa*, quum de *cauſſa Morbi* brevibus indicaret, *tenue neſcio quid in Aere regnans*, & *quaſi Divinum* commemoravit; ſed phœnomena contemplatus intimius, *ſimile quid Morbillorum veneno viſus eſt ſubolere*, *nempe Contagium*. = Quæ dum conſidero (*d*), videor mihi in hoc *Morbo* imaginem quamdam non malignæ modo & *Morbilloſæ contagis*, *ſed peſtiferæ illius Febris*, *cui Britannicæ nomen fuit*, levem illam quidem, quæ pene vacaret periculo, vel non leviter adumbratam videre. = Nec diſpar (*e*) utriuſque conditio, quanquam gradu, & viribus plurimum diſtent; utrique enim & febris natura brevis, & *virium ſumma proſtratio* & *ſudationum neceſſitas*: ſi ſummam omnium, & durationem conſideres, illam omnino vehementer *acutis*, hanc levem, *longis* annumerandum putes. = Invenio nunc (*f*) eam ſimilitudinem cum *Morbo Britannico* apparuiſſe etiam in *Catarrho* 1580., maxime propter *ſudores*, qui aliquibus parcius, aliquibus largius fluc-



(*a*) Ibid. not. 8. ad num. 40. p. 227.
(*b*) Ibid. num. 64. pag. 235. ſeq.
(*c*) Ibid. num 52. pag. 231.
(*d*) Ibid. num. 69. pag. 238.
(*e*) Ibid. num. 70. pag. 239.
(*f*) Ibid. not. 13. ad num. 70. pag. 239. ſeqq.

fluebant; „ *ut nonnullis Medicis de Anglico illo sudore, qui anno* 1529. *mortale genus horribiliter vastabat, suspicio oriretur* " (ex Jo: Bokelio Synopf. &c.). Sed profitemur libenter videri adhuc validiorem animadversionem, quam *Targa* proposuit, inesse huic fatis magnam cum *Morbillorum* veneno naturæ affinitatem. Revera enim non modo consentiunt in eo, ut partes pene easdem proritent, membranas, Fauces, interna narium, atque oculos; ut deinde ad cutim se extrudant; ut *Tussim* & fervores concitent magnos: sed illud præterea maximopere considerandum est, *quod certa & fere constans observatio testatur, consuesse hujusmodi seu Catarrhos, seu Tusses iis in primis annis regnare, per quos Morbilli, & Variolæ dominantur. Ut enim hoc ipso anno passim in Italia, sic anno* 1580., *ante famigeratam illam Tussim, Variolæ, & Morbilli in omnes ætates (teste Bokelio) sævierant vehementer cum strage*. Itemque (ne nimii simus) anno 1733. similem *Tussium* constitutionem, notante *Huxhamio*, *Morbilli* graves & periculosi præcesserant. Quibus observationibus admoneri videmur, esse equidem annorum constitutionem, quæ his morbis maxime faveant: præterea vero, ut & hujusmodi *Tusses persæpe contagiosas esse facilius credamus; & esse quamdam perstantem, atque certam in ejus Contagii Natura, cum Morbillorum contagio, fereque maximam affinitatem*. = Ut omnino [a] esse sui generis *Morbum* singulari, venenata contage, seu *Morbillorum* veneni similem, seu *Britannicæ Pestis* malueris necesse sit. Nec natam casu sub eo contagem in singulis posse videri, quemadmodum fieri sæpe in Acutis proditum est [ *vid. de Epid. & Contag. n.* 60. *& alibi* ]: nam recepta ex uno, plures contage ægrotarunt; sed natam alicubi *ex certis caussis, & ex animali materia coagmentatam*, in veram tandem contagem erupisse. Quod ut alibi alias, sic in *Hyperboreis*, quos *Russos* nominant, accedentibus ad vitæ genus, *& Cæli constitutionem insuetis caussarum potestatibus*, facile potuit contingere.

7. *In-*

(a) Ibid. num. 85. p. 244.

7. *Instituti ratio minime patitur, ut quæ ad rem facientia Ill. hic Auctor subdit (b), vel omittamus, vel contrahamus*: „ Dum hæc, *inquit*, versarentur sub prælo, venere ad manus expectatæ diu pagellæ perbreves *Antistii Il.* [ *Cæs. Academ. Nat. Curios.* ] ex Germanico Italicæ, titulo: *Storia della Malattia detta Catarro Russo, descritto da un Medico, e tradotta dal Tedesco. In Firenze* 1782. = In quibus quum multa sint, quæ annotari suis locis meruerint, indicabimus ea paucis hoc loco. Primum ex historia Morbi, quamquam nullo Authore, genitum eum in *Orientali Asia* venisse *Petropolim*, inde in *Daniam*, *Sveciam*, rursum in *Britanniam*, indeque in *Americam* etiam emigrasse [ non utique opinor per *Cookii* fretum, quamquam eo freto inter *Americam*, atque *Asiam* distare minimum doceat ]. Morbum esse Febrim a materie; eam materiem esse *Miasma*; *Miasma* autem quum dicit, *Contagium* dicit; quam enim affert ex *Blancardo Miasmatis* definitionem, ea *Contagii* definitio est. Id *Contagium* in *athmosphæra versari*, inde in humanum corpus traduci: *neque id tamen in Aere vitium esse epidemicum*: *Che se fosse qualità cattiva dell' aria, si propagherebbe il male con più velocità, e diverrebbe dal primo manifestarsi universale, e non attaccherebbe, come accade, al principio pochi; poi più, e più successivamente . . . Non sarebbe necessario il trasportarlo co' bastimenti dal Nord, come accaduto è in Inghilterra.* [Not. Et hactenus quidem recte, nisi si forte aliqui minus probaturi sunt esse *Miasma*, aut *Contagem*, quæ ab Aere in corpus trahatur, quod certe *Boerhaav.* minus probabit [*vid. de Epidem.* §. 2. ]. Sed quæ sequuntur paullo duriora: *Il Miasma, di cui si parla, non è di qualità maligna, essendo che si può superare dalla sola Natura, con le sole due condizioni; che esige per farlo, di quiete, e di dieta. Se fosse di maligna specie, avrebbe causato una Peste, che non avrebbe avuto il Mondo altra simile.* Quidquid sit de maligno, deque Natura malignum id superante per Febrim;



(a) Ibid. not. 15. p. 244. seqq.

nego Pestem, nisi a Peste, quæcumque malignitas futura sit, posse gigni [ *de Epidem. & Contag. passim* ] [ *Confer. nostrum Opus* §. 62. ]. Quemadmodum enim nec Variolam sine Variolarum materia Natura unquam excitavit, ut *Swietenius* etiam consentit [ *ad Boerh. n.* 1382. ] ; sic neque Pestem, quæ vera sit Pestis, nisi Pestis, aut quæ vere exotica, & primigenia sit, nulla potest *Contages* inducere. [ *Confer. præsens Opus* §. 31. ] . . . Quum autem in hoc Morbo agnovisset *Contagium*, quæstiunculas illas quasdam cur posuerit non magnopere intelligo: *Possitne Morbus præverti? quousque ad Meridiem iturum putemus?* Contagiorum enim ritu, nisi intercipitur, iturum quo casus rerum, & *commerciorum vices provexerint*, perspicuum est ".] *Hactenus Eques Rosa*.

8. *Qui in hoc nostrum Opus sententiam tulit*, *in* Libro Secundo Institutionum Medicarum Partis Posterioris, quæ est Nosologica, *Tussim Asthmati copulans ad rem nostram hæc solum adnotavit* [*a*]: ,, Nil fere est ex dictis hactenus, quod *Tussi*, æque ac *Asthmati* non conveniat. Inter hos Morbos etenim eadem videtur intercedere differentia, ac inter *tonicam*, & *chlonicam* [ 786. ] convulsionem ; & revera sævior, pertinaciorque *Tussis* Asthmatis vehementiam, & aspectum proxime æmulatur. = Est hujusmodi ferina illa *Tussis*, quæ Infantes frequentissime torquet, & *non raro popularis est*, ac a viscidissima, & acri pituita *ventriculum & pulmones ipsos occupante plerumque pendet*. Hujus creberrimi plerumque recursus *Asthmatis* accessiones imitantur adeo, ut facile nullum sit inter eos morbos notatu dignum discrimen ".

9. *Sepositis hypotheticis disceptationibus*, *ex hactenus allata nuperrima* Epidemicæ Tussis *historia clarum est*: *I.*, *hanc Pestim apud Europam adfuisse*, *& etiamnum adesse* Contagiosam ( *n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. ), *quæ lente*, *sensimque ab uno vel altero in plures serpendo* ( *n.*7. ), *ab una in alteram regionem*, *hominum commerciis traducta* ( *n.* 2. 6.7.)

(*a*) §. 933. cum not. p. 414. ad 415.

6. 7.) *nedum Europæas cunctas Nationes, sed fere totum Orbem peragravit, modo* benigna, maligna *non raro*: *II., adfuisse non semel* absque contagio, *quæ tamen veluti extempore, raptim, & brevissimo temporis curriculo universam pene Europam occupavit* (*n.* 6.) *inque Anginam, Peripneumoniam, atque Pleuritidem, sæpius conversam* (ibid.): *III.*, contagiosam, *sæpius, ni dicamus semper, Variolas, Morbillosque fuisse consequutam vel comitatam* (*n.* 6.): *IV. demum, eamdem a sæculo decimoquarto ad decimumquintum, perquam raram apud Nos extitisse; a sextodecimo ad decimum septimum, frequentiorem; nostro denique frequentissimam* (*n.* 3. 5.). *Ex hisce ratis igitur observationibus consequitur primo, efficientem Causam Tussis* contagiosæ, *necessario aliam, atque diversam esse ab ea, quæ* sine contagio (*II.*) *grassata est; diversamque ejus causam diversam & unicuique propriam expostulare* Prophylaxin, *atque* Therapian; *secundo, rem fuisse Reipublicæ peroptime profuturam accuratam præteritorum Medicorum investigationem, num* contages *hujus diræ* Tussis *a* Variolis Morbillisque *solummodo eructetur, uti suadere nobis videntur ejus frequentissimæ nostris hisce diebus recursiones; an potius sit sui juris* contages exotica, *an* Europæ indigena. *Generica Morborum omnium juxta* Hippocratem *divisio* (§. 18.) *nuperæ Pathologiæ subversionem detegit; dum* Constitutionali, *sive ex* magna temporis mutatione ortæ Tussi [§. 27.] Epidemici *nomen, unis* contagiosis *Morbis* (§.14.) *peculiare, tribuitur, non aliam ob causam, quam quod* populariter *grassata sit, quasi ex mente* Hippocratis *communiter grassari non omnibus Morborum generibus conveniret* (§.19). *Haud mirum igitur si uni* Epidemicæ Tussi (3. 5. 6.) *tot indita nomina, Tirones immensum a veræ Medicinæ scopo abducentia. Equidem rectissime Ill.* Macbridius *hunc veluti canonem* (*a*) *adstruxit*: „ Perfectam atque absolutam Morborum historiam tam diu desiderabimus, dum systematica divisionis methodus ab omnibus Medicis recepta fuerit "; *Sed*

(*a*) Introd. Method. Tom. II, Lib. I. Cap. VI. p. 34.

*Sed tam longe abest, quod nupera Nosologia præ illa* Hippocratis, *perperam derelicta, ad rem aptior evaserit, ut non minus recte, etsi nimium acriter Ill. Eques Rosa sequens exaraverit judicium* (*a*): „ Indignor, *ait*, ego jamdudum, fereque jam pene etiam stomachor, Viros graves & doctos Medicos, quorum Doctrinam. & veneror, & vehementer suspicio, novandi studio, in tantam hoc præsertim sæculo, hac ætate, non barbaricam modo, sed inconditæ rusticitatis licentiam exarsisse, ut Luxuriem Scientiæ non firmandis præceptis, *non finienda Morborum cognitione*, sed discerpendis Morborum rationibus, coacervandis, non nominum porro, sed inconditarum vocum piaculis, hirta omnia, impervia, salebrosa, perhorrida ad terrores artis, an ludibrium reddiderint. Multiplicatis enim non rerum, sed vocum confragosis ambagibus, fallor, *si ulla jam constat genuina, simplex suis Morbis notitia*. Nec jam opus exemplis; sed *Tussim Russam*, aut luscum illud Gallorum *Coqueluque*; vel Catarrhum anni 1580. videat, si cui volupe est, in tota *Sauvagesii* familia, ad *Dolores* (class. 7. ord. 4. 2. 3.); ad *Anhelationes* (class. 5. ord. 5. 11.); ad *Phlegmasias* (class. 3. ord. 3. gen. 19. 6. g. 20. 2.); inter *Febres* item ad *Synochas* (Gen. 2. 5.); ad *Amphimerinas* (class. 2. gen. 6. 12.), quo loco alterutrum non genere, aut ordine, sed totis late classibus discreto, collocare maluerit, licebit jure. Est enim illa docti hominis ad perlucidam rationis Medicæ simplicitatem egregie comparata ordinatio, in qua mirifice sibi placent Moderni ". *Ab hac non dissimilis fuit sententiæ Ill.* Burserius, *ubi de Febris Synochæ Synonymis: subdit enim* (*b*): „ Neque hic credas Synonimorum finem esse. Tanta enim est hodie nomina pro lubitu innovandi licentia, atque intemperantia, ut, nisi aliquantum coerceatur, eorum numerus excrescere demum debeat in immensum, & plurimum memoriæ & tem-

(*a*) De Epidem. & Contag. Acroas. Sched. ad Catarrh. Not. A. ad num. 59. p. 259. seqq.

(*b*) Vol. II. Part. alter. §. CCXXIV. p. 44.

temporis requiratur ad ea sola *fine ullo propemodum fructu* perdiscenda. Hinc nomina a *Veteribus* imposita, & *per plurima jam sæcula a Scriptoribus usurpata*, etsi interdum minus propria, retineo libentius. Nova enim, ut ut plerumque aptiora, sæpe tamen *barbarica* sapiunt, aut *confusionem* pariunt, caussamque præbent *Priscorum* Libros versantibus, *ut non intelligant*, quibusnam veterum hæc recentia respondeant, aut Morbum pro Morbo decepti accipiant". *Conferatur Ill. Zimmermannii exordium in additione XII. extemporali a nobis exscriptum. Sudent equidem, algentque & ad ravim usque, si velint, exclament, Hippocratis, vetustorumque Medicorum Detractores. Apud Cordatos ne hilum proficient. Fere in omnibus, & præsertim in Nosologia illis stemus oportet, si, quæ posteriores ex magnis in observando laboribus assequuti sunt, nuperis repertis, in nobilissimæ Artis Medicæ augmentum simul & perfectionem concurrentibus, nos tandem proficere velimus.*

10. *Ingenuos interim Medicinæ Antistites, quos iterum iterumque appellabimus, decernant rogamus, num ad nuperam* Epidemicæ Tussis *historiam aliquid novum, & humano generi profuturum adjecimus; numque susque deque genuinam, a Magno* Hippocrate *detectam, ratisque firmatam observationibus, genericam Morborum* Pathologiam *in rectum ordinem reducere conati simus.*

## §. 407.

### *Fragmenta in septem Popularium Libris extantia, quæ Hippocratem Variolas, Morbillos, atque Rubeolas sub aliis nominibus descripsisse manifestant.*

Ex Popul. Lib. I. Sect. III. Ægr. II. p. 674.

Ὀγδόῃ ἵδρωσε δι' ὅλε ψυχρόν. ἐξανθήματα μετὰ ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ, οἷον ἴονθοι· (ἃ καὶ) παρέμενε (καὶ) ὐκ ἀφίσατο; nimirum; „*Octava sudavit frigidum per totum sudorem: Papulæ cum sudore rubræ, rotundæ, parvæ; velut vari permanebant, non abscedebant ... Undecima mortuus est.*

Ibid.

§. 408.

*Chronologica Variolarum historia hanc Pestim Europæ prorsus exoticam demonstrat ; uti eidem alienigenæ sunt reliquæ Pestilitates tam acutæ, quam chronicæ.*

Si haud infelici labore hactenus evictum dedimus, Atheniensium Pestim, haud bubonicam, sed omnino Variolosam fuisse; in dubium nemo vocare poterit, eamdem tunc temporis uti Morbum exoticum, incognitum & apprime novum Athenienses incessisse, gravissimo historico *Thucydide* id asserente (§.66.). Prima itaque in Europam Variolosæ Pestis irruptio *Thucydidis* & *Hippocratis* diebus contigit : nec in ipsam *Ægyptum* antea contigisse, memoriæ proditum est ; nisi aliquis contendere velit, *Moysen*, cunctorum Scriptorum ætate majorem, auctoritate maximum, veritate divinum, in illis *ulceribus vesicisque turgentibus* [a], quibus adorti Pharaonis Malefici *nec poterant stare coram Moyse* ; & quæ sextam, nec pridem visam, constituerunt Ægyptiorum *plagam*, Morbum Variolosum descripsisse.

*Additio decimaquarta.*

1. *Longe antequam hunc susciperemus laborem, ex* Swietenio *perspectum habebamus, Cel.* Hahnium, *ejusque Asseclam Ill.* Trillerum *contra Recentiorum sententiam propugnasse*, Hippocratem *Variolas cognitas habuisse simul & descripsisse ; adversus primum contrariam sententiam tuente Præclarissimo* Werlhoffio, *Trilleroque illius partes contra hunc assumente. Nobis itaque id argumentum exagitaturis summum adfuit studium horum virorum hac super re conscripta opuscula consulendi, maxime, quod apud* Swietenium nec Hahnii *nec* Trilleri *momenta ad Institutum recensita fuerint* [ §. 4. ]: *unde perplexi hærebamus ne actum denuo ageremus. Nostræ vero in his Libris comparandis curæ apud Siculos Bibliopolas incassum cessere. Nuperis autem diebus* Werlhoffii *ac* Trilleri, *haud vero* Hahnii, *Commentaria assequuti sumus. Avidissi-*



(a) Exod. Cap. IX.

*me ea perlegimus, optantes potius, quam pertimescentes nostros labores Celebrium horum Virorum studiis respondere. Spes vero nos fefellit.* Hahnii *enim propositum Institutum a nostro summopere dispar ac diversum fuit* : „ Nuper , *inquit laudatus Werlhoffius* (*a*), quidem Vir (*Hahnius*) artis observandi peritissimus, & doctrina multi juga expolitus, in *Anthracum* seu *Carbunculorum* vetusta descriptione, ipsas nostras *Variolas*, apud Græcos præcipue, latitare opinatus est. Ingeniose profecto, docte, & eleganter, conjecturam illam proposuit, atque stabilivit, &, pro suo in vera Artis incrementa studio, editum de illa libellum utilissimis observationibus variis interspersis exornavit " . *Præ cæteris rationibus, quibus Nos evicisse credimus*, Atheniensium Pestim *minime extitisse* bubonicam, *sed prorsus Variolosam, & illa præcipua adest* ( §. 120. ), *quod sub prima ipsius grassatione, a* Thucydide *descripta, nec* Anthraces , *neque* Bubones *excitavit ; & quos tertio anno sub* Hippocrate *eructavit* ( §. 261. ), *fuisse symptomaticos: Unde quicquid Ill.* Werlhoffius *adversus* Hahnii *sententiam disseruit*, *Institutum nostrum haud tetigit ; quinimo ultimam hujus nostræ assertionis particulam hisce roborat verbis* (*b*): „ Est ( *Anthrax* ) vel *simplex*, quod plerique omnes Scriptores scribunt , vel *malignus*, aut etiam *pestilens*... Malignum non eum solum dixero , qui proprie pestilens sit, seu ipsi Pesti accedat..., sed etiam , qui Variolis malignis , & aliis Febribus acutis, *symptomaticus* accedat, exitioso haud rarenter cum eventu, materia istorum Morborum ad causticam indolem evecta, & in unum ita collecta & detrusa locum: ex cujusmodi causa in aliis extra Variolas Morbis nullæ unquam veræ nascentur Variolæ , uti natos Carbunculos *symptomaticos* videre sat sæpe licuit " . *Cuinam partium , haud contradicendi libidine, vel rabiei , Medicorum non paucis insitæ , æstro ; sed perquirendæ Veritatis studio humaniter, amiceque pugnantium , nulloque Artis ludibrio inter se dissentientium, hujus disquisitio-*

(*a*) De Variol. & Anthrac. Præfat. p. 4. Edit. Venetiis 1759.
(*b*) Ibid. Cap. III. §. IV. p. 60. 61.

*sitionis victoria tributa sit* ; *ex nota* , *quam 'Ill.* Trillerus *in calce secundæ Epistolæ ad* Hahnium De Antrhacibus Veterum *adjecit* , *liquet* : ,, Relectis , *ait* [ *a* ] , jam post integrum triginta annorum decursum , denuo his ipsis Epistolis nostris ; ita nunc ingenue sentio : Variolas morbum plane novum non esse ; sed Veteribus dudum cognitum , quod ex ipsa hominum Natura & ipsius consuetis affectionibus & circumstantiis , facile demonstrandum ; ab ipsis tamen haud exacte ac distincte descriptum ; sicut postea , præsertim ab Arabibus , factum . Probabile quoque videri , sub Græcorum Anthracibus forsan ipsas simul latere Variolas ; certo tamen & manifesto demonstrari vix posse , Anthraces revera esse Variolas . Cæterum vero in hac nobili controversia agitanda , nemo prudens , spero , *B. Hahnio* meo denegabit ingenium , venustatem & ornamenta ; sed nemo quoque æstumatissimo *Werlhoffio* meo , adhuc per Dei gratiam viventi , judicium , veritatem & argumenta " . *Cuilibet vero ipsorum victoriæ laus adjudicetur* , *nullum in genus humanum emolumentum ex eorum Instituto expectandum fuit* . Hahnius *&* Trillerus *Variolarum antiquitatem non alio intuitu propugnarunt* , *quam ut probarent id Morbi genus hominibus insitum atque connatum* : Atqui , *sic loquitur Trillerus* (*b*) , perquam credibile est , sub istis Morbis ( *Exanthematicis* ) uno sæpe nomine comprehensis , multos Morbos latere , quos pro novis hodie & veteribus incognitis perperam habemus : nunquam enim mihi eorum probata fuit diligentia , qui certam Morborum genealogiam constituere , atque eorum ortum , progressum , & quasi migrationem deducere scrupulose nimis allaborarunt ( *Tanti viri pace dixerimus* , *hanc non probatam diligentiam* , *quinimo prætermissum studium* , *Epidemicorum Morborum ortum* , *progressum* , *atque migrationem inveniendi* , *scrupuloseque constituendi* , *infinitorum in Europa excidiorum inexhaustam extitisse & etiamnum existere originem* ).

 Vi-

(*a*) Opuscul. Medic. Vol. II. De Anthrac. & Variol. Veter. p. 36. 37. Edit. Francofurti & Lipsiæ 1766.
(*b*) Ibid. Epist. II. p. 15.

Vitia erunt donec homines, gravissimi Historici vox est; sic Morbi fuerunt & erunt, donec homines ( *Pestis bubonica, Lepra , Elephantiasis , Lues Venerea , Scorbutus , Lichen , Variolæ, cæteri Epidemici Europæ exotici Morbi , apud Nos vetustis sæculis non fuerunt , & ubi ab Europa expellantur, & circumspectione a novo ingressu prohibeantur , nunquam erunt* ). Prisca mortalium gens eodem, ac Nos, modo generata, propagata, & educata fuit: Luxus in plerisque profusior , libido vehementior & peccandi impunitas major olim fuit, ac nostra hac ætate: Quis ergo credat, paucioribus & mitioribus eos obnoxios fuisse Morbis, & nos solos vitio quasi ereatos, promeruisse, ut Lue venerea, Variolis, Morbillis , Rachitide , Petechiis, totque Febribus , *quæ nomen sibi adhuc quærunt*, affligeremur , & alieni sceleris pœna in solis nostris cervicibus innocuis resideret? “ *Illi equidem , qui Epidemicorum Morborum alienigenum ortum , novum in Europam ingressum, & hominum incuria in omnes Regiones migrationem assequuti , eosdem extinguendi indolentiam humaniter complorant . Sed nec aliquid utilitatis in Rempublicam redundare poterat ex Werlhoffiana Variolarum Æthiologia. En quæ fuit ejus hac super re sententia* (a): „Neque vero, *ait*, incongruens fuerit *conjectura* , latuisse illum affectum [ *Variolosum* ] in alicujus Nationis, a commercio cæterarum gentium satis remotæ , latebris ; ibique vel *Endemium* dudum fuisse, vel aliquando, ut alii peculiares Morbi , *quacunque de causa epidemia , forte ad endemiam quamcunque accedente*, natum ; & deinde, quum Contagium ejus specificum , in quovis fere humano corpore , *fomitem semel incendi aptum repererit*, sparsum id esse , sub istarum gentium commerciis per totum cæterorum mortalium genus:

*Nihil est cur tempore certo*
*Admirere novis magnum marcescere Morbis*
*Aëra, contagesque novas viventibus ægris*
*Sidere sub certo fieri , & per sæcula longa*. Sunt
*Fracastorii* versus ec.

Sa-

(a) De Variol. & Anthrac. Cap. I. §. VI. a p.20. ad 26. cit. edit.

Saracenos doctissimus *Freindius* putat Variolarum esse propagatores, sed primitus eas passos remotæ *Asiæ* habitatores alios: Ill. *Sthalius* interioris *Africæ* incolas accusat, haud sine probabilitate; dum & isti cum *Nili* origine, per commerciorum defectum, diu latere potuerunt; & hodie *Cayri in Ægypto* quotannis pestilentes Pueris Variolæ grassantur; juvante *Nili* exundatione: Celeberr. *Junckerus Nigritas* singulariter indigitat, nempe *Nigri* fluminis, *Nilo* exundationibus simillimi, accolas, & *Cafros*, apud quam populorum bigam perquam familiariter Variolæ & Morbilli grassentur. Conjicit inde ibi *endemios* esse, & plus semel hominem infestare. Cl. *Gœlickius* etiam adeo inter *Nigritas* Variolas & Morbillos familiares esse, ut eumdem hominem bis terve invadant, memorari affirmat. Neque *forte probabilitate caret conjectura nostra*, *Nigritarum* interiorum aliquos, a commercio cæterarum gentium remotiores, Fluminis sui periodice exundantis, & passim restagnando putrescentis, vaporibus haustis, morbum aliquem Acutum *epidemium* suscepisse, cujus materies, ob diversam præcipue a cæteris Nationibus cutis succorumque eo defluentium habitum, accedente ingenti Regionis fervore, & nocturni frigoris vicibus, singulariter ad cutem determinata, ibique restagnans, enatis Pustulis ejusmodi singularibus, hanc ipsam induerit indolem, ac tandem, per contagia & commercia frequentiora, sese cum cæteris Nationibus pariter communicarit. Id quod tunc *forte* præcipue fieri potuit, quum & Europam fere omnem, & interiorem Africam, *Saraceni*, nullas regionum itinerumque molestias veriti, migrationibus suis, impugnationibusque invaserunt, & loca immensum sejuncta suæ Nationis miscuerunt commercio. = Sane in *Americam* etiam a *Nigritis* præcipue delatus hic Morbus, & certe ibi *novus* est, eoque, uti & in Orientales Austrinasque *Indiæ* Insulas demum cum Europæis migravit, ac

*Aëra permensus multum camposque natanteis,*
*Incubuit tandem populis*. Lucretius.

Contagium, quod transferri potest, eminentissime omnibus veris Variolis adhæret; atque, si quid judico, *inter nos vix*, *ac*

*ac forte n e vix quidem , sine contagio producuntur*. Haud enim scio , an quisquam de hoc Morbo dicere jure queat , quod *Fracastorius* , quo jure nescio , de *Siphylide* poetice profatur „ *ostendere se posse multos , qui hanc sponte sua senserint , primique tulerint* ". Neque vero novum hodie ortum fingere opus est. Nam in nostris Regionibus Variolæ nunquam amplius generatim cessant , ut non alicubi , modo in hoc loco , modo in alio , præsertim in magnis Civitatibus, perpetuo hæreant , & *favente statu epidemico* , & *singulorum corporum diathesi*, accrescenteque denuo, singulis in locis , pusionum nondum antea affectorum numero , alibi rursum per commercia dispergantur. *Dubium exinde pluribus Eruditis est*, num , si plane aliquando nostro Orbe excederent Variolæ , oriture denuo *sponte* & remeaturæ unquam sint. Sane ubique per ægrotantium effluvia , & per vestes, imo forte per chartas litterasque , Contagii hujus , velut etiam pestilentis , fit propagatio , & plerumque clare satis observari ac doceri potest ". *Hactenus Ill. Werlhoffius. Conjecturis igitur , & quidem hypothesium labe non expurgatis , ad explananda Problemata non aptis , nullam secum ferentibus demonstrationem , nec hominum judicia ad assensum cogentibus , hujus Cel.* Auctoris *innixa est Variolarum Origo , nec alio quam a Saracenis ducto initio . Unde utut adversus* Hahnium *clare evicisset , Hippocratem sub* Anthracum *nomine minime indicasse Variolas* , ( *quum circa* Herodoti *atque* Galeni *pestilentialium Exanthematum potiora momenta , Variolosam Pestim aperte demonstrantia , haud satis exsuperasset , uti inferius perspicuum erit* , ) *Medicorum tamen contentionibus finem non posuit , etiamsi præclara circa Variolarum per solum Contagium grassandi , seseque in alia loca propagandi Naturam , dilucide ac docte loquutus esset . Quid ? quod Ill. Auctor* (*a*) *Variolarum Insitionem multis encomiis cumulavit , pro qua conf. Addit. I.? Si certo Europæ exoticas agnovisset Variolas , harum Extinctionem Insitioni præposuisset*.

2. *Bina hic ex disertissimo* Werlhoffio *haud omittenda cen-*

(*a*) Ibid. a pag. 26. ad 29. cum not.

*censemus*; *quæ*, *ne aliquid subrepat erroris*, *suismet verbis exscribere nos decet*; *& quidem primum:* Nomen, *ait* (*a*), Arabicum, *Ignis Sacri*, quo *Ali* ( *Abbas* ) utitur, sonare videtur *almasarah*, *almessera*, vel *almassire*, quod *Johannes Damascenus* & de ipso Anthrace, & de *Erysipelate* adhibet; quoque *Rasis* interpres ita turbatus esse videtur, ut Galeni de Anthrace dicta sæpe de *Erysipelate* ( quod itidem Latinis *Ignis Sacer est* ) enuntiet, notante *Leoniceno*. In *Golii Lexico* vocem illam plane non invenio, neque in ejus *Latino Indice* quicquam de *Erysipelate* aut *Igne Sacro*. *Castellus* eam inter *Erysipelatis* nomina locat. Ad Variolas vero nunquam relata invenitur: quamvis Auctor, vel interpres sat indoctus libri, qui inscribitur *Tacuini Ægritudinum*, dicat *blactas*, seu potius Variolas, quas a Morbillis distinguit, græce vocari *Erysipelata*, Arabice *filias Ignis* ". Sub *Atheniensium Morbo Corpus* ex *Thucydide* ( §. 89. ) *parvis Pustulis*, *& ulceribus effloruit*, *in græco textu* Phlyctainais micrais, cai elcesin exenthecos, *&* Hippocratis ( §. 183.) *græca verba* Erysipelata polla *a doctissimo* Freindio, *cui in multis* Werlhoffius *adstipulatur*, Sacri Ignes plurimi *vertuntur* (*b*); *bique ex* Lucretio, Virgilio, Columella, *Græci Idiomatis peritissimis &* Hippocrati *proximioribus*, *Pustulas Contagiosas lethalesque* ( §. 193. ), *Variolis simillimas*, *significant*. *Dubium igitur*, *an* Tacuini Ægritudinum *libri Interpres* sat indoctus *merito sit vocatus*. *Secundum*, *quo Peritissimorum attentionem perillustris* Werlhoffius *provocasse videtur*, *circa Magnum versatur* Hippocratem: „ Ego vero, *inquit* (*c*), *Hippocratem* de *Carbunculo cum Peste nusquam locutum esse existimo*; immo ab ista opinione longius absum, quam ipse Cl. *Hahnius*, qui statum illum Hippocratis *Limode*, *pestilentem* inscriptum ( Epid. 3. ), ubi de Carbunculis loquitur, de vera pestilentia, & quidem de famosa illa *Atheniensi* agere, quam descripsit *Thucydides*, operose contra *Frein-*

(*a*) Ibid. Cap. III. §. XI. p. 79.
(*b*) Oper. Medic. p. 19.
(*c*) Ibid. Cap. IV. §. XVII. p. 149. seqq.

*Freindium* disputat. De *nulla Pestilentia* sermonem esse *Hippocrati*, & minime de ista *Attica*, cum doctissimis viris, *Freindio* ( in epid. Hippocr. l. 1. & 3. p. 79. 119. ) & *Schultzio*, omnibus rite examinatis, sentio. Titulus *Hippocraticæ* tractationis est *Catastasis Limodes*, *Status pestilens*, & vox *Limodes*, teste *Galeno* ( Comm. 3. §. 2. ) dubium est, utrum ab *Hippocrate*, an ab aliis adscripta sit. Nil vero id refert. Nam non indicatur isto nomine vera Pestilentia, non Morbus aliquis ( *Confer. nostrum Opus* §§. 166. 167. ), sed Aeris ac tempestatis status, Morbis & Febribus præcipue *Epidemiis* quibuscunque, producendis aptus, quæ multis hominibus noceant. Omnis enim Febris ex communi Aere nata *Hippocrati Limos* est [ de flatibus p. m. 297. „ *Febrium duo sunt genera*, *unum quidem omnibus commune*, Limos *appellatur*, *alterum vero ob privatam cujusque malam victus rationem contingens*. " ] [ *Confer. nost. Op.* §§. 18. 19. 20. & 180: ]. Non dicit, quod Cl. *Hahnius* vult, ab Austrinis regionibus Morbum provenisse; uti clare *Thucydides* in *Æthiopia* Pestem initium sumsisse recenset; sed anni ejus tempestates ventis imbribusque austrinis maxime scatuisse. At illa *Attica* Pestilentia non unius anni, neque Aeris græci, aut asiatici soboles fuit, triennio jam ante *Romæ* grassata ( Cl. Schultz. hist. Medic. p. 187. teste Livio ). Symptomata multa unius ejusdemque Morbi *Thucydides* describit, historia connexa, clara, & longe uberrima. *Hippocrates* multos, eosque diversos, toto sensim anno grassatos affectus, evidenter, & distincte, sed breviter, pro more, indicat: multa vero Symptomata præcipua tacet, *Thucydidi* memorata, quod Lectorem quemlibet testor: neque mentionem injicit memorandi illius portenti, quod animantia carnivora a cadaveribus, quæ plura insepulta Athenis jacuere, aut abstinuerint, aut perierint iis degustatis. Quid multis? sufficiunt *Thucydidis* verba, præcipuum Pestilentiæ illius characterem exprimentia: „ *Annus ille*, *ut in confesso est*, *inter omnes maxime aliorum morborum immunis fuit*; *quod si quis alio prius laborasset in hunc omnes decumbebant* ". Et deinceps: „ *Morbus alius præterea nullus eo tempore infestavit*, *ex*

*ex iis, qui consueti habentur; si quis autem accidisset, in hunc desinebat* ". Quisquis hæc contulerit cum longo variorum affectuum, & diversissimorum Morborum, neutiquam in unum desinentium, catalogo, quos Hippocrates suo illo anno sensim grassatos ordine recenset & distincte tractat, is sane differentiam facile deprehendet. Fatetur ipse Cl. *Habnius*, *Thucydidi* eo ipso expresse contradicens, non unam Pestem, sed multos simul ab ea distinctos Morbos, interque eos Anthracem, recenseri, quem e contrario, una cum Bubonibus, ad unius suæ Pestis symptomata referre *Historicus* videtur (,, *Malum ad pudenda, & ad summas manus & pedes decumbebat* (ubi etiam Diemerbroeck periculosissimos Carbunculos notavit) *& complures his amissis evaserunt, nonnulli & amissis oculis* ". De quorum *Anthracasi* paullo supra diximus). *Hippocrates*, initio statim tractationis, accidisse eo anno dicit: I. Ignes Sacros; II. Faucium & vocis vitia; III. Febres Ardentes cum phrenitide; IV. Serpentia oris ulcera; V. Pudendorum tubercula; VI. Lippitudines; VII. Carbunculos; VIII. Alvos perturbatas, cum anorexia, cum vel sine siti, cum urinis turbulentis, & sopore, aut pervigiliis; IX. Morbos cum difficili vel nulla Crisi, idest, ut deinde explicat, ejusmodi Febres tertianas, quartanas, nocturnas, assiduas, diuturnas, incertas & vagas, implacidas; inconstantes; X. Hydropes; XI. Phthises denique multas. Hos affectus omnes in principio nominat, & ,, *ex qualibet*, inquit, *morborum, quos recensuimus, specie complures ægrotabant & moriebantur* ". Dein eodem ordine unum post alterum uberius percenset. Considerent velim Judices periti iterum atque iterum totam *Hippocratis* de illa pestilenti Constitutione tractationem, ejusque ordinem, neque dubito, quin me recte sentire judicaturi sint ". *Hactenus Ill.* Werlhoffius. *Parcant æqui bonique Lectores longissimi textus exscriptioni: Jam enim introspiciunt, quod, si quæ cordatissimus Auctor edisserit, firmo inniterentur talo, nostri Instituti ratio, si non prorsus tota, magna saltem ex parte corrueret, pessumque daretur. Præclarissimi igitur Werlhoffii, cujus robustam rei Medicæ literarumque Doctrinam mirari nos subit,*

*bit*, *in* Thucydidem *atque* Hippocratem *Adnotationes*, *una veritatis eruendæ studio*, *debitaque in literatum Virum observantia*, *sub alio fortasse aptiori aspectu*, *quem ipse alio intentus haud probe prospexit*, *aliis peritis Judicibus perpendendas sistere*, *nobis haud juste quis negarit*. *Ne vero longius abeamus*, *cogamurque iterum una super re sermonem revocare*, *notam ad citatum* Scultzium *ab Auctore appositam hic subdere autumamus*. „ Et Schultzio, *inquiebat*, histor. Medic. p. 188. ubi totus *Thucydidis* locus descriptus extat, ut cum *Hippocrate* conferatur, qui ne verbulo quidem unquam ejus Pestilentiæ meminerit. *Galenus* quidem de *Theriac. l. 5.* istam Pestilentiam Hippocratis ope repulsam putat, idque Senatusconsulto *Atheniensium* comprobat. Extat id in calce Operum *Hippocratis* edit. Fœsianæ p.1290.. *Epistola Pæti ad Arthaxerxem* ibid. p. 1272., & *Vita Hippocratis* a *Sorano* scripta ibid. p.1298., & *Thessali Filii oratio* ibid. p. 1294. seqq. eamdem rem memorant; item *Plinius* l. 7. c. 37., & *Varro de re rustica* l. 1. c. 4. Id vero Senatusconsultum discipulos per loca ab *Hippocrate* missos docens, & ista Oratio de *Thessalo* Filio, & genero *Polybo*, & discipulis aliis id explicans, ad suppositios libellos vel ideo pertinere videntur, quia Hippocrates nonnisi XXXI. annos tunc natus fuit, secundum ipsius *Sorani* æram, filiumque certe & generum Medicos tunc non habuit. Epistola vero *Pæti*, cum cæteris *notheias* notas varias habet: conf. *Schultz. hist. Medic.* p.187. seqq., 212. seqq.. *Galenus*, cæterique Auctores ab *Hippocratis* ætate nimium remoti sunt: & *Plutarchus* in *Vita Lycurgi*, *Acroni* vetustiori Medico, probabiliori ratione tribuit, quod *Hippocrati* ab aliis adscribitur, auxilium ad illam Pestilentiam: quamvis utrumque conjungat *Aetius* Tetrabibl. Serm. 1. c. 94. Quicquid vero ejus est, nullus extat *Hippocratis* locus, quem de ista Pestilentia agere probari possit, quam adeo vivis coloribus *Thucydides* & *Lucretius* descripserunt: qui tanti viri nomen haud omissuri fuisse videntur, si tantæ ejus, uti dicitur, in curando eo Morbo partes fuissent ". *Hæc Werlhoffius*.

(*a*). *Quæ ad nostrum Institutum pertinent*, *Ill. Auctoris ani-*

*animadverſiones, per partes expendantur, oportet*: „ De nulla Peſtilentia, *ait*, ſermonem eſſe Hippocrati, & minime de iſta Attica ( *a Thucydide adhuc deſcripta* ) cum doctiſſimis viris, *Freindio*, & *Schultzio*, omnibus rite examinatis, ſentio “. *Et*: „ ubi [ *apud Schultzium ſcilicet* ] totus *Thucydidis* locus deſcriptus extat, ut cum *Hippocrate* conferatur, qui ne verbulo quidem unquam ejus Peſtilentiæ meminerit “. *Adhuc*: „ Nullus extat *Hippocratis* locus, quem de iſta Peſtilentia agere probari poſſit “. *At enim vero, vel nos omnia fefellere ſub jam §§.* 197. 200. 201. 202. 203. 204. 206. 208. 217. 219. 220. 222. 223. 224. 231. 249. 251. *textuum* Hippocratis *cum* Thucydidis *textibus peracta comparatione, qua evictum dediſſe credimus*, Morbum *a* Thucydide *deſcriptum iiſdem phænomenis ac ſymptomatibus ſtipatum fuiſſe ac fuerunt* Sacri *Hippocratis* Ignes, *princeps Epidemicus ab ipſo enarratus; vel Werlhoffium, cæteroſque, ſi qui fuerint, alios, qui id peregerunt*, Thucydidis Morbi *hiſtoriam cum* Sacrorum Ignium Hippocratis *deſcriptione haud probe contuliſſe, diſertis Judicibus decernendum erit*.

(*b*) „ Non dicit [ *ſunt Werlhoffii verba* ], quod Cl. *Hahnius* vult, ab auſtrinis Regionibus Morbum proveniſſe; uti clare *Thucydides* in *Æthiopia* Peſtem initium ſumpſiſſe recenſet; ſed anni ejus tempeſtates ventis imbribuſque Auſtrinis maxime ſcatuiſſe “. *Ventis imbribuſque Auſtrinis Sacros Ignes, horumque conſectarios Morbos, ab Hippocrate deſcriptos, minime ſcatuiſſe, quæ §.* 180. *adnotavimus docere videntur*.

(*c*) „ Symptomata multa [ *ſequitur Auctor* ] unius ejuſdemque Morbi *Thucydides* deſcribit, hiſtoria connexa, clara, & longe uberrima. *Hippocrates* multos, eoſque diverſos, toto ſenſim anno graſſatos affectus, evidenter & diſtincte, ſed breviter, pro more, indicat; multa vero Symptomata præcipua tacet, Thucydidi memorata “. *Thucydides* primum *in* Athenienſes Morbi *impetum, antea nunquam perpeſſum, tamquam hiſtoricus graphice deſcripſit, adhærentia illi, cunctiſque nota pathemata* [ *abſtruſa enim uti Febrim, Morbi ſolutionis morem, Puſtularum receſſionis damna &c. omiſit* ]

*sit* ] *commemorans*. Hippocrates; *etsi haud sub Morbi initio, sed sub ejus deflagratione, tertio nimirum anno post irruptionem* [ §. 177. 182. ] *Athenis adfuerit, connexam, claram, satisque uberrimam* [ *a* §. 183. *ad* §. 251. ] Sacrorum Ignium *exaravit historiam*; *diversas ipsorum species ac differentias recensendo, Morbosque, qui illos, triennio jam grassatos, vel comitati, vel tanquam soboles consequuti sunt, quique sub primo anno, ipso absente, minime forsan contigerunt, prius innuit, dein enarravit*; *nec ullum in* Thucydidis *hujus Pestis historia extat memorabile Symptoma a* Morbo *procedens, cujus* Hippocrates *non meminerit, uti lit. a. adnotavimus*.

(*d*) ,, Neque mentionem, *ait Werlhoffius*, injicit [ *Hippocrates* ] memorandi illius portenti, quod animantia carnivora a Cadaveribus, quæ plura insepulta *Athenis* jacuere, aut abstinuerint, aut perierint iis degustatis ''. *Quia dum hæc Athenis agebantur*, Hippocrates [ §. 177. 182. *&* 322. ] Thasiis *opem ferebat*; *Athenasque accitus deflagrato jam Morbo, recessisque* Peloponnensibus, *tunc Urbem obsidentibus*, Atheniensium *in cunctis rebus catastrophem a* Thucydide *depictam haud spectavit*. *Anno enim tertio nulla cadavera* Athenis *insepulta jacuere*.

(*e*) ,, Sufficiunt, *ait Auctor*, *Thucydidis* verba, præcipuum Pestilentiæ ipsius characterem exprimentia: ,, *Annus ille, ut in confesso est, inter omnes maxime aliorum Morborum immunis fuit: quod si quis alio prius Morbo laborasset, in hunc omnes* decumbebant ''; Et deinceps: ,, *Morbo alius præterea nullus eo tempore infestavit ex iis, qui consueti habentur: si quis autem accidisset, in hunc desinebat* ''. *Inconsuetus, ipsis Medicis incognitus* [ §. 73. ], *summoque gradu contagiosus* [ §. 153. 172. *seqq.* ] *Morbus, ab Atheniensium nemine antea perpessus, in sanos ægrotosque sævitiem suam exseruit, utpote omnes diro illius principatui subditos, circa quem* Sydenhamus *sæpius disseruit*. *Quod si, vel ipso* Werlhoffio *sanciente, id Phænomenon Atheniensium Pestilentiæ* præcipuus *fuerit character*; *hoc ipso id Pestis genus haud* bubonicum *sed* Variolosum *extitisse nos demonstrasse videmur, ex laudati* Sydenhami, Diemerbroeckii, Wil-

Willisii, *atque* Genselii *allatis* [ §. 92. ] *observationibus*. *Sub* Hippocrate *vero*, *post triennium scilicet ab hujus Morbi in Atticam irruptione*, *fracta jam erat ejus sæviendi potestas in illos*, *qui ab eodem evaserant*; neque enim bis eumdem corripiebat [ §. 154. 155. ]; *ex hisque plurimi in Tabem* [ §. 182. 214. 276, *seqq.* ]; *alii in Hydropem* [ §.213.]; *multi in Febres ardentes phreniticasque* [ §. 252. ]; *alii in Dysenteriam* [ §. 263. ], *& permulti in Febres Intermittentes malignas* [ §. 266. ] *inciderunt*. *Confusa igitur*, *personataque primi Pestilentis Morbi facie*, *nil mirum*, *quod* Hippocratem *peculiaris hujus Pestilentiæ*, *tunc primum Athenas irruptæ*, *character veluti aufugerit*; *probe tamen* Sacris Ignibus *primum concessit locum*.

(*f*) „ Anthracem, *ait Werlhoffius*, una cùm bubonibus, ad unius suæ Pestis symptomata referre historicus [*Thucydides*] videtur ". [ *illis nimirum verbis* ] „ *Malum ad pudenda*, *& ad summas manus & pedes decumbebat* "; [ ubi etiam *Diemerbroeck* periculosissimos carbunculos notavit ] *& complures bis amissis evaserunt*, *nonnulli & amissis oculis* ". *Qui perfracte Atheniensium Morbum bubonicam fuisse Pestim contendere voluerit*, Hippocratis *potius* Sacrorum Ignium *narrationi adhærere ipsi consentaneum foret*, *quam* Thucydidis Morbi *descriptioni*. *In illa enim* [ §. 183. ] *extant hæc verba*: „ in pudendis Turbercula, Lippitudines, Carbunculi; *in græco textu*: aidoiois phymata, Ophthalmiai, Anthraces ", *Et* [ §. 252. ]: „ Fluxiones circa pudenda multæ, ulcerationes: Tubercula foris, intus, circa inguina . . . Erumpebant etiam in aliis ulceribus multa, & in pudendis. Carbunculi per æstatem multi ", *in textu græco*: „ elcodea reumata; peri ta aidoia polla elcomata. phymata exothen, esothen, ta peri bubonas . . . ephyero de cai epi ton allon elceon, polla cai aidoioisin. Anthraces polloi meta theros " *Sed qui id argumentum assumpserit*, *ipsum* Werlhoffium *sustinere cogatur adversarium*, *asserentem quidem hic lit. a.* ), Hippocratem de Carbunculo cum Peste [ *bubonicam intelligit* ] nusquam locutum esse. *Quod* Thucydidis *Morbi Atheniensis descriptionem spectat*, *tam longe abest*. *hi-*

*historicum verbis a* Werlhoffio *allatis* Bubones, Anthracesque *sive* Carbunculos *a* Diemerbroeckio *adhuc notatos*, *denotasse*, *quam nihil supra concipi poterit*. *Integer* Thucydidis *textus*, *huc pertinens*, *sequens est* [§. 89.]: „ Morbus enim, qui primas in capite sedes collocarat, per totum corpus, initio a summis partibus ducto, pervadebat ... Nam in ipsa quoque pudenda, & in summas manus, summosque pedes prorumpebat, multique his membris capti mortem vitarunt; nonnulli etiam oculis amissis. *Morbus equidem qui primas in capite sedes collocarat*, *parvis pustulis*, *in græco textu* [§.89.] phlictenais micrais, *ægrotorum corpora efflorescere fecit*, *minime vero Bubonibus Anthracibusque*, *qui ne nomine tenus extant in tota hac* Thucydidis *historia* [§.120.]. Aidos *Thucudidis* [§.89.] *ex* Stefano Blancardo (a), *idem ac* Penis; *&* Aidoion [*ibid.*] [b], *idem ac* Uteri Vagina, *non autem* Inguen, *quo bubones erumpunt*. *Confer*. §§. 125. 203. 261. *Nec apud ullum* bubonicæ *Pestis Scriptorem Auctor* Werlhoffius *unquam inveniet ab Atheniensium Morbo patratam Oculorum destructionem*.

[g] „ Hippocrates, *inquit Werlhoffius*, initio statim tractationis, accidisse eo anno dicit *Ignes Sacros* &c. “. *Et hos Ignes sacros*, *verbis græcis* Erysipelata *significare comperimus*; *unde ex hactenus explanatis eruitur*, Tacuini Ægritudinum *Interpretem*, *qui Variolas græce vocari* Erysipelata *asseruit* [*hic num.* 2.] *a veritatis tramite non abscessisse*. *De reliquis confer. hic lit. c. d. e.*

3. *Ex Auctoribus igitur vel disertissimis*, *qui acriter Variolarum vel Antiquitatem*, *vel Novitatem*, *perquisitis multorum veterum monumentis*, *propugnarunt*, *genuina earum Origo haud exacte comperta fuisse liquet*. *Num vero* aliquid integre novi *super ea Nos in hoc Opere disputaverimus*, *Literatorum Ingenui judicent*; *librentque*, *an*, *dum* Werlhoffius *nobis consentit*, *nullum ex epidemicis Morbis in Popularium libris ab Hippocrate descriptis*, bubonicam *constituisse*

(a) Lexic. Medic. Vol. II. p. 929. V. Penis.
(b) Ibid. p. 1268. V. Vagina Uteri.

*se Pestim* [ *lit. a.* ], *etsi* Anthracum, Bubonumque *in illis habeatur mentio; potiori Nos ratione idipsum de Morbo, quem* Thucydides *illis destitutum retulit, evictum dedimus, & apposite Atheniensium Pestim Variolosam fuisse demonstravimus*.

*Secunda, quam literis traditam comperimus, Variolarum in Europam irruptio Carthaginensium militem, nostrates Syracusas obsidentem, oppressit.*

§. 409. Variolæ ab *Attica* exulare coactæ, post breve annorum intervallum, anno nimirum primo nonagesimæ sextæ Olympiadis, qui vigesimus sextus fuit postquam *Athenas* vastaverant, ex Africæ oris, diri adhuc belli auxilio, ut jam in *Græciam*, *Siciliam* nostram aggressæ sunt; exercitumque *Carthaginensium*, sub *Syracusas* castra metentem, immaniter mulctarunt: quarum grassationis præclarum documentum apud nostratem *Diodorum Siculum* sic scriptum legimus:

....Καρχηδονίοις δὲ, μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ προαστείου καὶ τὴν σύλησιν τοῦ τε τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἱεροῦ, ἐνέπεσεν εἰς τὸ στράτευμα νόσος· συνεπελάβετο δὲ καὶ τῇ τοῦ δαιμονίου συμφορᾷ μυριάδας εἰς ταυτὸ συναθροισθῆναι, καὶ τὸ τῆς ὥρας εἶναι πρὸς τὰς νόσους ἐνεργότατον· ἔτι δὲ τὸ ἔχειν ἐκεῖνο τὸ θέρος καύματα παρηλλαγμένα. ἔοικε δὲ καὶ ὁ τόπος γεγονέναι πρὸς τὴν ὑπερβολὴν τῆς συμφορᾶς· καὶ γὰρ Αθηναῖοι πρότερον τὴν αὐτὴν ἔχοντες παρεμβολὴν, πολλοὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τῆς νόσου, ἑλώδους ὄντος τοῦ τόπου καὶ κοίλου. πρῶτον μὲν πρὶν ἥλιον ἀνατεῖλαι, διὰ τὴν ψυχρότητα τὴν ἐκ τῆς αὔρας μετὰ ὑδάτων, φρίκη κατεῖχε τὰ σώματα, μετὰ δὲ τὴν μεσημβρίαν ἡ θερμότης ἔπνιγεν, ὡς ἂν τοσούτου πλήθους ἐν στενῷ τόπῳ συνηθροισμένου. = Ηψατο μὲν οὖν ἡ νόσος πρῶτον τῶν Λιβύων, ἐξ ὧν πολλῶν ἀποθνησκόντων, τὸ μετὰ πρῶτον ἔθαπτον τοὺς τετελευτηκότας, μετὰ δὲ ταῦτα διά τε τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τὸ τοὺς νοσοκομοῦντας ὑπὸ τῆς νόσου διαρπάζεσθαι, οὐδεὶς ἐτόλμα προσιέναι τοῖς κάμνουσι. παραιρεθείσης οὖν καὶ τῆς θεραπείας, ἀβοήθητος ἦν ἡ συμφορά. διὰ γὰρ τὴν τῶν ἀθάπτων δυσωδίαν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἑλῶν σηπεδόνα, πρῶτον μετὰ ἤρχετο τὴν νόσου καταῤῥοῦς, μετὰ δὲ ταῦτα ἐγίνετο περὶ τὸν τράχηλον οἰδήματα· ἐκ δὲ τούτου κατ' ὀλ-

ὀλίγον ἠκολούθουν πυρετοί, καὶ περὶ τὴν ῥάχιν νεύρων πόνοι, καὶ τῶν σκελῶν βαρύτητες; εἶτ' ἐπεγίνοντο δυσεντερίαι; καὶ φλύκταιναι περὶ τὴν ἐπιφάνειαν ὅλην τοῦ σώματος. τοῖς μετὰ οὖν πλείοσι τοιοῦτον ἦν τὸ πάθος· τινὲς δ' εἰς μανίαν καὶ λήθην τῶν ἁπάντων ἔπιπτον, οἱ περιπορευόμενοι τὴν παρεμβολὴν ἐξεστῶτες τοῦ φρονεῖν ἔτυπτον τοὺς ἀπαντῶντας. καθόλου δὲ συνέβη καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἰατρῶν βοήθειαν ἄπρακτον εἶναι, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ πάθους, καὶ τὴν ὀξύτητα τοῦ θανάτου, πεμπταῖοι γὰρ ἢ τὸ πλεῖστον ἑκταῖοι μετήλλαττον, δεινὰς ὑπομένοντες τιμωρίας· ὥσθ' ὑπὸ πάντων μακαρίζεσθαι τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας. καὶ γὰρ οἱ τοῖς κάμνουσι παρεδρεύοντες ἐνέπιπτον εἰς τὴν νόσον ἅπαντες· ὥστε δεινὴν εἶναι τῆς συμφορὰν τῶν ἀρρωστέντων, μηδενὸς θέλοντος ὑπηρετεῖν τοῖς ἀτυχοῦσιν. οὐ γὰρ μόνον οἱ μηδὲν προσήκοντες ἀλλήλους ἐγκατέλειπον, ἀλλ' ἀδελφοὶ μετὰ ἀδελφούς, φίλοι δὲ τοὺς συνήθεις ἠναγκάζοντο προΐεσθαι, διὰ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν φόβον.

*Analogia quinquagesimaprima.*

§. 410.

....*At Carthaginensibus, post suburbium a se destructum, templumque Cereris & Proserpinæ direptum, Lues exercitum invasit. Tum ad Numinis divini pœnam* (§.66.), *hoc etiam accesserat, quod multa hominum millia unum in locum convenerant* [ §. 159. ], *ipsumque anni tempus ad morborum incrementa efficacissimum erat, & quod æstas illa ardores insolitos habebat* [ §. 160. ]. *Locus etiam ipse causam ad hoc præbuisse videtur, ut calamitas modum superaret. Nam etiam Athenienses in iisdem antea castris* fœda strage Morbus *assumserat, propterea quod locus ille palustris & concavus existit. Principio enim ante solis exortum, quod frigida ex aquis aura exhalaret, horror corpora percellere, mox per meridiem æstus suffocare. Quippe quum tanta hominum colluvies unum in locum coacta esset. = Contagio initium sumsit ab Afris* (§.80.), *quibus catervatim intereuntibus* (§ 157.), *aliquamdiu cadavera humabant. Post augescente mortuorum numero, quum ægrotantium quoque Curatores Peste auferrentur*

*tur* ( §. 66. ), *nemini ad laborantes accedendi fiducia erat* ( §. 139. ). *At præter quam quod ministerium erat sublatum* ( ibid. ), *nullum quoque Malo remedium adhiberi poterat* ( ibid. ). *Nam ex insepultorum* ( §. 130. ) *fœtore*, *&* *paludum putrefactione*, *initio Morbi Catarrhus* ( 296. ), *&* *mox colli tumores* ( §. 95. 98. 200. ) *extiterunt*. *Posthæc Febres paulatim* ( §. 97. ), *&* *nervorum in spina labores* ( §. 89. 95. ), *crurumque gravedines* ( §. 97. ) *insequebantur*. *Huc dysenteriæ accedebant* ( §. 89. ), *&* Pustulæ per totam Corporis superficiem emergentes [ibid.]. *Ad hunc ergo modum plerosque Lues ista vexabat*. *Nonnulli furore* ( §. 201. ), *omniumque oblivione rerum correpti* ( §.129. ), *per castra passim divagabantur* ( §. 157. ), *&* *a rationis sanitate dimoti* ( §. 201. ) *obvium quemque pulsabant*. *Tandem omne quoque Medicorum auxilium tum ob Mali vehementiam* ( §.139. ), *tum repentinum quoque mortis accessum inefficax erat* ( ibid. ). *Nam quinto*, *aut ad summum sexto die* ( §. 116. ) *inter cruciatus atrocissimos* ( §.130. 295. ) *expirabant*. *Adeo ut ab omnibus in bello defuncti beata conditione fuisse prædicarentur* (§.156.). *Adde quod omnes*, *qui ægrotis assidebant eodem Morbo corripiebantur*. (§.152.). *Tanto gravior itaque decumbentium erat calamitas*, *quod nemo afflictis ministerium præstare volebat* ( §. 153. ). *Non enim tantum*, *qui nulla cognatione devincti erant*, *se mutuo destituebant* ( §. 139. ); *sed etiam frater fratrem*, *amicus familiarem sibi ipsi metuens* ( §.151. ) *deserere cogebatur* ". Hæc nostras Diodorus Siculus [a].

§. 411. Athenienses in iisdem antea castris *fœda strage Morbo* consumpti ; *Pustulæ per totam corporis superficiem emergentes*, Febrique supervenientes ; excidii tempus non ante quintum Morbi diem *inter cruciatus atrocissimos* ; nullæ repentinæ citæque mortes, nec ulla Anthracum, Bubonumque mentio; Symptomata omnia a Variolis eructari sueta, & quod verbum *Loimos*, i. e. *Pestis* nec scriptum reperitur, in



(a) Biblioth. Histor. Tom. I. Lib.XIV. num.70. 71. p.697. Interprete Laurentio Rhodomano cum Wesselingio. Edit. Amstelodami, Sumptibus Wetstenii 1746.

in hac *Diodori* succinctis verbis completa Luis historia, Variolosam Pestim contineri nobis suaserunt. Quod si minime aliquibus arriserit, nihil moramur; neque enim Institutum nostrum pertingit.

## §. 412.

*Tertiam Variolosæ Pestis vetustis sæculis apud Europam grassationem Aetius ex Herodoto acceptam Posteris commendavit; simulque Rubeolosam atque Morbillosam innuisse videtur.*

Quonam Sæculo, & quanam in Civitate vixerit *Herodotus*, cujus hic meminit *Aetius*, Cl. *Eloy* edisserente (*a*) non constat. Unus fuit ex quinque hujus nominis Græcis Medicis, & certe ante *Galenum* inclaruit [*b*]; Pustulasque pestilentes Variolis nostris apprime respondentes descripsit; ejusque descriptionis infeliciter amissæ veluti *epitomen Aetius Amidenus*, de re Medica optime meritus, nobis conservavit. Hujus græcum Codicem incassum longe quæsivimus. Utimur igitur latino ex *Jani Cornarii Versione*, *Edit. Basileæ* 1542., ubi (*c*) sequentia leguntur:

## §. 413.

*Analogia quinquagesimasecunda.*

„ Pustularum [ *sunt hæc Aetii verba* ] in Febribus Curatio Herodoti. In Febrientibus assidue fiunt Pustulæ circa labia & nasum juxta Febrium solutionem. Verum in *principiis* Febrium *non simpliciorum*, sed a pravis humoribus ortarum, *circa totum corpus* oriuntur *vibices similes culicum morsibus* [ *a* §. 389. *ad* §. 397. ]. In *malignis* autem & *pe-*

(*a*) Dizion Storic. della Medic. V. Herodoto.
(*b*) Gal. Cl. III. Commeot. II. in Lib. VI. Hippocr. de Morb. Vulgar. p. 168. H.
(*c*) Tetrabibl. II. Serm. I. Cap. CXXIX. p. 259. seqq.

*pestilentibus* [ §. 20., & 387. ] Febribus *exulcerantur* [ §. 89. 183. ], & quædam ad Carbunculorum speciem accedunt [ §. 205. ]. Omnes autem [ §. 183. ] multitudinis corrupti & habitum erodentis [ 223. ] humoris signa sunt. Quæ vero *in facie oriuntur* [ §. 89. & 219. ], omnium malignissimæ sunt [ §. 89. 199. ]. Deteriores autem sunt plures, quam pauciores [ §. 196. ], & majores [ §. 198. ], quam minores; & quæ cito delentur [ §. 245. ], quam quæ multo tempore durant [ §. 242. ]. Deteriores item ferventes [ §. 199 ], quam quæ pruritus inducunt [ §. 242. ]. Et quæ quidem succedunt alvo suppressa, aut moderatas egestiones faciente, bonæ sunt [ §. 295. ], quæ vero fluente alvo, & vomitibus vexantibus fiunt, malæ [ §. 89. 206. 295. ]. Si vero succedentes alvum resiceent, bonæ [§. 296.]. Sequuntur ad Pustulas Febrium Malignitas ( §. 295. 296. 297. ], & plerumque etiam animi deliquia [ *ibid.* ]. Eas igitur, quæ circa Febrium *simpliciorum* solutiones fiunt circa labia & nasum, rosaceo illinire oportet ... At vero Pustulæ *vibices* [ §. 389. ] referentes curentur venæ sectione in principio; si nihil impedierit. Solent enim reversæ intra corpus periculum afferre [ §. 391. ], si non per vomitus aut per alvum acrimonia secedat. Quapropter etiam alvus per Ptisanæ succum, & ova, & oleum chamæmelinum molliatur: detineant autem vesperi infusum per totam noctem. Sed & ciborum contractione utendum est, quo undique multitudo tollatur. At in accessionibus, propter succedentes circa stomachum vehementissimos morsus ( *ibid.* ) aqua tepida data vomere jubemus, digitis aut pennis immissis. Cibi vero adhibeantur contemperandi vim habentes: velut est Ptisanæ succus, aut alica, cum aqua multa. Si vero Febris ardens infestet ( *ibid.* ) illinatur Corpus aqua & oleo, nitro modico admixto. Pustulas enim circa superficiem retinet (§. 381.), & materiam in profundo attrahit, & profunditatem refrigerat, & sæpe sudores excludit, qui acrium humorum multitudinem in vaporem difflare possunt. Cæterum in *pestilentibus* & *carbunculosis* venæ quidem Sectionem adhibemus statim in principio, non autem cibi contractionem. Fames enim

enim pejorem materiem facit, & vires in his conscindit, quas integras servare volumus in omnibus Febribus maxime *pestilentibus*. Siquidem igitur admiserint loci, illinendæ sunt Pustulæ pharmaco crasso & rosaceo, & cerussa, & thure ac vino dulcissimo: aut ex spuma argenti & manna thuris cum rosaceo. Reliquæ vero partes cerato integantur ex eadem materia parato. Conveniunt etiam ipsis omnia cerata & emplastra, quæ ambustis ( §. 183. ) adhibentur. Et Pustulas quidem *circa faciem* calidæ prolutione mitigabimus: quæ vero in reliquo copore sunt per spongias diutius foveantur maxime prurientes ( §. 242. ). Si vero serpentia fuerint ulcera ( §. 222. ), etiam *calcis vivæ* parum ammisceatur: mirifice enim reficcat & serpiginem ipsarum sistit. Quæ vero jam depascunt [ §. 124. 125. 126. 223. 224. 225. ] lenticula decocta cum malicorio ac melle, aut plantagine, aut poligono, aut rosis cum pane integantur. Bonum est autem hic *caprinum lac* ad humorum pravitatem contemperandam: *oportet autem quartam partem lactis aquam admiscere*, & simul coquere assidue versando, donec dimidium de toto superfit, quo neque in casei naturam transiens exacescat, neque fervefactum nidorosum fiat propter Febrem detinentem ( §. 95. *seqq.* 183. ). *Declinatione vero facta* [ §. 239. ] per medicamentum purgatorium idoneum materiæ evacuentur. Postea autem *Antidotus Theriaca* detur, aut *Mitridatica*, aut *alia quædam ad lethalia venena & virus ejaculantia facta*: nam humorum fortis mutatio per corruptionem facta [ §. 223. ] *venenoso pharmaco similis est*. Fiunt porro aliquando *Pustulæ* magnæ [ §. 367. ] colore albæ, modicum pruritum inducentes, redundantes in femoribus, natibus, lateribus & summa ventris plerumque parte [ §. 372. ]: originem autem ex multa lenta & alba materia habent. Hæ cum toto corpore curantur: neque enim gravem morbum minantur [ *ibid.* ], si saltem modico victu quis utatur [ *ibid.* ]. Quod si Febres in his urentes fiant [ *ibid.* & §. 373. ], commodum fuerit frigidam dare in exacerbationum vigoribus, Morbo in vigore existente, *nisi viscera habeant quæ facile læduntur*. Fiunt etiam aliquando

*Pu-*

*Pustulæ* rotundæ, inæquales, subalbidæ, aut subrubræ cum elevatione carnis, aut *variis similes* qui in facie oriri solent, & duræ sunt, ac multum pruritum inducunt, & vigiliarum causa fiunt, dum indefinens adest cupiditas ad scalpendum. Consequuntur autem hæ plerumque ad Febres Intermittentes, & minime gravem indicant Morbum: quapropter convenienti tempore æger in solium calidum intente insideat. Utendum est & iis, quæ foris illinuntur, velut est oleum myrtum, aut letiscinum cum myrto, manna thuris, aut cimolia torrefacta: aut alumine liquido, aut farina fabarum, aut sesamum tritum cum modico aceto illinito. Si vero pruritus urgeant, linteis crudis, aut per spongias ex aqua fervente, foveto. Si autem exulceratæ fuerint, utendum est ceratis ad *ambusta* destinatis, præsertim eo, quod ex hordeo paratur. Porro quæ *valde rubræ* sunt, pessimæ existunt [ §. 373. ]; his autem deteriores sunt *lividæ* [ *ibid.* ], *nigræ* [ *ibid.* ], & tumidæ: similes existentes carnibus compunctis: redundant autem in facie & pectore, & ventre, lateribusque ac dorso [ §. 371. ]. Tales a principio aggredi non oportet, sed differre. *Si enim non successerit, in eum, qui curationem aggressus, aut pollicitus est, culpa recidit*. Si enim permanserint hæ usque ad vigorem, & non progrediantur in pejus [ §. 373. ], non omnino negligere oportet; etiamsi raro [ *ibid.* ], attamen aliquando opem ferre, & opportuno tempore medicamenta adhibere, atque magna animadversione curare. Quæ enim post mortificationem superficiei ex alto emergunt [ *ibid.* ], quid aliud significarint, quam vitam aliquo modo ab internis efferri ". *Hactenus Aetius*.

§. 414. *In Febrientibus assidue fiunt Pustulæ circa labia & nasum juxta Febrium solutionem* ]. Praxim Exercentibus quotidie post Ephemeras, Continuas acutas, quinimo Intermittentes Febres, ex causis sporadicis, vel adhuc endemicis exortas, hujusmodi veluti criticas Pustulas observare contingit, Medici attentionem ferme non exposcentes.

§. 415. *Verum in principiis Febrium non simpliciorum, sed a pravis humoribus ortarum, circa totum corpus exoriuntur vi-*

*vibices, similes culicum morsibus.* ] In *principiis Febrium &c.* Hæc est prima differentia, quam interponit inter *Pustulas* superius indicatas juxta Febrium solutionem accedentes, & *Vibices Febrium non simplicium*; harum nimirum eruptio sub ipso Morbi initio. *Circa totum corpus* ]. Alterum est ab allatis Pustulis discrimen, quod, haud circa labia & nasum ut illæ, sed per totam Corporis superficiem exoriantur. *Vibices* ]. Ex *Langio* [ §. 382. ], qui *Aetii* græcum codicem præ manibus habuit, græce *molopes*, & ex *Stephano Blancardo* [*a*]: „ *Molopes, Vibices, Enchymoma, Sugillationes, idem sunt, dicuntur rubores vibicum instar in Febribus malignis & pestilentialibus producti* ". *Langius*, uti citata §. 382. innuimus, usus est hac *Aetii* vibicum, culicum morsibus similium, descriptione adversus *Fracastorium*, Petechialis Febris novitatem apud nos afferentem: unde hic Auctor id Pustularum genus Morbum *Exanthematicum* saltem definivit. Nos vero in Hippocratis *aspretudinibus miliaceis*, & Aetii *vibicibus, culicum morsibus maxime similibus*, Rubeolosam Pestim [ a §. 389. ad 397. ] comperisse visi sumus: quam sententiam nunc firmius amplectimur, utpote quod hæ *vibices* [ §. 413. ] *solent reversæ intra corpus periculum afferre . . . in accessionibus circa stomachum vehementissimos morsus* indueant . . . *Febris ardens* quandoque ex ipsis *infestet* . . . & *Pustulas circa superficiem retinere*, conducit; juxta Hippocratis observationem [ §. 381. ]: „ *hæ perseverabant usque ad judicationem* "; unde [ §. 395. ]: „ *mulier nulla mortua est, cui hæ fiebant* "; qui quidem *Hippocratis* locus *Aetium* certe non aufugit.

§. 416. *In malignis autem & pestilentibus Febribus exulcerantur, & quædam ad Carbunculorum speciem accedunt* ]. *Pestilentibus* ]. Vetustis Græcis, & quibusdam posterioribus Latinis Medicis verbum *Pestilens*, *contagiosum* sive *epidemicum* significare, jam §§. 20, & 387. præ cæteris evictum esse autumamus. *Exulcerantur* ]. Rubeolæ & Morbilli nullum concipiunt verum pus, nullamque genuinam exulcerationem, ex-

(*a*) Lexic. Medic. Vol. I. p. 809.

exceptis Pustulis sive Carbunculis, qui iis non raro superveniunt: Variolas vero exulcerari & putrescere res est, quæ probatione non eget. *Quædam ad Carbunculorum speciem accedunt* ]. Non sunt nimirum veri Carbunculi; sed eorum speciem referunt. Inter Exanthemata omnia, nullum adest, quod proprius ad Carbunculos accedat, præter Variolosum.

§. 417. *Omnes autem multitudinis corrupti, & halitum erodentis humoris signa sunt* ]. *Omnes*: tam Pustulæ scilicet Febrium simplicium circa labia & nasum erumpentes; tam quæ in Febribus a pravis humoribus ortis efflorescunt, similes culicum morsibus circa totum corpus; tum quæ in malignis & pestilentibus Febribus ad Carbunculorum speciem accedentes exoriuntur, humoris habitum erodentis signa sunt. Hæc fuit *Aetii* a *Galeno* assequuta Morborum Pathologia.

§. 418. *Quæ vero in facie oriuntur, omnium malignissimæ sunt* ]. *In facie*: non quidem quæ circa labia, & nasum juxta Febrium solutionem; sed quæ ad Carbunculorum speciem accedunt, quarum est Faciem præ primis invadere. Vibices enim culicum morsibus similes per totum corpus erumpentes, non raro Faciem intactam relinquunt. De unis hic igitur Variolis sermo est; de quibus *Thucydides* (§. 89.) aiebat: „*Morbus enim, qui primas in capite sedes collocarat, per totum corpus, initio a summis partibus ducto, pervadebat*", & *Hippocrates* (§. 183.): „ *Hi* ( Ignes Sacri ) *maligni multos peremerunt ... Multis Ignis Sacer cum occasione, ex vulgaribus & valde parvis ulcusculis . . circa caput . . . in ipsa curatione inflammationes magnæ fiebant: & Sacer Ignis multus, brevi, undique depascebatur*": unde in harum Pustularum Curatione *Aetius* adjecit: „ *Si serpentia fuerint ulcera...*, & „ *quæ jam depascunt*".

§ 419. *Deteriores autem sunt plures, quam pauciores &c.*]. Enumerat diversas harum Pustularum species, variaque ipsarum phœnomena, & pathemata, uti illud: „ *Sequuntur ad Pustulas Febrium Malignitas, & plerumque etiam animi deliquia*"; quæ quidem omnia cum Variolosa Peste omnino conveniunt.

§. 420. *Cæterum in Pestilentibus & Carbunculosis Venæ*

*vi-*

*quidem sectionem adhibemus statim in principio*, *non autem cibi contractionem. Fames enim pejorem materiem facit*, *& vires in his conscindit*, *quas integras servare volumus in omnibus Febribus maxime pestilentibus* ]. Vel ex hoc textu clare liquet, *Herodotum* simul atque *Aetium* hoc Pustularum genus inter maximas & principes Pestilitatum species recensuisse: utinam vero ab iis propositam illas curandi Methodum simplicissimam perpetuo Nos iniissemus; minora, ni fallimur, Europæ dedissemus epicedia. Sanguinis missione sub initio, ( quæ suas adhuc patitur exceptiones ), opportuna congrui cibi administratione, aptis prolutionibus fotibusque, atque emplastris, quæ ambustis adhibentur, lacte caprino aqua diluto, & sub declinatione idoneo medicamento purgatorio, hujus diræ Pestis Curationem omnem peritissimi hi Græci Medici circumscribi animadverterunt: repudiata præsertim Fame, maxime sub Pestilentibus, qua nunc temporis Medicorum aliqui ægrotos perdunt, *Hippocratis* præceptorum obliti.

§. 421. *Postea Antidotus Theriaca detur*, *aut Mitridatica*, *aut alia quædam ad lethalia venena*, *& virus ejaculantia facta*: *nam humorum fortis mutatio*, *per corruptionem facta*, *venenoso pharmaco similis est* ]. Et hic textus in aprico sistit, quam aptam *Herodotus*, atque *Aetius* notionem habuerint lethiferi, hasce Pustulas excitantis, *Miasmatis*, præsentissimis atque virulentis venenis dum illud comparaverint: quod & in *Thucydidis* historia adhue legitur [ §. 84. ]: „ *Itaut ab his etiam rumor disseminatus fuerit*, *venena a Peloponnesiis in puteos dejecta fuisse* " & (§.130.): „ *Quum enim hoc Morbi genus multo fuerit atrocius*, *quam quod oratione possit exprimi*, *& aliis in rebus gravius*, *quam ut humana Natura ferre possit*, *singulos invasit*, *ac etiam hoc indicio maxime declaravit*, *se* aliquid aliud esse, quam aliquod familiarium: *nam alites &c.* ": nec in Hippocratis Sacrorum Ignium descriptione idipsum defuit; ait enim [§.221.]: „ *Erat autem & fluxio collecta non puri similis*, *sed alia quædam putredo*, *& fluxio multa ac varia* ".

§. 322. *Fiunt porro aliquando Pustulæ magnæ*, *colore al-*

*bæ*

*bæ, modicum pruritum inducentes, redundantes in femoribus, natibus, lateribus, & summa ventris plerumque parte . . . neque gravem Morbum minantur, si saltem modico victu quis utatur . . . Quod si Febres in his urentes fiant . . . Morbo in vigore existente &c.* ] Pustularum color albus; modicus pruritus; loca, in quibus maxime efflorescunt; Febres urentes, quibus quandoque stipantur; inque iis curandis cautiones, ne in pejus ruant, Morbillosam Luem sub hoc malo latuisse nobis suadent: obstat solum, quod Pustulæ magnæ dicuntur, non parvæ. Nescimus an ex græci Codicis comparatione hæc difficultas dilui poterit. Certe *Aetius* Morbum Exanthematicum periculi haud expertem hîc describit, & quidem a superioribus diversum, Morbillisque, qui rarius a Variolis sejunguntur, simillimum. Confer. §. 367. ad §. 373.

§. 423. *Fiunt etiam aliquando Pustulæ rotundæ, inæquales, subalbidæ, aut subrubræ, cum elevatione carnis, aut variis similes, qui in facie oriri solent, & duræ sunt ac multum pruritum inducunt . . . Consequuntur autem hæ plerumque ad Febres Intermittentes, & minime gravem indicant Morbum . . .; si pruritus urgeant . . ., si exulceratæ fuerint, utendum est ceratis ad ambusta destinatis* ]. Verba *plerumque ad Febres Intermittentes consequuntur* includunt & quandoque continuas comitari. Sit vero id exanthematici Morbi genus benigna Variolarum, vel Morbillorum species, sit potius *Sporadicum* vel *Endemicum*, ex observationibus minime decernere quimus, etiamsi non semel Variolosam Febrim Tertianæ naturam retulisse ex *Gabrliep* (§. 297.) haberemus.

§. 424. *Porro, quæ valde rubræ sunt, pessimæ existunt. His autem deteriores sunt lividæ, nigræ, & tumidæ, similes existentes carnibus compunctis: redundant autem in facie, & pectore, & ventre, lateribusque, ac dorso. Tales a principio aggredi non oportet . . .; in eum, qui curationem aggressus est . . . culpa recidit: si vero permanserint usque ad vigorem, & non progrediantur in pejus . . . magna animadversione curare. Quæ enim post mortificationem superficiei*

*ciei &c.* ]. *Redundant autem in facie, & pectore &c.* De Variolis Morbillisque confluentibus malignisque hæc omnia prædici, nemo harum Pestium gnarus cordatusque negarit. Quis enim erit alius exanthematicus Morbus tam lethalis, qui faciem, pectus, ventrem, latera, dorsumque Pustulis cooperiat, gangrænaque afficiat, præter variolosam atque morbillosam Luem? Et de quonam alio Morbo ingenuus *Sydenhamus*, uti jam *Herodotus* atque *Aetius*, unquam scripserit (*a*): „ *exinde pronunciare ausim illius Famam, qui in medicando hoc Morbo frequenter sese exerceret, in angusto versari* ", præter unam Variolosam atque Morbillosam Pestilentiam? Confer. §§. 145. 151., & 373.

### *Additio Decimaquinta.*

1. *En articulum, de quo æquissimi hujusce nostri Operis Judices merito in nos sententiam tulisse videri potuerant; si in hoc uno vel altero illam circumscribere satis habuissent, non vero adstruxissent generalem. Ill.* Hahnium *equidem jamdiu ante nos in superius* ( §. 413. ) *exscripta* Aetii *ex* Herodoto *Pustularum descriptione Variolas descriptas esse contendisse liquet ex* Werlhoffio ( *b* ). *Quid vero hac super re actum sit ut omnibus patescat, non aliud nobis negotii instat, quam suetum Exscriptoris munus implere:* „ Primum, *inquit Werlhoffius* ( *c* ), momentum ( *quo nimirum Hahnius usus est ad probandam Variolarum antiquitatem* ) est locus ille ex *Herodoto* Medico, qui tamen, ubinam extet, non indicatur: quamvis deinceps prædicetur, prælatum eum esse ab *Aetio* omnibus aliis. Quod si ita, uti excerptus est, iste locus, in *Aetio*, aut quoquam alio prisco Auctore extaret, profecto historia satis elegans, & distinctio Variolarum distinctarum, & confluentium, consignata esse videretur: quamlibet longe clarius uberiusque plu-

(*a*) Tom.I. Sect.III. Cap. II. p. 47.
(*b*) De Variol. & Anthrac. Cap. II. §. IV. p. 36. seqq.
(*c*) Ibid.

plures tamen Auctores Arabes & Europæi posteriores, ante *Sydenhamium*, descripserint Variolas, earumque genera discriminarint. Sed salva res est. Non fuit ad manus Cl. Auctori ipse codex *Aetii*, apud quem, & nusquam alibi prostat *Herodoti Exanthematōn*, seu *Pustularum in Febribus Curatio*: quæ, si tota, eo ordine, quo scripta est, legatur, toto cœlo diversa apparebit ab istis hinc inde extra contextum selectis, &, ex tractatione de diversis Pustulis, pro solarum Variolarum historia conficienda, contextis & interpolatis excerptionibus: quæ nescio unde haustæ, sed ita eleganter sunt dispositæ, ut verarum Variolarum sat nitidam speciem exhibere videantur. En locum, qualem Cl. *Hahnius* proponit, quæque præmittit & subjungit verba: „ Interim, „ *inquit*, uti in genere omnibus Variolis dicatum carbun- „ li agnomen est, sic apprime confluentibus illud compete- „ re arbitror, utpote, quæ copia, dolore, inflammatione „ omnem humiditatem absumente, accensorum carbonum „ indolem per omnia imitantur. Bonæ autem indolis Vario- „ læ sola sæpe phymatum, pustularum, sive turberculorum, „ & exanthematum voce indigitatæ fuere. Quod revera „ antiquitus ita obtinuisse apparebit ex longe exquisitissima „ Variolarum descriptione Medici, primo & secundo sæcu- „ lo florentissimi ( *Herodoti* ). Quæ, quum æquari cum „ Recentissimorum descriptionibus queat, hîc inseri præ „ omnibus meretur: [ *Æquos Lectores quam apponimus Phænomenorum, atque symptomatum cum* Aetii *integro textu descriptionem comparare rogamus, ut probe dijudicent, an recte* Werhloffius *scripserit*, Hahnium *ex tractatione de diversis Pustulis, ab* Aetio *acceptam, varioque modo dispositam, quæ sequitur, historiam contexisse* ] „ *In principiis* [ Hahnius Aetii historiam sic contraxit ] *Febrium non simplicium & ordinariarum, sed a pravis humoribus ortarum* ( §. 413. ), *quarum accessiones comitari solent vehementes circa stomachum morsus* (ibid.), *circa totum corpus exoriuntur vibices, similes culicum morsibus* (ibid.), *e quibus enascuntur pustulæ* ( *sunt autem & carbunculi ex genere pustularum juxta Aetium* ), *si boni moris fuerint, pauciores* ( ibid. ) *seu sigil-*

 *la.*

*latim disperſæ magnæ, colore albæ* ( ibid. ), *redundantes in femoribus, natibus, lateribus, & ſumma ventris plerumque parte* ( ibid. ) *originem ex multa, lenta, & alba materia habentes* ( ibid. ), *modicum pruritum inducentes* ( ibid. ), *alvo ſuppreſſa, aut modicas egeſtiones faciente, bene ſuccedentes* ( ibid. ). *Tales non gravem Morbum minantur* (ibid). *Si vero mali moris ſint, Febris ardens adeſt* ( ibid. ) *fluenteque alvo, & vexantibus vomitibus* ( ibid. ) *prodeunt puſtulæ, eæque numeroſiores* [ ibid. ], *vicinæ, ſerpentes* [ibid.] *ferventes* [ ibid. ] *exulcerantes* [ ibid. ], *depaſcentes* [ibid.]. *Ex his, quæ cito delentur reverſæ intra corpus, periculum afferunt* [ ibid. ], *niſi per vomitum aut alvum acrimonia ſecedat* [ ibid. ]: *ſequuntur ad tales puſtulas Febrium malignitas, & animi deliquia* [ ibid. ]. *Peſſimæ ſunt ſaturatæ rubræ* [ ibid. ], *& his deteriores lividæ* [ ibid. ], *nigræ* [ ibid. ], *inflatæ ſeu vacuæ* [ ibid. tumidæ ], *& ſimiles exiſtentes compunctis carnibus* [ ibid. ]. *Hæ redundant in facie* [ ibid. ], *in qua omnium maligniſſimæ* [ ibid. ], *& pectore*, [ ibid. ], *& ventre* [ ibid. ], *lateribuſque* [ ibid.], *& dorſo* [ ibid. ]. *Tales multitudinis corrupti humoris habitum erodentis* [ ibid. ] *ſigna ſunt, & peſtilentes omnino* [ ibid. ], *& carbunculoſæ dici merentur* [ ibid ]". Pergit Cl. *Habnius*: „ Hebetes eſſe oculos oportet, qui hic Variolas, & quidem utraſque, diſtinctas & confluentes, non „ cernunt, & retuſa mentis acies eſt, quæ nullis involucris „ tectum aut nodis intricatum ænigma ſolvere diffidit. Non „ video, ad quem ullum alium, quam Variolarum Morbum, „ hæc omnia & ſingula applicari queant. Adeo non delineata, aut adumbrata, ſed expreſſa plane earum hic facies, „ vix ante *Sydenhamium* a quoquam magis graphice depicta". En (*ſequitur Werlhoffius*) ex adverſo totum ex *Aetio* caput de *Puſtulis in Febribus*, ex verſione exquiſitiſſima *Jani Cornarii*, quæ extat inter *Medicæ Artis Principes*, ab *Henrico Stephano* anno MDLXVIII. junctim editos, cui paſſim, illuſtrationis cauſa, ipſa græca verba inſeremus, & notationes noſtras jungemus: „ *In Febrientibus aſſidue ſiunt* [ *Exanthemata* ] *Puſtulæ circa labia & naſum &c. &c.* ". *Hic Werlhoffius attexuit inte-*

*tegrum Aetii de Pustularum in Febribus Curatione Herodoti caput , ne verbo quidem dissimile ab eo , quod nos [ §. 413. ] exscripsimus, quinimo adjecta, quam nos uti non necessariam omisimus, Pustularum circa labia & nasum Curatione. Quas inclitus Auctor adversus Hahnii sententiam exsaravit adnotationes ad Aetii textum, quum nostram ejusdem explanationem minime subvertere videantur, hîc subtexendæ non sunt. Cui volupe est , legat apud laudatum Auctorem. Certum quidem esse videtur Doctiss. Hahnium,* Vibices culicum morsibus similes, *quas Nós* ad *Rubeolam*; & Pustulas magnas , colore albas , modicum pruritum inducentes, redundantes in femoribus, natibus, lateribus, & summa ventris plerumque parte, *quas nos Morbillos referre autumavimus, ad unum Variolosum Morbum retulisse. Quod reliquum est per nos superius indicata Hahnii verborum cum Aetii verbis collatio , apertissime demonstrat , quam immerito Præcl. Werlhoffius de ordinata ab Hahnio ex Aetii textu Variolarum historia scripserit:* „ quæ [ *Herodoti Pustularum in Febribus curatio* ] si tota , eo ordine , quo scripta est, legatur, toto cœlo diversa apparebit, ab istis *hinc inde extra contextum* selectis , & ex tractatione de *diversis Pustulis*, pro solarum Variolarum historia conficienda , contextis & interpolatis *excerptionibus* : *quæ nescio unde haustæ* ; sed ita eleganter sunt dispositæ, ut verarum Variolarum sat nitidam speciem exhibere videantur ": *indeque ingenuus quisque probe animadvertit* , Hahnii *historiam* Aetii *verbis* ex hoc uno capite expetitis *conflatam, vel ipsius* Werlhoffii *confessione* nitidam verarum Variolarum speciem exhibere. *Dispersa enim Pustularum historiæ membra , relicta ipsarum apposita curatione, pro suo Instituto* Hahnius *in unum collegit atque contraxit, haud vero ex aliis tractationibus excerpsit . Hujus haud probe inustæ culpæ periculo nos carere lætamur ; nec unquam pænitebit , Scriptorum judicia & observationes ipsorummet verbis exscripsisse. Ast operæ pretium est assequi, quænam fuit* de Pustularum in Febribus Curatione Herodoti *Ill. Werlhoffii sententia. En ipsum ita loquutum*

*tum* [*a*]: „ Agit generatim *Aetius*, per ſingula capita, de ſingulis Febrium Symptomatibus, atque hoc quidem capite ex *Herodoti*, & ſua *forte ſolum* experientia, *non ſingularem aliquem Morbum puſtuloſum*, ſed varia, partim critica, & præcipue ſymptomatica, Febrium *Intermittentium*, & *Continuarum*, *benignarum malignarumque Exanthemata*, eorumque indicia & medelas *ſatis promiſcue* pertractat. Pro veterum more, ſecundum generalem diſtinctionem Febrium *ſimplicium*, *putridarum*, *malignarum*, primo pertractat ſingulis accommoda *Exanthemata*; ut de Morbo ſingulari, qui a communibus Febrium ſpeciebus adeo evidenter a Medicis & vulgo diſtingui poteſt, nequaquam in mentem veniſſe pateat. Addit deinde *ſpecies Exanthematum* Febrilium duas prius omiſſas. Multas alias addere potuiſſet, æque a Variolis diverſas, quarum in Febribus obſervatarum alii Auctores *veteres* novique mentionem *diverſimode* injiciunt. Sunt enim illæ pro habitus corporis, ſtatuſque *epidemii* diverſitate, innumeris modis, varia [ *Si de Epidemicis Exanthematibus ſermo habetur*, *Latini Medici Variolas & Morbillos non ante decimum*, *reliqua ferme omnia poſt decimumquintum ſæculum habuere perſpecta*; *& ſi quæ Aetius deſcripſit*, *epidemica admittantur* [ *uti certe demonſtrat repetitum in Aetiana hiſtoria verbum* Peſtilens ], *quiſque jam videt*, *cuinam tribuenda erit hujuſce contentionis victoria* ]. Variolas inter morbos Febriles, de quorum ſymptomatis *Aetius* hic agit, quærendas eſſe ſtatuit Cl. *Hahnius*, cui nos hic aſſentimur: licet contra erudite diſputet *Drelincurtius*, antiquitatis ipſarum ſtrenuus propugnator, loco ſupra adducto. Attamen pro Morbo ſui generis habendæ ſunt, quamvis, me quoque judice, ad Febrium claſſem ſpectante, non pro Febris *promiſcue* ſymptomate, de quo *Aetius* ex *Herodoto* ſermocinatur. Nemini ſane totum locum, ſine opinionis alicujus favore, legenti mirum eſſe poteſt, veram Variolarum hiſtoriam pleroſque Medicos ibi non reperire: quamvis hinc inde indicia aliquo modo ſimilia ſint: uti omnia omnino *Exan-*

(*a*) Ibid. §. VI. p. 48. ſeqq.

*xanthemata* aliquid commune habent. [ *Hispaniarum Magnates* Columbo, *incognitam magnam Orbis terrarum partem afferenti*, *Geographorum omnium præteritorum auctoritatem perfracte objecerunt* [*a*] ]. Agere *Herodotum* aliqua hujus loci parte de Variolis *Bartholinus* etiam in *cista Medica*, & ante eum alii suspicati sunt, ut *Augenius*, *Primerosius*, qui *Mercurialem*, pro *Novitate* Variolarum docte pugnantem, sat frigide refellit, *Zacutus*, *Schenckius*. Refutavit sigillatim hanc suspicionem *Sebizius*: neque oculatissimus *Freindius* Variolarum ibi Morbum videre potuit, quamvis ipsum illud caput probe lustrarit, & præceptum ibi datum de Venæ sectione, erumpentibus licet Exanthematis instituenda, ad Variolas, aliasque Pustulas, & tumores, lubens applicaverit. Lustraverat eumdem locum literatissimus *Conringius*, cæterosque veterum Græcorum, Latinorumque omnes, quum in nostram Sententiam scriberet: „ *Neque de Variolis in* Hippocratis, *vel in* Galeni, *vel in* Celsi, Plinii, Aretæi, Oribasii, Pauli, Alexandri, aliorumve, *qui certe ante sæculum a nato* Servatore *septimum vixerunt*, *monumentis est descriptum*, *aut proditum*; *qui tamen multa admodum minuta & tenuia memoriæ prodiderunt*, *non omissuri aut neglecturi hunc affectum*, *si*, *ut nunc*, *omne hominum genus ea tempestate afflixisset*: *quo argumenti genere &* Mercurialis *pugnat*, *cui nihil non artis Medicæ fuit lectum* ". [ *Si apud* Hippocratem, Galenum, Aetium *haud Variolarum*, *sed* Sacrorum Ignium, *&* Pustularum Pestilentium *descriptionem meditari attenteque pervolvere sibi assumsissent*, *Variolosæ Pestis enarratio eorum diligentiam minime aufugisset*. *Hæc porro Lues per id temporis*, *quum in Europam irrueret*, *tanquam altera Pestis bubonica exturbabatur*; *unde non fuit omnis sæculi*, *aut cujusvis Regionis*, *uti nunc est*, *apud Europam Pestis*, *ut qui cæteri recensentur Medici eam observare atque describere potuerint*. *Quid? quod a sæculo decimo ad decimum sextum*, *vulgatis per multas Europæ Nationes Variolis*, *primus*, *qui inter Latinos Medicos de hac Lue methodice scripserit*,

(*a*) Ex Robertson Storia di America . . . . .

*pserit*, *ipso* Freindio *edifferente* [*a*] Mantuanus *fuit* Marcellus Donatus, *initio sæculi sextidecimi qui inclaruit?* ). Legerat *Herodotum*, & reliquos veteres, curiosus Cutis affectuum distinguendorum Auctor, *Hafenrefferus*, quum diceret: „ *Apud Græcos & Latinos*, *propter inconsuetudinem*, *Variolæ nomine caruerunt* “. Pervestigaverat ista omnia inclitus Professor *Bononiensis*, *Cæsar Marescotus*, quum, magno eruditionis & experientiæ apparatu refertum de Variolis *Tractatum*, ante hoc decennium, ederet; ibique *Novitatem* etiam ejus Morbi egregie vindicaret. *Hebetes oculos*, *& retusam mentis aciem*, tantis Viris, attentis *Herodoti* lectoribus, non imputabit politissimus *Antiquitatum* Auctor, immo imputabit spero hanc ob rem posthac nemini, ubi ipsum *Aetii* codicem, locumque non interpolatum, perlustrarit. Neque igitur & nos culpandi esse videmur, quia nec in illustri illo *Herodoti* loco, neque in quoquam veterum, adhuc in lucem protractorum, Variolas, earumque signa & differentias, invenire, aut, indigitatas ab *Antiquitatis* earum propugnatoribus, agnoscere potuimus “. *Hactenus Ill. Werlhoffius*.

2. *Ab æquis rerum Æstimatoribus ut secum reputent efflagitamus*, *præclarissimum Werlhoffium in suo* de Pustularum in Febribus Curatione Herodoti *judicio*, Aetii *verba*: „ in malignis autem & pestilentibus Febribus exulcerantur, & quædam ad Carbunculorum speciem accedunt “; *&*: „ cæterum in pestilentibus & carbunculosis Venæ quidem sectionem &c. “, *prætermisisse; quum tamen vetustis Græcis vox* Pestilens *eadem fuit ac* Epidemicum, Contagiosum, *ut* §.416. *innuimus*. *Ipse Auctor dum conatur conferre* Aetii *Vibices cum aliorum Vibicibus*, *ad verbum* Vibices [ Molopes ] *hæc scribit* [*b*]: „ Forestus lib.6. obs.39. [ *in hoc numero error subest; apud Diemerbroeckium enim signatur* 59. *ut* §.389.] „ *Erythemata in Febribus malignis & pestilentibus per totum corpus rubores*, similes culicum morsibus: *unde &* molopes, *hoc est* vibi-

(*a*) Oper. Med. Epist. ad. Mead. Hist. X. p. 94.
(*b*) Loc. s. c. not. 15. p. 39.

vibices, *appellantur*, *quum neque* ulcus, *neque* cruftam *faciant*: *quanquam etiam* aliquando ulcerari *ipsos compertum fit*". *Hisce vero* ruboribus, fimilibus culicum morfibus *Rubeolam a* Forefto *indicari Auctor est* Diemerbroeckius *ut cit.* §.389.: *& deinceps* [*a*] *fubdit*: „ Langius epift. l. 2. 15.: „ *An quæso*, inquit ad hunc locum, *Febris lenticula clarius depingi possit? qua tres in Palatinatu ante biennium infectos, expurgata cum pharmacis levioribus cacochymia, fanitati fere deploratos restitui?* ". *Num vero rubeolosa five lenticularis Pestis non Epidemica*; *& num non sui juris Morbus, cui Aetii* molopes *comparantur? Conf.* §. 382. *feqq. Et undenam, ut doctissimus Werlhoffius* in fuo judicio *fcriberet*: „ Aetius ... ex Herodoti & fua forte folum experientia", *nisi quia exempla fimilium Pustularum extra Morbos Epidemicos nulla compererit*; *fi fortasse id momenti non habeat illud, quod ad verba* Puftulæ magnæ *appofuit* [*b*]: „ Magis fimilia Aetianis his exanthematibus notavit nuper Cl. *Albrechtus* in *Commerc. Norimb.* anni 1733. p. 178., nifi quod minutas puftulas, non magnas, ut *Aetius* dixerit "?

3. *Exoletam definitamque igitur difquifitionem infcii in fcenam revocavimus. Si autem aliquid novi eidem adjecimus ingenui decernant rei Medicæ Periti.*

## §. 425.

*Ex variis Galeni Locis, atque Fragmentis fatis dilucide eruitur, quartam Variolosæ Pestis excurfionem, tam in Afiam quam in Europam, fuis diebus contigisse.*

*Claudius Galenus*, qui, uti §. 20. adnotavimus, *pestilenti Morbo laborantium converfationem periculofam* probe noverat, quique amittendæ vitæ quævis difcrimina tam fcrupulofe declinavit, ut ab Romanorum Imperatore *Marco Au-*



(*a*) Ibid. not. 17. p. 40.
(*b*) Ibid. not. 33. p. 45.

*relio Antonino*, Germaniam belli causa petituro, ut secum migraret, invitatus, belli pericula reformidans, ire noluit, seque purgavit, somnium prætexens, sub quo *Æsculapius*, cujus auxilio a lethali phlegmone servatum se fatebatur, sibi imperasse dixit, ne Roma discederet (*a*), quam tamen dira Peste prehensam antea liquerat (*b*), deinde repetiit ipsius Imperatoris jussu (*c*); de hac Pestilentia, [ quam ipse per Italiam sua ætate grassatam esse scripsit (*d*), & omnium maximam vocavit (*e*); quamque Ill. *Fernelius* (*f*) *toti Orbi gravissimam, qua pene usque ad internecionem humanum genus deletum fuerit*, refert; & *Ludovicus Dolce* (*g*) *a Lucii Veri*, *Aurelii* Collegæ, Militibus in Syria contractam, & in Italiam ipsorum reditu ubique proseminatam scribit ], haud uberem ordinatamque descriptionem, de minimis plurima loquutus, posteris tradidit, sed vel interrupta fragmenta, intercisaque membra, quæ suis de succorum vitiis hypothesibus involuit conspurgavitque. Contagium fortasse Galenus expavescens ea circumspectione ad hac Peste coinquinatos accessit, qua Canes, uti ferunt, sitim ad *Nilum* expleturi, qui Crocodilorum, flumen incolentium, inque ipsos insurgentium, pavore perculsi, aquam raptim lambunt & aufugiunt, cursitantesque bibunt. Ni aptius credere velimus, Galenum haud ex propria observatione, sed ex aliorum relatu de hac Peste memorasse: si enim vel paucis ea ægrotantibus sedulam opem navasset, integram de ipsa historiam conficere potuisset. Quicquid sit, plurium meminit, quæ Variolosæ Pesti, minime vero *bubonicæ*, nobis respondere videntur: quæque, ut a cordatis omnibus opportunius librentur, prout ipse exaravit, exscribere lubet, addita analogia.

*Ana-*

(*a*) Eloy Dizionar. Stor. della Medic. Tom. III. p. 98. Trad.
(*b*) Id. Ibid.
(*c*) Id. Ibid.
(*d*) Cl. V. de Us. Theriac. ad. Pamph. p. 98. D.
(*e*) Cl. IV. de Præsag. ex Pulf. lib. III. p. 115. D.
(*f*) Lib. II. de Abd. Rer. Cauf. Cap. XII. p. 616.
(*g*) Vit. degli Imperad. Roman. p. 177. seqq.

*Analogia quinquagesimatertia.*

§. 426. „ Quicunque, *ait* [*a*], per calidam, siccamque intemperiem fiunt Morbi, ut ardores, causive, crassum atrumque sanguinem reddunt. Simile quoque iis effecit *longa hæc prolixiore æstate Pestilentia orta*: nec paucis eorum, qui servati fuere, nigrorum dictorum excretio per inferiorem ventrem fiebat [ §. 252. & 353. ], die maxima ex parte nono, vel septimo, vel undecimo [ 347. ]. Quorum etiam ipsorum complures differentiæ apparebant [ *ibid.* ]: quippe, quum aliqua ad atrambilem proxime accederent; quædam vero ne mordicationem quidem, nec fœdum odorem in dejectionibus haberent: multa quoque inter hæc media consisterent. Quibus vero ægrotantibus excretio per inferiorem ventrem haud talis fiebat, *iis corpus totum Pustulis, quæ nigris Exanthematis similes essent, circumundique scatuit* [ §. 89. 183. ]. Interim quoque & veluti *squamma decidebat, siccescentibus* nimirum *ipsis, evanescentibusque* [ §. 228. 242. ], cæterum *paulatim pluribus post crisim* diebus [ *ibid.* ]. At qui puram, exactamque atrambilem dejecerunt, omnes periere [ §. 122. 206. ]". *Et alibi* [*b*] *scribit*: „ Tales cibos ( *situ nimirum corruptos, aut rubigine tactos* ) hodie quoque urgente Fame ( *simul & Pestilentia* ) plures coacti comedere, nonnulli quidem a putridis & pestiferis Febribus interierunt [ §. 252. ]; nonnulli autem *Pustulas instar Scabiei ac Lepræ* [ §. 183. 214. ] in corpore contraxerunt ". *Et alibi* [*c*] *subdit*: „ Quantum sit in mali succi cibis vitium ad procreandos morbos, facile non omnino mente captis declaravit Fames, quæ per plurimas Romano Imperio subditas gentes sæviit multis deinceps annis continue ( *& quidem sub furente Pestilentia, ut ex citato Dolce* §. 425. *allegato* ). Quum enim cives pro more suo ( quo æstate quamprimum solent frumenti,



(*a*) Cl. I. de Atrabil. Cap. IV. p. 35. A.
(*b*) Cl. III. de Differ. Febr. lib. I. Cap. III. p. 31. G.
(*c*) Ibid. lib. de Succor. bonit. & vit. Cap. I. p. 33. G. seqq.

ti, quod ſatis ſit in reliquum anni tempus, parare ) quicquid in agris tritici fuerat, abſtuliſſent una cum hordeis, fabiſque ac lentibus, reliquos agreſtibus fecere cereales fructus, *oſpria* & *chedropa* Græci vocant, ideſt legumina, ſimul etiam non ſane paucis ex his in Urbem aſportatis. Conſumptis itaque hyeme iis, quæ facta reliqua fuerant, agreſtes neceſſario *vere toto* ſucci pravi alimentis veſcebantur, adhibitis ad cibi uſum arborum fruticumque germinibus ac turionibus, bulbiſque, & ſtirpium ſucco malo præditarum radicibus: pleraque præterea, agreſtia, quæ vocant, olera ( *his nil humano corpori ſalubrius* ), pro ut cuique horum ſe copia ſuggerebat, abunde ad ſaturitatem uſque ingurgitantes, ſimul herbas virentes totas edebant elixas ( *quibus vel ægroti ſaneſcere debuerant* ), quas antea nunquam, ne periculi quidem faciundi gratia, deguſtaverant ( *obſoniis plurimum dediti* ). Itaque ( *en nubem pro Junone* ) videre erat ex his quoſdam deſinente vere ( *incongrui morboſique cibi intra horam, vel plurimum diem, haud vero ultra menſem, vim ſuam exſerunt* ]; pleroſque, certe omnes, *ineunte æſtate*, *ulceribus in cute quamplurimis* correptos ( §. 89. 183. ), quorum *non unica* eſſet in omnibus *facies* [ §. 183. ]. Siquidem *Eryſipelas* alia [ *ibid.* ], *phlegmonen* alia referebant [ *ibid.* ]; atque alia *herpetem* [ §. 252. ], ſicuti *impetiginem* alia [ *ibid.* ] & *pſoram* & *lepram* alia [ §. 183. 214. ]. Atque hæc quidem fuere ea, quæ per cutim *efflorefcentia* [ §. 89. ] placidiſſime [ §. 229. ] vitioſum ſuccum e viſceribus profundoque corporis evacuarent. Aliis vero *Carbunculi*, & *Phagedænæ ſpecie* quum apparuiſſent [ §. 183. ] cum Febri [ *ibid.* ], plurimos interfeecere [ *ibid.* ], pauciſſimis ægre *poſt multum temporis* ſervatis [ *ibid.* ]. At ſine cutaneis affectibus *Febres plurimæ* viguere [ §. 252. ]. Quas ipſas tum alvi recrementa ſequebantur graveolentia, & mordacia [ *ibid.* ], inteſtinorumque difficultates [ *ibid.* ] & tenaſmos poſtremo afferentia [ *ibid.* ]; tum aeres urinas, atque ea graviter olentes (*ibid.*), quæ quorumdam veſicam exulcerarunt. Jam nonnulli dijudicati ſudoribus ſunt, iiſque ipſis male olentibus, abſceſſibuſque

que putredinosis [ *ibid.* ]. Quibus nihil horum accidit, interiere omnes [ *ibid.* ], aut eum manifesta visceris unius alicujus phlegmone, aut ob vehementem & malignam Febrem [ *ibid.* ]. Quumque Medici nonnulli paucis omnino quibusdam sanguinem mittere auderent Morbi initio [ §. 413. ]; [ siquidem non injuria remedii hujusce usum reformidabant, ob virium jam tum antea imbecillitatem ] nulli eorum animadverti sanguinem profluxisse probrum , qualem videmus de sanorum corporibus profluere, sed aut plus justo ruffum, aut nigriorem, aut serosum nimis , aut acrem , ac venam dissectam ipsam inter fluendum vellicantem mordieus sic, ut ægre inde ad eicatrieem duci vulnus posset. Quosdam vero præsertim moribundos etiam cum Febribus symptomata invaserunt *mentem* affligentia [ §. 252. ], cum *vigiliis* una *altoque sopore*, quem *Cataphoram* nominant [ *ibid.* ]. Atque nil sane mirum videri debet, siquidem contrariis inter se tum Morbis , cum symptomatibus [ §. 266. ] correpti fuere qui tunc ægrotarunt, ut qui non solum natura invicem, aut ætate, sed etiam anteacta victus ratione differrent, alimentisque usi essent in fame pugnantibus inter se facultatibus præditis . Sane unusquisque, ut cuique se quid suggereret , edebat. In diversa porro rerum eopia alii eibos adhibuere succi acidi , acrisve , aut salsi, aut amari: sicuti austeris alii, aut acerbis usi sunt; aut qui evidenter refrigerarent , aut immodice humidi essent , aut viscidi, aut medicamentosi [ *At ex tot diversis alimentorum qualitatibus, summopere inter se diversi exoriri dubuissent morbi tam acuti quam diuturni, haud vero unus Exanthematicus Morbus suis Consectariis malignis Febribus stipatus , contraria quidem in diversis afferens symptomata , minime vero suum deserens morem* ]. Ipse quosdam novi ex fungorum esu periisse statim; quosdam ex eieutæ aut ferulæ [ *en præpropera noxiosorum ciborum actio* ]: nec sane paueos ex his vix servatos. Ac cæteris quidem omnibus, qui ratione niterentur , faeile fieri posse videbatur, ut, quemadmodum forinsecus *exulcerationes* [ § 89. 183. ] ac variæ apparebant *tumorum* facies [ *ibid.* ], *phlegmonosorum*, & *œdematosorum* [§.183.],

eo-

eorumque ad hæc, qui *eryſipelas* [ *ibid.* ], & ſeirrhum referrent, ſic partibus intimis, quæcumque principales magis eſſent, totidem accidere affectus potuiſſe. Soli ſunt, qui quidvis aliud potius, quam ſuccos cauſentur &c." *Quiſnam vero ſuccos, tanquam peſtilentium morborum efficientem cauſam, ſibi æquo animo obtrudi patiatur? Sed apertiora, & minus ſuis vitioſis ſuccis involuta alibi* [*a*] *Galenus nobis explananda ad Inſtitutum exhibet, ſic proloquutus*: „ In gravis *hujus Peſtilentiæ* initio, quæ utinam aliquando eeſſet, Juveni cuidam, quum novem jam dies ægrotaſſet, *totum corpus ulceribus ſcatebat* [§.89.183.], veluti *omnibus* fere qui evaſerant [ *ibid.* ]. Eo die etiam tuſſiebat [ §. 266. ] paululum. Poſtridie vero ubi ſe laverat, illico & vehementius tuſſivit [ *ibid.* ] & tuſſi expulit cruſtulam, quam græce *ephelcida* vocant [ *Ephelcis*; ſunt verba Ill. Stephani Blaneardi [*b*], *eſt ſanguinolentum illud & purulentum, quod in hæmoptyſi expuitur. Item cruſta ulceribus ſuperinducta*: *Ex* epi, *ſupra*, *&* elcos, *ulcus* ). Eratque homini ſenſus manifeſtus ulceris in aſpera, quæ in collo eſt, arteria prope jugulum nati [ *ibid.* ] ... Igitur ipſe quoque ſua ſponte *Romæ* quidem, ubi correptus fuerat triduum etiamnum poſt nonum diem eſt moratus: poſt hoc, conſcenſo navigio . . . pervenit ad *Tabias*, uſuſque eſt lacte, quod & mirificam plane vim habet, nec ſine cauſa prædicatur ... Atque ille quidem adoleſcens, quum ulcus in arteria ex *peſtilenti morbo* haberet [§.183.] ſanatus eſt, ac poſt eum ſimiliter *alii* [§.266.]... Cæterum qui *ex peſtilentia* hoc vitio ( *Tabe nimirum* ) laborarunt ( §. 183. 266. ), propterea mihi facile ſanati videntur, quod præſiccatum iis præpurgatumque totum corpus fuerit: quippe quum & vomuerint ( §. 89. ) ex iis nonnulli, & omnibus venter profluxerit (§. 183.). Atque, quum ita jam vacuati eſſent, qui evaſuri erant ( *ibid.* ), iis *Puſtulæ*, quas *Exanthemata* vocant, *nigræ toto corpore confertim multæ* apparuerunt ( §. 89. 183. ); *ulceroſæ* quidem

(*a*) Cl. VII. Lib. V. Method Med. Cap. XII. p. 34. F. ſeqq.
(*b*) Lexic. Medic. Vol. I. p. 476.

dem plurimis ( *ibid.* ) ; omnibus certe siccæ. Eratque intuenti perspicuum, reliquias eas esse sanguinis, qui in Febri ( *ibid.* ) putruerat, quas veluti cinerem quempiam Natura ad *cutim* trusisset ( *ibid.* ) . . . Verum medicamentis ad ejusmodi *Exanthemata* ( *ibid.* ) opus non fuit, quum siderent sua sponte ( §. 242. ) ad hunc modum: Aliis quidem, quibus videlicet exulcerata summa pars fuit ( §. 89. 183. ), decidit ipsa ulceris crustula, quam *ephelcida* nominant ( §. 242. ); deincepsque quod residuum fuit propinquum sanitati erat ( *ibid.* ), ac post unum duosve dies ad *cicatricem* pervenit ( §. 89. 183. ). Aliis, quibus scilicet ulcerata *summitas* non est, *Exanthema* quidem ipsum & asperum & *scabiosum* erat ( §. 183. ), decidit vero veluti *squamma* quædam ; ac dehinc omnes fuere sani [ *ibid.* ]. Nihil itaque miri si etiam ii, quibus ejusmodi *Exanthemata* in pulmone sunt orta [ §.183.266. ], propter ulcerum siccitatem sunt sanati. Quod namque in cæteris ulceribus universis supra monstravimus curationis esse propositum, hoc jam *iis*, *quæ ex pestilentia sunt orta* ( §. 89. 183. ) præsto fuit. Omnia namque sicca & aspera fuere, plurima quidem *Scabiei* [ *ibid* ], quædam vero etiam *Lepræ* [ §.252. ] similia ". *Tandem idem Galenus hæc scripsit (a)*: Est tamen & aliud vitium, quod ex humore crasso ferventeque nascitur. Incipit hoc plerumque a Pustula ; aliquando vero & sine hac. Cæterum inter initia, quibus hoc instat, scabunt particulam omnino ; mox oritur Pustula quædam, qua rupta ulcus cum crusta gignitur. Sæpe vero non una oritur scabentibus Pustula, sed multæ exiles, veluti *milii semina*, *crebræ* in particula residentes, quibus præruptis similiter crustosum ulcus provenit. In carbunculis vero, qui per *Asiam populatim* sunt grassati, etiam citra Pustulas nonnullis excoriata statim cutis est. Omnibus tamen, uti dixi, crustosum ulcus fit, modo crusta ipsa cineris colorem præferente, modo nigrorem ". *Hactenus Galenus*.

§. 427. *Simile quoque iis effecit longa hæc prolixiore æsta-*

(a) Ibid. Lib. XIV. Method. Med. Cap. X. p. 90. A.

*ſtate Peſtilentia orta .... In gravis hujus Peſtilentiæ initio, quæ utinam aliquando ceſſet, Juveni cuidam . . . Romæ quidem, ubi correptus fuerat . . . Cæterum qui ex Peſtilentia hoc vitio laborarunt . . . hoc jam iis, quæ ex Peſtilentia ſunt orta, præſto fuit* ]. Hæc Peſtis a *Galeno* membratim ſignata ſub *Marci Aurelii Antonini* Imperio circa annum noſtræ Æræ CLXX., quo tempore *Galenus* in Urbe rerum potiente verſabatur (*a*), ab *Aſia* apportata [ §.425. ] per exercitum *Lucii Veri*, qui ab *Aquileja* Urbem petiens ſub itinere eadem arreptus interiit (*b*), totam pervaſit Italiam diuque populata eſt.

§. 428. *Quibus vero ægrotantibus excretio per inferiorem ventrem haud talis fiebat, iis corpus totum Puſtulis; quæ nigris Exanthematis ſimiles eſſent, circumundique ſcatuit. Interim quoque & veluti ſquamma decidebat, ſiccescentibus nimirum ipſis evaneſcentibuſque, cæterum paulatim pluribus poſt Criſim diebus* ]. De quanam alia Peſtilitate hæc, & quæ ſunt in textu reliqua, excepta ultimo loco adnotata *Puſtula* &c., rectius intelligi queant, quam de una Varioloſa, nos neſcire fateri non erubeſcimus. In Peſte quidem *Conſtantinopolitana* §. 305. hæc exſcripſimus: „ *Quicumque corpus Puſtulis nigris magnitudine lenticulæ diſtinctum habuerunt, ii intra primum diem Fato cedebant.* ‟; At hæ Puſtulæ individuum *Byzantinæ* Peſtis characterem minime conſtituerunt; verum ſymptomatice *Anthracibus Bubonibuſque* aliquibus ſupervenere: ſub hac vero *Romana* Peſtilentia neque *Bubonum* nec *Anthracum* meminit *Galenus*, & totam illius vim *Puſtulis*, non *Carbunculis* tribuit; quas quidem *Dyſenteria*, *Tuſſes*, *Tabes*, *Febreſque Peſtilentes*, *Ignium Sacrorum* more, comitatæ vel conſequutæ ſunt; nec *cicatrices* iiſdem defuere, aut apprime conveniens cum Variolis indoles.

§. 429. *Incipit hoc plerumque a Puſtula, aliquando vero & ſine hac &c.* ] Hanc Puſtulam comitantia *Anthracem* po-

(*a*) Gal. Cl. IV. lib. de Præcognit. ad Poſthum. Cap. VIII. p. 217. H.
(*b*) Eloy Dizion. Stor. della Medic. Tom. III. p. 98. Trad.

potius, quam Variolas exprimunt; quanquam & has a Pustula quandoque exordiri, quæ docent, non desunt observationes, quarum præcipua illa est ab Ill. Loew [§.296.] recensita; sicuti & alia, quam hisce verbis refert Ill. *Swietenius* [*a*]: „ *Quædam observata videntur docere, Cuti adhærere quandoque illud contagium, & deinde Morbum producere. Vidi aliquoties perfecta sanitate fruentibus* unicam in Cute Pustulam *attolli, rubere, dolere, suppurari, & cutim satis profunde exedere, cicatrice satis insigni relicta: paucis diebus postea Variolarum Morbus cum omnibus suis symptomatibus sequebatur. Audivi ab aliis Medicis quod & idem aliquoties observaverint; imo Mulierculæ, quæ Variolis decumbentium custodiam agere solent, has* Pustulas Moederpokken *solent vocare, tanquam sequentium brevi Variolarum genitrices; & audacter prædicunt secuturum Morbum. Plerumque in facie talis* Pustula *solet apparere, fere semper unica, raro binæ, vel plures* ". At Pustula *Galeni* hisce perraris observationibus definiri non debet. Propius ad Variolas accedere videntur ipsius verba: „ *In Carbunculis vero, qui per* Asiam populatim *sunt grassati, etiam* citra Pustulas *nonnullis excoriata cutis est* ": At græcus *Galeni* Codex nobis deest, quo investigare potuissemus, quid Carbunculorum nomine ipse intellexerit, an veros Anthraces, num aliud *Exanthema*; nec monumenta subsunt, ex quibus arguere possimus, hanc *Asiaticam* Pestim eamdem fuisse, quam *Lucius Verus* in *Italiam* invexit, necne: unde hoc problema Peritioribus decernendum tradimus.

### *Additio decimasexta.*

1. *Quem superiori paragrapho indefinitum liquimus* Galeni *locum, Ill.*Hahnius, Werlhoffio *referente (b), pro Variolosa assumpsit Peste; propugnans*, Galenum Carbunculi *vocabulo Variolas innuisse. Perarduum esset, quæ omnigena ex* Græ-



(*a*) Tom. IX. in Boerhaav. §. 1382. p. 22.
(*b*) De Variol. & Anthrac. Cap. IV. §. I. p. 118. seqq.

eorum, Arabum, Latinorumque *codicibus in unum congesta eruditione*, *adversus hanc* Hahnii *assertionem inclitus Werlhoffius disseruit*, *hic recensere*. *Dignissima sunt*, *quæ apud ipsum Auctorem legantur*; *maxime quod nostrum Institutum quæ ad hunc textum spectant*, *minime pertingunt*. *Sunt vero apud eumdem alia*, *quæ nostræ interpretationi circa reliqua Galeni loca adversantur*, *hisce verbis comprehensa* (*a*): ,, Ita quidem, si quid judico, *Galeni* locus (*superius adductus*) explicandus, & a Variolarum significatione longe removendus est. Remota ita simul esse oportet *tum cætera Galeni loca omnia*: (Not.19.). Quatuor *Carbunculorum* grassationes a *Galeno* relatas putat Cl. *Hahnius* p. 33. Ex locis vero adductis (*ab Hahnio credimus*, *nam a Werlhoffio non inferuntur*, *præter citatum textum*, *qui a nobis excripto adamussim respondet*) nihil probari potest, nisi unam ipsi, & quidem juveni in Asia visam. Nam quod de *composit. medicam. per partes l.* 4. *cap.* 13. *de Asclepiade* remedium ad epidemios carbunculos suppeditante recensetur, longe *Galeno* prius est. Quam sibi *Hippocraticæ* similem epidemiam visam recenset *l.* 1. *de differ. Febr. c.*4. eadem forte ipsa fuit, quam sibi in patria *Pergami* studenti visam memorat *l.* 1. *c.* 2. *de Anatom. administr.* (*hæc bina Galeni loca nos præterierunt*), ubi ab hac non differt, quam *l.* 1. *c.* 1. *de succor. bonit. & vitio* non Romæ, uti Cl.*Hahnius* vult, sed in multis Romano Imperio subjectis gentibus, grassatam narrat, dum eodem capite Morbum suum acutum æstivum memorat, quem undeviginti annos natus in patria sustinuerit. Romæ *Carbunculos* grassatos nusquam in Græcis legitur ". *Hæc Ill.Werlhoffius*.

2. *Miramur hunc Auctorem*, *cæteroquin laboriosissimum*; *citatos* Galeni *textus in toto hoc Commentario non exscripsisse*. *Si* Pustulas, *quas* Galenus de Atrabil. cap. IV.; Lib. I. de differ.; Febr. cap. III.; Lib. de succ. bonit. & vit. Cap. I.; & Lib. V. Meth. Med. Cap. XII., *ut* §. 426., *pestilentes*, *& epidemice grassatas scribit*, *quasque Nos*, *ob illa* Ga-

(*a*) Ibid. §. X. p. 128. seqq.

Galeni *verba* ( *ibid.* ): „ In gravis hujus Pestilentiæ initio, quæ utinam aliquando cessset ", *unam*, *non plures*, *constituisse plurium annorum Pestim arbitrati sumus* : *si has* Pustulas, *inquiebamus*, Hahnius Carbunculos *est interpretatus*, *nec Werlhoffius pro* Pustulis *habuit*; *instituta inter ipsos disceptatio perbelle procedit*; *nostraque* Galeni *locorum explanatio in contentionem abripi non poterit*, *quousque ea in nostro* Galeni *Codice corrupta fuisse demonstrentur*. *Si vero genuina extiterint*, *chronologica hujus Pestis historia a Werlhoffio* ( *hic num.* 1. ) *constructa*, *infirmo niteretur talo*: *quinimo ex ipsius* Werlhoffii *adnotatis clare liquet*, *sub harum* Pustularum *grassatione Galenum Variolas depinxisse*. *En quæ habet præcl. Auctor*, *postquam genuinarum Variolarum exhibet characterem*: „ Deinde, *inquit* (*a*), sensim in abscessus, vel ulcuscula flaventia, vel albicantia, abeunt ( *Variolæ* ), succedente ut plurimum siccatione, & crustula cutanea ( ephelcidi ) per declinationem Morbi oriunda, & tandem decidua, non cavitate ulcerosa relicta, sed rubente & elatiori cute, sæpe etiam foveolis erosione factis, quæ sensim haud raro demum per sanitatem, delapsis *squamulis*, apparent "; *& inferius* (*b*) *subjicit*: „ Constat ex adductis a Cl. Viro *Galeni* locis, adstipulante recentiorum experientia, *Carbunculum* cito crustam facere, idest, in principio statim, & hunc ipsius *characterem* esse, *non qui Variolarum est*, nempe non producere, aut habere, sed esse *Pustulas*, proprie dictas, sui plane generis, non *escharais* subditis proprie stipatas, sed *ephelxi* tandem finiri solitas, quicquid etiam & colore nigro vel cinereo allegetur, qui plerisque *ephelxi* communes sunt, sine adustione quæ *escharam* facit ". *At enim vero in nostra* Pustularum *ex* Galeno *collatione*, *ubi de Atrabil.* „ squamma decidebat "; *lib. V. Meth. Med.* „ decidit ipsa ulceris crustula, quam ephelcida nominant " . . . decidit vero veluti squamma quædam ac debinc omnes fuere sani "; *nec ullius* escharæ *sub hisce grassationibus ulla*

 *injici*-

(*a*) Ibid. Cap. IV. §. II. p. 120. seqq.
(*b*) Ibid. §. III. p. 122.

*injicitur mentio; uti nec verorum* Carbunculorum, *sed perpetuo* Pustularum, *& tantum semel*, sub Carbunculi & Phagedænæ specie, *quod* Aetius *æmulatus est*, *ubi scripsit* (§. 413.): „ quædam ad Carbunculorum speciem accedunt ". Phagedæna *equidem*, *ex* Blancardo (*a*), est cancer exulceratus, seu ulcus quodvis malignum latius, & profundius serpens: A *phago*, edo, & *dao*, rodo "; *cujus characteres Variolis non deesse*, *quæ* §§. 133. 222. *&* 224. *præ reliquis in apricum ponunt*. *Et quænam tandem apud Scriptorum ullum inveniatur* bubonicæ *Pestis historia*, *quæ tale exhibeat* Exanthema, *cui*, *uti ex* Galeno de differ. Febr. lib. I. Cap. III.; de succor. bonit. & vit. Cap. I.; & lib. V. Method. Med. Cap. XII., Scabies, *atque* Lepra *comparari quiverit*; *quum tamen in Variolosa a non paucis* (§§. 214. 225. *& alibi*) *id factitatum comperiatur*? *Merito igitur* Werlhoffius *scripsit*: „ Romæ Carbunculos (*Anthraces nimirum*) grassatos nusquam in Græcis legitur "; *utpote quod* Galenus *non* Carbunculos, *sed* Pustulas *pestilentes in multis Romano Imperio subditis gentibus*, *ipsaque Roma* (§. 427.) *epidemice vulgatas*, *diuque populatas*, *posteris tradiderit*. *Nostræ explanationi adstipulatur & ipse Græcus Paulus Ægineta*: „ Galenus, *inquit* [*b*], tradit ad pestilentiales putredines bolum armeniacum salubriter potari. Simili felicitate etiam Theriacem ex viperis magnum prodesse. Etenim in Pestilentia, quæ *Romam internecino Morbi genere* depopulata est, omnes, quos nullum ex his medicamentis adjuvit, interiisse scriptum reliquit ". *Dum autem* Werlhoffius *Romæ* Carbunculos *grassatos nusquam in Græcis adinvenit*, *liquet*, *a* Galeno *descriptam luem*, Pustulosam *sive* Variolosam *fuisse*.

3. *Huic itaque Variolarum historiæ Articulo* aliquid novi, *hactenus saltem nondum definiti*, *nos addidisse videmur*: *quod si in* Habnii *sententiam fortasse inciderimus*, *perutile fuit obliteratam pene*, *& vi potius*, *quam ratione op-*

*pu-*

(*a*) Lexic. Medic. Vol. II. p. 947.
(*b*) Lib. II. Cap. XXXVI. p. 88.

*pugnatam, iterùm in medium protulisse.*

§. 430. Ad Variolarum conficiendam historiam, ex Græcis Medicis *Magni Aretæi Cappadocis*, *Galeno* vetustioris, vel ætate coævi, sicuti & his longe posterioris *Pauli Æginetæ* monumenta nobis desunt. *Alexander Trallianus*, qui præsto est, & sæculo quarto, ut alii, ex nonnullis sexto inclaruit, nil certi hac super re notatu dignum exhibet.

*Additio Decimaseptima.*

*Iterum evolutis* Aretæi, Æginetæque *Codicibus, nil assequuti sumus, quod iis, quæ Addit. IX. num.* 1. *&* 2. *indicavimus, hic addendum foret.*

§. 431. Ex Latinis antiquis Medicis, *Cornelius Celsus*, omnium, qui de re Medica accuratius latine scripserunt, vetustissimus; sub nostræ enim reparatæ salutis initio floruit, ad ea, quæ §. 371. exscripsimus, sequentia apposuit [a]: „ *Fiunt* [ Pustulæ nimirum ] *vel frigore, vel ex igni, vel ex medicamentis.* Psydracion *autem paulo durior Pustula est subalbida, acuta, ex qua ipsa quod exprimitur humidum est. Ex Pustulis vero nonnunquam etiam* ulcuscula *sunt aut aridiora, aut humidiora; & modo tantum cum* prurigine, *modo etiam cum* inflammatione *aut dolore; exitque aut* pus, *aut* sanies, *aut utrumque: maximeque id evenit in* ætate puerili, raro in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus. *Pessima Pustula est, quæ* Epinyctis *vocatur. Ea colore vel sublivida, vel subnigra, vel alba esse consuevit. Circa hanc autem vehemens inflammatio est; & quum adaperta est, reperitur intus exulceratio mucosa. Color est humori suo similis. Dolor ex ea supra magnitudinem ejus est: neque enim ea* faba *major est. Atque hæc quoque oritur in eminentibus partibus, & fere* noctu, *unde nomen quoque a Græcis ei* Epinyctis *impositum est. In* omni *vero* Pustularum Curatione *primum est multum ambulare, atque exerceri: siquid*

(a) Lib. V. Cap. XXVIII. Medic. Antiq. omn. &c. p. 39.

*siquid ista prohibet gestari &c. &c.* ". Hæc *Celsus*, & quidem capite *De Pustularum Generibus, & earum Curationibus*, quo, in reliquis octo ejus libris, de re medica congestis circa Pustularum genera præ notatis clariora non extant. In hac *Celsi* omnigenarum *Pustularum* diagnosi, si quid probe judicamus, Variolosæ, Morbillosæ atque Rubeolosæ Pustulæ non comprehenduntur. Nullius Febris, non verbi *pestilentis* Celso satis noti, non malignitatis ulla in ea injicitur mentio; absuntque popularis grassatio, funesta prognosis, hominum clades, diraque Variolosæ Pestis symptomata, & peculiares characteres (§. I.) morbosaque producta: Nec a *Celso* proposita hasce Pustulas curandi Methodus, Variolis, præsertim malignis, percurandis respondet, minusque comparari potest Pustularum Curationi *Herodoti* ab *Aetio* superius traditæ. Tantum igitur abest, ut credamus, *Celsum* Variolas vel semel inspexisse; quin potius hanc suam variarum Pustularum descriptionem, ex Græcis Codicibus membratim excerptam, nec satis completam hausisse suspicamur.

§. 432. Qui primo sæculo post Christum natum inclaruere Latini Medici, *Æmilius Macer*, *Scribonius Largus*, *C. Plinius Secundus*; qui secundo, *Lucius Apulejus*, & *Cælius Aurelianus*; *Quintus Serenus*, qui tertio; tandem & qui quarto, *Marcellus Empiricus*, & *Theodorus Priscianus*, quorum omnium medica scripta in unum Codicem (*a*) habemus collecta; etiamsi aliquam *Pustularum*, *Papularum*, & *Sacrorum Ignium* fecerint mentionem [*b*]; nihil tamen de hisce *Exanthematibus* retulerunt, quod nostras exprimat Variolas.

§. 433. Latinorum Poætarum Principes & Philosophi *Lucretius Carus*, atque *Virgilius Sacros* descripserunt *pestilentes Ignes*, Variolarum symptomatis atque characteribus apprime stipatos; sed ille a *Thucydide* & forsan adhuc *Hippocrate*; *Virgilius* a *Lucretio* aliisque fortasse Græcis, hujus Pestis descriptionem mutuati sunt; nec ullum exhibent ha-

(*a*) Medic. Antiq. omn., qui latin. &c.
(*b*) Ibid. Variis in Locis.

hariolandi argumentum, eosdem ea laborasse, vel eadem ægrotantes inspexisse.

§. 434. Inter Latinos Historicos nemini secundus, eloquentissimus *Titus Livius* in suis quadragintaquinque historiarum libris, quibus Romanorum gesta, ab Urbe condita ad Æram Christianam, septimgentorum quinquaginta annorum spatio patrata, facundo exposuit calamo, non plures, quam *quindecim*, & quidem nimium concise enumerat *Pestilitates*, per *Urbem*, vel per *Italiam* grassatas: Ex his attamen nihil ad Variolarum historiam erui datur.

§. 435. *Svetonius Tranquillus*, nusquam alibi totus, quam in depingendis minutulis suorum Imperatorum Corporis vitiis, nævis simul & pulchritudinibus, eorumque simulacris apto sermone exprimendis; quod & de ipsorum Uxoribus pariter atque Scortis adhuc improbissimis non semel effecit [a], cicatricum, fovearumque, quas Variolæ principi partium Corporis, & pulchritudinis sedi, Faciei inurere solent, nullibi meminit: nec unquam meminit petulcus ille, & nimium lubricus Fœminarum irrisor, deformitatisque pictor *Martialis*.

§. 436. Hæc [ a §. 408. hucusque ] ea nobis sunt, quæ Variolosam Pestim a Sæculo quinto ante nostram redemptionem, *Thucydidis* scilicet & *Hippocratis* diebus, ad *Aetium* usque, qui nostræ Æræ sæculo sexto *Alexandriæ* inclaruit [b], quemque eam observasse liquet, ex ejus verbis illis [§. 413.]: „*Cæterum in pestilentibus & carbunculosis venæ sectionem* adhibemus *statim in principio . . . quas* [ vires ] *integras servare* volumus *in omnibus Febribus*, *maxime pestilentibus . . . pustulas circa faciem calida prolutione* mitigabimus *&c*", longissimis temporum intervallis inter unam alteramque ejus grassationem interpositis, in *Europam* invectam fuisse clare demonstrant; & quidem nondum tunc eidem adscito *Variolarum* vocabulo.

§. 437. A sæculo vero sexto ad nostros usque dies, hujus diræ

(a) De Romanor. Imperat. Vit. Variis in Locis.
(b) Freind. Oper. Med. Epist. ad Mead. de Purgant. Hist. X. p. 93.

diræ Pestilitatis progressus, & successivas haud interrupto tempore sub *Variolarum* nomine in *Arabiam*, *Ægyptum*, demum in *Europam* grassationes, eloquens *Freindius*, Orientalis eruditionis peritissimus, diserte rimatus est. Laboriosissimus equidem hic Auctor *Pocockium Abul-Pharajium*, qui Medicorum Arabum ætates egregie est investigatus, scitissime prosequens, nactus est [a] post *Aetium* a sæculi septimi initio ad decimum fere tertium, sequentes Arabes Medicos successive & distincte de *Variolis* pertractasse; & omnium primum *Aaronem* Sacerdotem, circa finem sexti sæculi *Alexandriæ* natum; dein *Maserjavvaihum* Syrum; *Joannem* filium Mesue; *Serapionem*; *Mesuen* Damascenum; *Isaacum* Joannitii filium; *Josephum* Alsaherum, vigilantem dictum; *Judæum*; *Tabri*; *Tarmadi*; *Bugajesum*; *Rhazem*; *Avenzoarem* Hispaniæ natum, ibique Medicinam cum laude professum; *Averrhoem* Avenzoaris discipulum; *Avicennam*; demum *Alsaharavium*; subjicitque [b]: „ *Variolarum Contagium illa*, *ut videtur*, *ætate* [sæculo nimirum undecimo], *se etiam per* Europæ *gentes ita diffuderat*, *ut nullus eo Morbo fuerit magis* popularis: *quippe si quis eo immunis vixerit*, *id instar miraculi fuisse testatur Avenzoar* "; & alibi [c] refert, *Joannem de Gaddesden* anno Domini 1320. scripsisse, se Regis Britannici filium, [quem Edwardi Primi, vel Secundi gnatum *Freindius* credit], Variolis laborantem curasse. Hæc a *Freindio* per nos contracta Cel. *Meadii*, qui presso pede *Freindium* sequutus est, Variolarum breviori historia illustrentur necesse est: „ *Morbum hunc*, ait [d], novum *esse*, *hoc est*, *antiquis Medicis tam Græcis*, *quam Romanis ignotum*, *extra dubium esse videtur*. *Frustra enim sunt*, *qui* Anthracas *Carbunculos*, Epinyctidas *nocturnas Pustulas*, *&* *consimilia in cute* Exanthemata *Efflorescentias*, *Variolas nostras esse contendunt*. *Etenim primos illos Artis*

(a) Ibid. p. 93. seqq.
(b) Ibid. p. 95.
(c) Histor. Med. p. 163.
(d) Oper. Medic. de Variol. Cap. I. p. 33. seqq.

*Artis nostræ Magistros, in signis Morborum omnium describendis & distinguendis diligentissimos, non breviter fuisse memoraturos, sed prolixius depicturos credendum est* [ non quidem prolixius, sed pro Morbi novitate satis ubertim depinxit Hippocrates, sub Sacrorum Ignium nomine *a* §. 183. *ad* §. 288.]; *si modo atrox simul & contagiosum hoc Malum agnovissent. Ex* Arabum *igitur Medicorum libris petenda est prima Morbi hujus notitia. Horum facile Princeps* Rhazes *circa annum Æræ christianæ nongentesimum inclaruit. Ille in Volumine ingenti, quod* Continens *inscribitur, Thesauro rei Medicæ ex* Adversariis *ipsius, ut videtur, congesto*, Aaronem *quemdam tradit triginta libros de Medicina scripsisse, in quibus signa* Variolarum, *genera diversa, & curandi modum esplicavit. Is* Alexandriæ *natus* Mahumede *Imperante, anno DCXXII. Medicinam exercuit. Hinc conjicit doctissimus* Freindius, *in* Ægypto fortasse *prima exordia habuisse* Variolarum *Morbum. At paullo antiquiorem originem ejus reperit Vir Arabice doctissimus* Joannes Jacobus Reiske, *qui in veteri Codice Arabico manuscripto* Bibliothecæ Leidensis *hæc verba* [ *Disput. Inaug. Lugdun. Batav.* 1746. ] *se legisse dicit:* Hoc demum anno comparuerunt primum in terris Arabum Variolæ, & Morbilli. *Annus autem ille erat post Christum natum DLXXII., quo natus est ipse* Mahumedes. *Cæterum mihi rem omnem diligenter expendenti illud potius statuendum videtur*, Morbos quosdam esse, qui in certis Regionibus quasi illarum indigenæ nascuntur & sæviunt. *Hos* nusimata epichoria, *morbos vernaculos, dixit* Hippocrates, *eorumque nonnullos in variis* Europæ *&* Asiæ *partibus, tam cæli, quam terræ atque aquarum, quibus utuntur Incolæ, vitiis genitos accuratissime descripsit. Græci vero recentiores* Endemios, *indigenas, appellarunt. Hos nullo non tempore suis in locis viguisse existimo; id nimirum perpetuo efficiente rerum Natura.* Ex his *autem* quosdam contagia secum ferre, *experientia compertum est, quæ sæpe in terras longinquas modis indoli suæ convenientibus propagantur* [ summopere hic animadvertendum est, maximum, quod intercedit discrimen inter *Endemicos* & *Epidemicos* Morbos, id quidem esse *ex Hippocratis & Gale-*

*ni* doctrina [ §. 20. 21. 23. *ad* 26. ], quod *Endemici* nullis donentur contagiosis seminiis, quibus muniuntur *Epidemici*; *&* quanquam hi in locis, ubi exoriuntur, adhuc dici possint Endemici; juxta tamen Græcorum loquendi formam, *Endemicos*, uti quos *Hippocrates* in variis *Europæ* & *Asiæ* partibus descripsit, *Nusimata Epichoria* ex *Hippocrate* semper *vocari*, & quidem contagione destitutos, quos vero contagiosa sequuntur miasmata, ex eodem [ibid.] *Epidemios* appellari ]. *Alii enim non solum morbidorum corporum contactu sanos afficiunt; sed eam vim habent, ut subtilissimis halitibus ex se spirantibus perniciem spargant, qui* seminum more *rebus ex materia molliore constantibus, uti* xylino, lana, serico *&* vestimentis *inde contextis sese insinuant, ibique inclusi diu hærent. Qua via* Pestem *in* Africa *primum ortam, latam disseminatamque fuisse alias exposui . . . Sed redeo ad* Variolas. *Hic igitur Morbus mihi* vera Pestis sui generis *esse videtur*: *Lues in* Africa primum *genita, præsertim in* Æthiopia, *quæ pars ejus intolerabiliter est torrida, in* Arabiam *deinde, &* Ægyptum, *ut vastatrix illa Populorum magna* Pestis, *iis, quos diximus, modis delata est. Si quis autem miretur non citius in dissita loca ex* solo suo natali *hoc contagium serpsisse, is secum reputet, multo rariora fuisse antiquissimis temporibus, quam nostris, gentium inter se commercia, illarum præcipue, quæ interiora terrarum incolebant. Navigationes quoque non perinde ac nunc dierum longinquas fuisse institutas. Hinc mercaturæ expertes fuisse* Æthiopes *observavit insignis historicus* Ludolfus [ *histor. Æthiop. lib. IV. Cap. VII.* ]. *Idcirco, prout progressu temporis mutua hominum consortia tam belli, quam pacis artibus frequentiora fiebant,* Pestis *hæc se late diffudit. Per bella autem cum* Saracenis *pro* Terra Sancta *in Christianorum potestatem redigenda sub finem sæculi undecimi, & initio duodecimi gesta, vires maxime acquisivit: quo factum est, ut hanc religiosarum suarum peregrinationum mercedem domum reportarint Europæi. Ab illo tempore in quibuscunque hominum cœtibus Malum hoc* summe contagiosum *sedem fixerit, in iisdem sese* adhuc sustentat & tuetur. *Tabum enim,*
*quod*

*quod ex Puſtulis effluit, in ſtragulis & veſtimentis ægrotorum conceptum, ibique hærens & deliteſcens fit Morbi ſeminium in iis mox pullulaturi, in quos ſparſum fuerit contactu* ". Hactenus Meadius.

§. 438. Etſi vero, *Avenzoare* teſtante [§.437.], Peſtis Varioloſa ſæculo undecimo paſſim per *Europæ* gentes ſeſe diffudiſſet, ſi tamen ejus primarum apud Nos graſſationum hiſtorias intimius perpendamus, in propatulum veniet, eamdem ad ſeptimumdecimum uſque ſæculum perquam lente ab una in aliam ſerpſiſſe Regionem, rariſſimos habuiſſe recurſus, & nonniſi poſt Inſitionis inventum firmum in multis locis poſuiſſe domicilium. Jam ſæculo decimoquarto intermortuæ literæ apud *Latium* reviviſcere cœperant ſub Mediceorum Principum Auſpiciis, & ſæviſſima illa *bubonica* Peſtis, quæ ab anno 1346. ad 1350. totum fere peragravit terrarum Orbem, *Italiamque* vaſtavit, a *Cortuſis*, *Petrarca*, *Villani*, *Boccacio*, aliiſque hiſtoricis deſcripta fuit. Quoad vero Varioloſam Luem, Cl. *Joannes Colle* circa initium decimiſeptimi ſæculi, uti rem notatu dignam enarravit [a], *Viventium* ac *Bernardum Colle* de Variolis anno 1440. per *Italiam epidemice* graſſatis ſcripſiſſe. Ill. *Freindius*, qui hujus Peſtis hiſtoriam adamuſſim eſt perſcrutatus, omnium primum, qui inter Latinos Medicos integrum de Variolis condiderit Tractatum, *Marcellum Donatum Mantuanum* aſſeruit [b], ineunte ſæculo ſextodecimo clarum. Circa annum 1540. *Jo. Fernelius* ſcribebat [c], Variolas *Lutetiæ Pariſiorum* complures ſilere annos, & certis ( *imo & incertis* ) annorum intervallis ſævire in plebem. Apud *Scotos* anno 1567. tam altis in tenebris verſabatur Variolarum Diagnoſis, ut Celeberr. *Hiſtoricus Robertſonius* ſub judice manſiſſe litem ſcribat (d), num Rex *Jacobus Quintus* lethali Morbo prehenſus, diris ſymptomatibus diſcruciatus, atque *atris putridiſque Puſtulis toto corpore* onuſtus, veneno aut venerea Lue, an potius

Kkkk 2 Va-

(a) Tom. I. lib. XVI. Cap. I. p. 577.
(b) Oper. Med. Epiſt. ad Mead. p. 97.
(c) De abd. rer. cauſ. lib. II. Cap. XII. p. 622.
(d) Stor. della Scoz. lib. II. Not. p. 232. Trad.

Variolis ægrotaſſet. Vigente ſæculo decimoſeptimo Ill. *Thomas Bartholinus* enarrabat [*a*], *ſe a ſtudioſis Islandicis Haphniæ commorantibus certiorem factum, Variolas in Islandia quovis anno vigeſimo* [ fortaſſe citius vel tardius ] *recurrente tantum graſſari*. Quid vero ſi mentem convertamus ad Americam, ipſiuſque Africæ, tantorum malorum matricis, meridionales plagas? Sed de his nemo eſt, qui Variolas, *bubonicæ* Peſtis more, in illas noviter invectas, & pedetentim propagatas fuiſſe pernegare auſerit.

*Concluſio Trigeſimaſecunda.*

Quum igitur, evoluta Varioloſæ Peſtis hiſtoria tam veteri, quam recentiore, [ a §.408. ad 438. ], extra omnem dubitationis alcam poſitum eſſe comperiatur, eam ſæculo quinto ante Chriſtum natum ab *Æthiopia* primum eruptam, *Græciam* impetiſſe, dein *Syracuſas* ab *Africa* tranſvectam; poſtmodum a *Syria* in *Italiam* aſportatam, & ſub *Herodoto* atque *Aetio Græciam* denuo, *Alexandriamque* forſan populatam, non alio inſignitam nomine quam *Morbi*, *Sacrorum Ignium*, *Puſtularum Peſtilentium*, atque *Puſtuloſæ Peſtilitatis*; nuperis vero ſæculis adſcito *Variolarum* Vocabulo, non alio modo ad noſtra uſque tempora totum fere terrarum Orbem occupaſſe, quam exotici Contagii, individui ſui comitis, propagatione; piaculum, humanoque generi injurioſum videri debet, hoc Peſtis genus, ab *Europæ* finibus, uti *bubonicam*, non expellere.

*Additio decimaoctava.*

I. *Variolarum Hiſtoriam a Recentioribus rei Medicæ Præſulibus propoſitam hic recenſere congruum autumamus. Pluries laudatus* Sauvageſius *in ſua* Pathologia Methodica, *ſint Variolæ* Europæ *exoticæ, an indigenæ, haud inquirit. Id negotii, pro evolvenda earum genuina Cauſa, ſupervacaneum fortaſſe æxiſtimavit. Ubi de Morbis Infantium*, Europæ verna-

(*a*) Apud Swiet. Tom. IX. in Boerhaav. §. 1380. p. 4.

*maculas non negasse videtur*; *ipsarum enim efficientem caussam e* miasmatibus in centro terræ noviter genitis, Aerique suppeditatis *deduxit*. *Confer*. §. 43.

*Ill.* Macbridius *satius duxit Variolas in Febrium* Exanthematicarum *species recensere* (*a*); *& ubi de Variolis* (*b*) *nullum hac super re instituit sermonem*.

3. *Nec Cel.* Cullenius *id pensum assumpsit*; *& quamnam ipse voluerit contagionum omnium originem*, *jam Addit. IV*, *num.* 3. *adnotavimus*.

4. *Commendatus* Ludwigius *hæc solummodo indicavit* (*c*): ,, Variolæ sunt *Exanthemata* cum Febre accedentia, quæ *a Græcis haud descriptæ*, Arabum tempore potissimum innotuerunt ". *Et inferius* (*d*) *subjicit*: ,, Caussa proxima Variolarum in *Miasmate* quodam singulari posita est, quod sanguinem & humores seroso-lymphaticos inquinat, & per commercium cum hominibus Variolis affectis propagatur. *Miasma* ipsum in sua natura non satis definitur, *& dubium adhuc est*, num detur fomes Variolosus semper continuatus, an vero particulæ variolosæ *denuo* generentur? "

5. *Cl.* Tozzettius (*e*) *ita loquutus est*: ,, In quanto al Vajuolo, ed alla Rosolia, egli è omai assicurato dall'Istoria Medica, che non sono nate nell'*Egitto*, ma dall' *Indie Orientali* sono passate nell'*Arabia*, ed indi dai *Saracini* sono state portate nell' *Egitto* ".

6. *Diligentissimus Burserius*: ,, Disceptatum, *ait* (*f*), acriter est superioribus præsertim temporibus, utrum Variolæ *Hippocrati*, *Galeno* aliisque antiquioribus Medicis notæ fuerint, affirmantibus aliis, aliis negantibus, sic ut hodie *non expediat in hujusmodi controversia oleum & operam perdere*. *Verosimillimum* vero plerisque videtur, Vario-

(*a*) Tom. I. Introd. Method. in Theor. & Prax. Med. lib. IV. Cap. III. p. 154 seqq.
(*b*) Tom. II. lib. I. Cap. XII. p. 70. seqq.
(*c*) Instit. Medic. Clin. Part. I. Cap. I. Subsect. VII. §. 176. p. 78. seqq.
(*d*) Ibid. §. 179. p. 80.
(*e*) Ragionam. sopra le cause &c. dell' Insalubrità d'Aria della Valdinievole Tom. II. p. 639.
(*f*) Instit. Med. Pract. Vol. III. Cap. IX. §. CLXIII. p. 178.

riolas dilucide a quopiam descriptas non esse *ante Arabes*, quibus etsi eas anno Christi 572., aut saltem 622. innotuisse suspicari liceat, tamen *communior sententia est*, in *Ægypto*, atque interioribus *Arabiæ* locis *primum exortas*, a *Saracenis* in *Hispaniam*, *Europamque* sub finem tantummodo sæculi XI. & principium XII. perlatas fuisse. Ab hoc enim tempore adeo se diffudit ejusmodi *Lues*, ut non modo pro *Morbo inevitabili*, & *cuilibet* semel saltem in vita, nisi quis eo in utero Matris affectus fuerit, *subeundo* habeatur, verum etiam qualis, quantusque sit, neminem nunc prorsus lateat ".

7. *De Variolarum historia hæc notatu perquam digna habet Ill.* Rosen de Rosenstein: „ In qual tempo, [*a*], sia venuto il Vajuolo in *Isvezia* non si può determinare. Egli è però certo che nell' anno di Cristo 622., o 640. dall' *Arabia* passò in *Egitto*; e nel 714. in *Ispagna*. Verso l'anno 1270. o 1280. era una Malattia a tutti nota in *Inghilterra*. Dall' *Europa* s'insinuò nell' *America*, e dalla *Danimarca* nella *Groenlandia*. Quando comparve la prima volta in un paese, vi produsse assai funesti effetti ( *utpote quod omnis generis ætatis*, *sexus*, *atque temperiei homines arripuit* ); ma dopo alcun tempo si fece più benigno ( *in pueros scilicet solummodo sævìit* ). Esso ammazza però *sempre più gente che la Peste*. Dopo la sua propagazione in Europa hà sempre assalito or l'una, or l'altra contrada. Nelle grandi Città, e ne' luoghi più popolati domina moltissimo, bastando per comunicarvelo che una persona venga da un luogo, ove vi regni. L'esperienza dimostra che la Contagione si propaga ugualmente per gli abiti, che per li miasmi, seguendo non solo le persone, ma anche la roba loro. = Nel Febbrajo dal 1755. *niuno aveva il Vajuolo in Upsal*. Uno Studente venuto da *Oerebro*, *ove dominava tal Morbo*, ve lo portò: un'altro Studente ne fu attaccato e morì. Il Fratello di questo venne da *Stockolma* ad *Upsal* per procurargli l'esequie, e *riportò seco il Vajuolo a Stockolma*, ove poi

(*a*) Tratt, delle Malatt, del Bambin. Cap. XII. p. 91. seqq. Trad.

poi fece molta ſtrage. ( *En unicum modum, quo interneci-num hujus Peſtis contagium ab illo ſub Saracenis in* Europam *ipſius ingreſſu ad hunc uſque diem, perpetuo ſe vivum ſuſtentat, & ubique gentium haud interrupta propagatione graſſatur* ). Nell'anno 1718. approdò Nave *Olandeſe* al *Capo* di *Buona Speranza* ( *hic refert Variolas a Batavis Ottentotis primum conceſſas per linteamina varioloſo tabo inquinata, qua de re conf.* §. 79. ). Il Vajuolo è dunque una malattia contagioſa. Egli è però vero che quelli ſoltanto attacca, che prima non l'ebbero, e negli umori de' quali vi è una diſpoſizione a riceverlo [ *Conf.* §. 7. ]. Ma non ſiegue per queſto che il veleno Vajuoloſo ſia generato nell' Aria, o che per la medeſima ſi propaghi. Una Città potrebbe reſtarne libera, *ſe per lo Vajuolo ſi prendeſſero le ſteſſe miſure che per la Peſte*; anzi un intero Regno potrebbe preſervarſi, ſe tutti coloro, che non l'ebbero ancora, *in ugual tempo s' inoculaſſero*, avvertendo di ſeppelire ſotto terra le veſti adoperate durante la malattia, e di cercar poſcia, come nella Peſte, d'impedire, che l' infezione non venga di nuovo introdotta. = Neppure ſiegue, che il Vajuolo, il quale in una Città fà il guaſto in queſta o in quell'altra caſa, debba neceſſariamente diffonderſi, purchè ſi prendano per curare il Figlio di quelle perſone, che abbianlo di già avuto, e ſi ſeppelliſcano inoltre le ſue veſti, e s'impediſca qualunque comunicazione co' vicini. Il Vajuolo in tal caſo finirà; ſe pure il Contagio per un' altra perſona proveniente da luogo infetto non ſi riproduca nuovamente ". *Hæc Cel. Roſenſtein, qui omnimodam Variolarum extinctionem adhuc in Regno integro aſſequi poſſe probe cognovit; modum tamen ad illam obtinendam non recte univerſorum Variolas nondum paſſorum Inſitioni commiſit. Qui enim ab inſitivis Variolis reſurgerent, ad menſes duos infantibus per id temporis naſcituris contagium daturi forent; hique reliquis ſucceſſiva & in ævum duratura Peſtis Varioloſæ propagatione. Quid? quod ab Ill. Auctore propoſita univerſalis inſitiva prophylaxis concipi quidem, haud vero in toto aliquo Regno ſperari poſſit? Habemus interim, ut gratulemur, nos cum* gra-

*gravissimo hoc Auctore ; circa Variolarum saltem aliquo in Regno, cui ipse exoticas credere debuit, integram expulsionem firmiter convenire, uti convenimus, circa simplicem modum, quo Variolæ ab una in aliam domum, ab hac in illam transmigrant Regionem, nullo Aëris concursu, sed una tantum contagione.*

8. *Celebratissimus* Gulihelmus Buchan *Collegii Edimburgensis Med. Prof., cujus Opera Medica nuper obtinuimus, hæc pauca nobis offert adnotanda* (*a*): „ Per lo più il Vajuolo si comunica per contagio ( *Confer.* §. 16. ); e da che questa Malattia ha preso piede in Europa, non si è arrivato ancora a potere distruggere intieramente questo Contagio. Ciò nasce, perchè [ per quanto è a mia notizia ] non sono state prese le sue oonvenienti misure a tale oggetto; perciò oggi il Vajuolo è in un certo modo divenuta una Malattia di temperamento ( *Confer.* §.35. ). *Disertissimus Auctor adnotationum, ex Praxi Neapolitana erutarum, exscripto* Buchani *textui hæc subjungit* (*b*): „ Sembra che il Sig. *Buchan* non creda impossibile la totale estirpazione in Europa del Vajuolo, Malattia che per tanti secoli non vi è stata conosciuta, e che ci è venuta dall' Oriente. Su questo proposito Noi abbiamo un' eccellente *Memoria*, pubblicata nell' anno 1787. dal Sig. Abate *Scuderi* di Catania sotto questo titolo: *Variolarum, omniumque contagiosorum Morborum, excepta Lue Venerea, in cunctis Regionibus, maxime Europæis, facilis Extinctio*. E' vero che il piano proposto dall' Autore non può dirsi nuovo, perchè altri Medici prima di lui hanno esaminati li mezzi per estirpare radicalmente questa contagiosa Malattia, come può vedersi presso il Sig. *Sarconi* nel suo *Trattato del Contagio del Vajuolo*. E' vero che forse non è oggidì sperabile la totale estirpazione del Vajuolo, perchè, come riflette anche il Sig. *Buchan*, sembra ch' essa sia divenuta una Malattia di Constituzione. In qualunque

(*a*) Medicin. Domestic. Tom. II. Cap. XII. Art. I. p. 238. Trad. Napoli 1788.

(*b*) Ibid. Med. Prat. di Napoli nel Vajuolo p. 312. seqq.

que maniera però il desiderio del Sig. *Scuderi* di veder liberata la specie umana da questa funesta Malattia, forma l'elogio del suo cuore; e la precisione e la chiarezza con cui sviluppa tutti gli espedienti possibili, che possono aver luogo in quest' utile progetto, formano l'elogio de' di lui talenti. *Sentiamo che alcune Nazioni di Europa abbiano già incominciato a regolarsi sul Piano del Sig. Scuderi con molto successo*; ed è desiderabile, che almeno, finochè col rendersi universale l' inoculazione questa malattia diventi più benigna, se ne arresti il corso co' mezzi suggeriti dal Sig. *Scuderi* ".

9. *Inter Neapolitanæ Medicinæ Præsules Ill.* Michael Sarconius, *cujus, præ cæteris, magna laus est, egregium* Equitem Rosa *invenisse laudatorem* (a), *multis numeris absolutum, doctrina eruditioneque exornatum, uberrimisque munitum observationibus edidit Tractatum, cujus titulus est*: Del Contagio del Vajuolo, e della necessità di tentarne l'estirpazione, Napoli 1770.; *quem nos elapso anno consequuti sumus. De hujus Cel. Viri Institutionibus pro extirpanda Variolosa Peste confectis, inferius erit sermo. Hic Variolarum Historiæ per ipsum exaratæ solummodo locus est; de qua præ reliquis hæc fatur* (b): „ *Vallesio*, e *Foresto*, uomini savissimi e nati per ristorare la Medicina del grande *Ippocrate*; *Fracastoro*, uomo tanto rispettabile tra' Medici di suo tempo, quanto grazioso per la nobile eleganza della sua Musa; i due *Lusitani*; e per tacer degli altri, *Sennerto*, *e Riverio* furono i Fautori della prima sentenza, cioè „ *che il Vajuolo fu Malattia nota a' Maestri della Greca Medicina, e coeva a tutta la specie umana* ". Questa sentenza fu ultimamente ( *anno* 1733. ) con una erudizione singolare, ed atta a rendere rispettabile ogni più ardita proposizione, sostenuta e richiamata in iscena dall' Illustre *Signor de Hahn*, felicissimo Medico di *Breslavia*.



(a) De Epid. & Contag. Acroas. §. XII. not. 85. p. 174.

(b) Del Contagio del Vajuol. ec. Tom. I. Part. I. Cap. I. §. 141. p. 272. seqq.

Egli occupò lo spirito de' più invecchiati, e religiosi veneratori degli oracoli Medici della *Grecia*; ed avrebbe forse saputo estorquere i suffragj della più sana parte, se al suo sistema, tanto elegante ed ingegnoso, *quanto inverisimile in Natura*, non si fossero opposti con piena felicità il celeberrimo *Signor Werlhoff*, Protomedico di *Annover*, e l'insigne *de Tharding*, che, molti anni dopo, continuò l'attacco, riscaldando le orme già segnate dal *Werlhoff*". *Dein subdit* (*a*): „ Da che si ha notizia del Vajuolo, appare dalla Storia che questo Morbo non ha saputo contenersi ne' limiti di male *Sporadico*, e singolare. Da per tutto, ove s'intruse, lo troviamo descritto, e debaccante come un flagello popolare. E' tutto dunque ragionevole il credere che, se ad *Ippocrate* fosse stato noto, noi dovremmo rinvenirne la descrizione ne' libri degli *Epidemj*". *His prolusis a pag.* 276. *ad* 287. *varios adducit Hippocratis textus, a contrariæ sententiæ Promotoribus pro Variolis Morbillisque allegatos, intactis* Sacris Ignibus; *conaturque evincere, perperam ad hasce pestilitates denotandas pertractos fuisse*. *Idipsum agit a p.*290. *fere ad* 314. *circa* Galeni, *&* Herodoti *ab* Aetio *relata loca, & quidem stricto in* Hahnium *calamo*. *Tandem sequentia scribit* (*b*): „ I *Giapponesi* nell'anno 747. dell'era cristiana trovansi, per quanto appare dalla Storia, già attaccati da questo Morbo. *Siomu* pervenne sul trono nell'anno 1384. di *Simmu*: nel terzo anno del suo Regno, che corrisponde al 727. dell'era nostra, il Vajuolo devastò tutte le parti del *Giappone*. Nel settimo anno del Regno di *Takakura*, che corrisponde al 1176., il Vajuolo fece un'orribile strage per tutto l'Imperio. = Dal veder dunque apparso il Vajuolo in così opposti siti della Terra ( *Arabia nimirum*, *Europa*, *Cina*, *de quibus jam supra loquutus est*, *atque Iaponia* ), distinti da uno spazio immenso di mare, e di continente, che vi s'interpone; e separati interamente di commercio, quale conseguenza dovremo dedurne? Diremo che fu Male di

(*a*) Ibid. §. 144. p. 276.
(*b*) Ibid. Cap. II. §. 171. 172. p. 333. seqq.

di ogni età? Potremo dire che fu Male altrove nato, e poi intruso in una delle più frequentate regioni dell' *Europa*? Crederemo finalmente che fu un Male originario del *Giappone*, e della *Cina*? La prima asserzione è interamente opposta ai fatti finora esaminati, e dichiarata falsa dal totale silenzio della Storia. La seconda inelude la supposizione, che il Vajuolo altrove nascesse, ed indi fosse stato trasportato in *Europa*. La terza, per quanto sembri verosimile, non è che non includa le sue non leggieri difficoltà... I fatti che nel susseguente §. noteremo fanno giustamente *sospettare* che 'l *Giappone*, la *Cina*, e l' *Europa* trassero da un fondo stesso ( *nimirum e Guinea uti* §. 173. *seqq.* ) e dalle stesse Regioni, che in prima furono separate dal loro commercio, lo stesso Morbo ".

10. *Inde Ill. Eques* Michael Rosa *scripsit* (a): „ Primo utar *Freindii* verbis: „ *neque in controversiam venire debet, quin Variolæ Græcis fuerint incognitæ; quicquid nonnulli e Recentioribus contra garriant* ". ( *Hist. Med. p.* 2. ). Fateor autem deinde, quamquam recentiorem, multo tamen *ubique obscuriorem haberi originem Variolarum*, quam Pestis. Hanc enim, aut unde sit, aut saltem unde non sit, argumenta perplura sunt, quæ pene cogant fateri: Variolas autem ( æque & Morbillos ), quum nec ab *Europa*, nec ab *Ægypto* extitisse, plane perspexeris, easdem ex reliqua *Africæ* parte, atque *Asia* unde extiterint, *non facili conjectura pervincas*. = Sunt vero *incerta* super his non minus *loca*, quam *tempora*; fereque *inutilis iis eruendis* concelebrium etiam Scriptorum *sagacitas* hactenus fuit: nec video tamen inter plurimos, qui hac ætate, utramque difficultatis partem *uberius aut diligentius* tentaverit *Pauletio* ( *Hist. de la Petite Verole* 1768., & *Sarconio* ( *Del Contagio* del *Vajuolo*, e *dal tentarne l' estirpazione* 1770. ), quamquam in diversas opiniones secesserint . . . *Sarconius* autem in expiscandis Variolarum originibus, mirum dictu quam multa, quam exquisite & apposite, ex omnigena eruditione congesLlll 2 sit

(a) De Epidem. & Contagios. Acroas. §. XII. not. 85. p. 164. & 167.

sit Scriptorum omnium testimonia! Sed &c. " *Et ibidem p.* 171. *adjicit:* „ Ego quidem advenisse in *Italiam* Variolas cum reliqua *Saracenorum* colluvie penitus credo ".

11. *Sub idem tempus, quo Nos hic* Neapoli HUMANISSIMO REGI NOSTRO FERDINANDO IV. *demostratam Variolarum omniumque Contagiosorum Morborum Extinctionem sistebamus, eamdem pro solis Variolis egregie urgebat Ill.*Franciscus Gil *Chirurgus Hispanus, satis docto, elaboratoque Tractatu sub augustissimis auspiciis Sapientissimi* CAROLI TERTII *Hispaniarum Regis, quem nuper extinctum Europa luxit tota*, Marriti *edito anno* 1786., *sub titulo*: „ Dissertacion Fisico-Medica, en la qual se prescribe un metodo seguro de preservar a los Pueblos de Viruelas, hasta lograr la completa extincion de ellas en todo el Regno &c.. *Eximius tamen hic Vir hactenus vulgatæ Variolarum historiæ adstipulatus est, earum primum in* Europam *ingressum sub* Arabum *atque* Saracenorum *in ipsam incursione* (a) *asserendo; illorum judicia rejiciens* (b), *qui illas* Hippocrati *simul &* Galeno *perspectas fuisse propugnarunt: unde Medicorum hac super re litem minime diremit.*

12. *At adeamus oportet Ill. hujusce nostri Operis Æstimatorem, ut assequamur num de Variolarum origine quicquam tam ratum eidem compertum fuerat, quo pluries indicatam sententiam merito in nos scriberet*, „ Plurimi interest, *inquit* (c), omnino statuere num hic Morbus ( *Variolosus* ) patenter adeo contagiosus, non nisi contagio semper excitetur, nec sponte unquam possit insurgere, sicuti plerique contendunt, pro certo habentes aliunde advectum nobis eumdem fuisse, quo perpetuo fuissemus immunes. = Liquet autem, *adhuc non constare inter eruditos de hac Variolarum ad Europæos, fortasse nunquam eas sponte passuros, translatione:* sed etiamsi vere extraneus olim Europæis hic Morbus fuerit, *videtur* adeo eidem apta horum corpora evasisse ( *Confer. nostr. Op.* §. 7.),

(a) Dissertacion, ec. p. 2.
(b) Ibid. p. 6. seqq.
(c) Lib. II. Instit. Med. Partis Posterioris &c. a §. 687. ad 691. p. 200. seqq.

§. 7. ), ut etiam nulla contagii occasione data nascatur, ex causis, *quas definire perarduum est*. = Quis enim alias intelliget cur epidemice plerumque grassentur Variolæ, datis temporis intervallis resurgentes, & reliquorum Morborum epidemicorum ritu cursu suo peracto desinentes, & etiam eos pueros invadentes, qui religiose cauti a contagii occasionibus fuerant? Id autem nullus fere Medicus non vidit ( *Et nullus fere Medicus in dubium vocare poterit contagium per tenebras circumire* ). = Quis sufficientem rationem exhibebit, ut intelligatur, cur pueri Variolas nunquam passi persæpe illas haud contrahant a præsentissimis Contagii occasionibus, sed alio tempore absque ulla occasione succumbant iisdem? Atqui id obvium plane & frequentissimum est ( *Frequentissimum adhuc & obvium id Phænomenon præsto est sub Peste bubonica uti notavimus §. 302. 303., nec Medicorum ullus ex recentioribus eam in Europa sponte natam cordate inde asseruit* ). Inde simul patet aliquam adesse debere *humorum* præviam dispositionem, qua excipiendo contagio sint parati, & contagium ipsum nonnisi accensionis occasionem exhibere *præexistenti pabulo*; hoc mirum istud exhibet phœnomenon, quod semel ab ipso Morbi cursu absumptum amplius non reproducatur in vivente ( *Idipsum contingere sub bubonica Peste jam §. 155. evictum est* ). *Deinceps* (*a*) *sic fatur*: „ Venenum variolosum contagio quidem a sanis frequentissime adquiritur. Contagium vero volatile esse, & per ipsum Aëra traduci timor potius dictat, quam certa ratio, vel tuta experientia. = Surgit vero quandoque sponte sua: *animalibus enim partibus constat, peculiari putredine in venenum conversis*; non secus ac in Febribus reliquis paullatim *collectæ diuturno tempore sordes*, tandem vitæ patenter infensam indolem adipiscuntur. = Illæ vero partes, quæ Variolosum venenum fieri aptæ sunt, talem habeant originem oportet, ut semel absumptæ nunquam regenerari a quacunque caussa possint ".

13.

(*a*) Ibid. a §. 698. ad 700. p. 103.

13. *Nuper expositæ persimillimam Variolarum Originem adstruxit celebratissimus ille Medicinæ Professor, qui in ferendo in nostrum Opus judicio principem tenuit locum. Sic enim fatur* (*a*): „ Constat inter omnes venenum variolosum imperspectæ naturæ, incerto ætatis tempore, *proprio quodam humani generis Fato, & fere inevitabili*, hominem adoriri. Ejus autem *semina ingenitane* sint homini, quæ *certis caussis*, tanquam longa desidia *excitata*, vim suam efferant, & *latebris* egrediantur; aut *adventitia*, & quæ contagio quodam recipi soleant, *dubia res videtur*, inter *varias* & rationes & difficultates. Nam tanta ejus *Fati* hominibus omnium gentium communio, ortus sæpe Morbi *sine ullo contagio manifesto*, ex una parte favent *ingenitæ* labis suspicioni. Dissuadent e contrario nonnullorum certa *immunitas*, *nec coæva* humano generi labes, quam *duodecim* ab hinc sæculis natam *ferunt*; facilis in eam casus variolatorum consortio, & alia nonnulla. Sed nullius partis sine responso rationes sunt; & expedit fateri *nihil etiam in eo certi nos scire*. Nam mihi quoque nonnunquam venit suspicio, *ita posse latere* in corpore humano venenum variolosum, ut quandoque movere se incipiat, & *certis accedentibus caussis conquiescat*, quod postea *alio tempore* motum suos effectus plene exserat ".

14. *Ex hactenus exscriptis de Variolarum origine inter sese pugnantibus Recentiorum Medicorum Sententiis quisque æquus rerum Æstimator perspiciet, circa eam nil ratum, nil extra dubium hucusque fuisse conclusum. At enim vero. Si* plurimi interest omnino statuere num hic Morbus nonnisi contagio semper excitetur, nec sponte unquam possit insurgere ( *hic num.* 12. ); *si Variolarum* semina ingenitane sint homini, aut adventitia, dubia res videatur inter varias & rationes & difficultates, expediatque fateri nihil etiam in ea certi nos scire (*hic num.*13.); *detectum per nos Variolarum certum domicilium Europæ Exoticum, definitusque primus hujusce Pestis in Europam impetus, quorum uterque &* Morbum

(*a*) Syntagm. de Sed. Variol. § LXXII. p. 157. seqq. Edit. Neapoli. 1769.

bum nonnisi contagio semper excitari, nec sponte unquam posse insurgere; *sicuti & ipsius* semina *perpetuo* adventitia, *nunquam* homini ingenita, *meridiana clarius luce demonstrat; tam parvine intererunt, ut præclarissimi Judices, de Opere nostro Imperanti Regi, satis claro verborum aucupio, retulerint* (*a*), *in illud* nihil integre novum, quod Reipublicæ utile evadere potuerit, *comperiri? Qui recto pollent judicio, rectaque gaudent ratiocinandi facultate, inficias ire nequeunt, basim, cui solummodo innititur cujusque Epidemici, sive Contagiosi Morbi aliqua in Regione Extinctio, esse quidem demonstrationem illam, qua procul dubio evincitur, id genus Epidemici illic esse alienigenum, nec in ea sponte erumpere posse. Id pensi erga totum pene Orbem, una excepta Æthiopia, & si qua ei persimilis extaret Regio, nedum pro Variolis, sed pro omnibus fere Epidemicis absolvisse nos credimus, & quidem innumeris adversantibus Hypothesibus, obnitenteque vel ipsa per manus tradita Historia. Hæcne demonstratio* integri reperti *nomen non merebitur? solumque hoc insigniri debent vocabulo noviter comperta humani Corporis foramina, novique aquæductus, qui in ævum nec unum hominem ab orci faucibus eripere poterunt? Non hæc vero fuit sententia Illustrium* Diarii Encyclopædici Neapolitani *Auctorum. De nostro enim Supplemento, in quo totius Operis Conspectum tradidimus, hæc perbenigne scripserunt* [*b*]: „ Non si può dunque negare al nostro Autore di aver egli scoperto il primo la vera origine del Vajuolo: scoperta utilissima, che toglie le amare mediche controversie su questo fatal Morbo. Moltissimi uomini celebri vi han travagliato senza mai poterne venire a capo. Di fatti non si è mai potuto decidere con certezza se il Vajuolo sia stato Morbo *esotico* all'Europa. D'altronde ciò non dee ripetersi, che dal non essersi giammai dimostrata la sua intromissione nell'Europa stessa. Quindi i due partiti, e la pugna di essi nelle scuole. L'uno ha asserito l'antichità di tal Morbo fin da' tempi

(*a*) Ex exemplari ipsorum Relationis ad Regem missæ, ut in Præfationis calce lit. F.

(*b*) Tom. VI. Memor. Scientif. & Letterar. Num. XV. Napoli. Supplemento ec. p. 116. Napoli 1788.

pi *d' Ippocrate*, per sostenerlo *Endemico* all'Europa. L'altro l'ha preteso nato a' tempi di *Maometto*. Ma il nostro Autore ritrovandone il primo ingresso presso *Tucidide*, ha decisa oramai l'ostinata contesa. Se non per altro riguardo, per questo solo egli avrà la sorte di fondare un Epoca memorabile nella Storia Medica ec. " *Quid? quod prælaudati Judices falcem in messem alienam audacter immittere tentaverint, ut Opus nostrum a Typis regiis repellere possent? Sapientissimi enim* Regis *mandatum iis impositum non illud quidem fuit, ut decernerent, num a nobis proposita Variolarum Extinctio in usum vocari possit, quum hic Articulus, sub Congressu coram Publicæ Sanitatis Præsules die vigesimosexto Aprilis* 1787. *habito, ab Illustribus Medicinæ Professoribus* Josepho Vairo, Francisco Dulcio, Dominico Cotunnio, & Vincentio Petagna, *per illos in id congregatis, jam fuerat definitus (a); sed ut perpenderent, num Opus nostrum Regiis dignum foret Auspiciis*. Suprema *enim* Lex Populi Salus, *penes Reges residens, privatorum judiciis subjicienda non erat; & jam commendati* Diarii Encyclopædici *Scriptores sequentia vulgaverant (b)*: ,, Dal fin qui detto si rileva di essersi in questa Causa proceduto con tutto il rigore. Ciò non ostante la Ragione sembra di aver trionfato. Come ognun ha potuto vedere, la sentenza è stata, che la Estinzione del Vajuolo, e degli altri Morbi contagiosi proposta dal nostro Autore, debba procurarsi per via d'Istruzioni [ *Superius laudatorum Virorum hæc fuit decisio* ). Queste non obbligando i Popoli a forma di Legge, ma illuminandoli, consigliandoli, dirigendoli, potranno ritardare, ma porteranno al conseguimento del fine, purchè siano ben concepite. Ci sembra ora che la cosa non ammetta più questioni; che la Teorìa del nostro Autore sia tale da non dar più luogo a dubbj; in una parola che questa causa *non debba essere omai più sottoposta a mediche controversie. E' pervenuta al termine, di dover esser oggi considerata di solo diritto de'*SUPREMI

(a) Confer. Supplemento alla Memoria ec. p. 10. & p. 57. 58.
(b) Loc. s. cit. p. 114. seqq.

MI GOVERNI. *Essi sono i Custodi ed i Protettori della Pubblica Salute. Ad essi appartiene il giudicare su' mezzi di porre ad effetto col minor possibile incomodo del commercio e della Società, sia per via d' Istruzioni, sia per via di Legge, un' impresa che tanto interessa le Sovranità medesime.* Ecco il motivo, che ha indotto il nostro Autore a dedicare questo suo Opuscolo alle illuminate Potenze Europee. E poichè vi hanno il massimo interesse l' Umanità non meno che la Felicità e la Gloria Nazionale, l'ha dedicato eziandio alle Accademie tutte dell' Europa" &c. *Quousque tamen tardigrada hæc Veritas Europæ summorum Principum, egregiarumque Academiarum, quas uti idoneos Judices & illius invictissimos Assertores appellamus, limina non tetigerit, probe scimus ipsam optatum eventum haud fore consequuturam.*

*Hypothetica figmenta circa spontaneum apud Europam Variolarum ortum ratis observationibus concidunt.*

§. 439.

Superius constructæ Conclusioni ( XXXII. §. 438. ) tria adversari videntur. I. Qui fieri potuerit, ut Variolæ, *Hippocratis*, *Diodori Siculi*, *Herodoti Medici*, *Galeni*, & fortasse *Aetii* temporibus *Europam* ingressæ, longeque ac late depopulatæ, perpetuam apud ipsam non posuerint sedem? II. Undenam quod a sæculo sexto vel saltem decimo usque ad tertium decimum Variolas per *Europam* diffusas nullus ex Latinis Medicis descripserit? III. Quanam ex causa Variolæ, postremis hisce sæculis, apud *Europam* supra *Endemicorum* Morborum morem in immensum sese multiplicaverint?

§. 440. Primo ut satisfaciamus quæsito, testimonia apponamus oportet, quæ demonstrent, illud fallere nescium cujusque Pestis *prophylacticum*, Fugam, nimirum, ab infecto corpore, adhuc vetustissimis temporibus, Ægyptiis, Græcis, atque Romanis fuisse perspectum. *Cornelius Tacitus* hac super re hæc adnotanda tradit

dir (*a*): „ *Plurimi Auctores consentiunt, orta per Ægyptum Tabe, quæ corpora fœdaret* ( hæc Tabes corpora deturpans, fueritne Lepra, an Variolæ hariolari non refert, ) *Regem Occhorim* ( al. Bocchorim, apud Exodum Pharaonem ) *adito Hammonis Oraculo remedium petentem*, purgare *Regnum & id genus hominum, ut invisum Deis*, alias in terras avehere *jussum* ". Atheniensium Variolosæ Pestis a *Thucydide* & *Hippocrate* descriptæ a Græcia propulsationem *Plutarchus* (*b*) nostrati *Acroni Agrigentino*, Hippocrate ætate provectiori (*c*), attribuit, cui *Aetius* (*d*), & Ill. *Eloy* (*e*) adstipulantur; at magna Historicorum pars, *Kirchero* atque *Nardio* [ §. 177. ] edifferentibus, a Magno *Hippocrate* confectam fuisse contendit. Fortasse uterque in id suam præstitit opem. Nulli enim dubium, quin id Pestis genus a Græcia fuerit exturbatum; minimeque dubitandum, quin idipsum una contagii fuga absolutum fuerit; quum quæ de magnis Ignibus accensis, de sulphuris fumigiis, de Vino per plateas disperso, nimium excogitata circumferuntur, omnimodam Pestis in tota Græcia grassantis extinctionem perficere haud apta erant: neque opinandum *Acronem*, sive *Hippocratem*, genuinum cujusque Pestis *prophylacticum*, apprime sibi notum [ §. 20. ], locorum nimirum Lue occupatorum declinationem, in re tam gravi prætermisisse. Ex *Thucydide* [ §. 170. ] Peloponnesiis id præsidii genus tam clare innotuerat, ut *Morbi metu* ab Urbe infecta, quam obsidione tenebant, *citius*, *quam statuerant*, *discesserunt*. Vetustos Latinos quod spectat, gravissimus Poeta *Virgilius*, pro ove, omnium prima pestiferis *Sacris Ignibus* apprehensa, Pastorem suum his monuit (*f*):

*Continuo ferro culpam compesce, priusquam*
*Dira per incautum serpant contagia vulgus.*

Quem

(*a*) Histor. Lib. IV. num I. p. 590.
(*b*) De Ibid. & Osirid....
(*c*) Eloy Dizionar. Stor della Medic. Tom. I. p. 15. Trad.
(*d*) Tetrabibl. 1. Lib. 1. Cap. XCIV.
(*e*) Loc. s. c.
(*f*) Lib. III. Georgic. cum Servio & aliis p. 115.

Quem locum omnium vetustior Virgilii interpres *Servius* sic exposuit (*a*): „ *Habere morbum, culpa non est; sed hoc dicit: occidendo eam, tuam culpam compesce, idest, vita crimen, in quod potes incidere, si dum uni parcis, fuerit totus grex* ejus contagione *corruptus* ". Celeberrimum *Columellam* id summum Pestis *prophylacticum*, ad *Sacros Ignes* subito extinguendos aptissimum, satis probe novisse, adnotata §.193. satis liquido declarant. Ab Historicis tandem, per *Ludovicum* Dolce allegatis (*b*), in compertis habetur, *Marcum Aurelium Antoninum* Imperatorem simul & Philosophum, sub Variolosa Peste Romam atque Italiam populante [ Confer. §. 425. ad 429. ], in id omnem suam impendisse curam atque solertiam, ut hujus maximi Morbi contagium in plurimos ne proserperet, non paucis adhibitis ad ejus extinctionem circumspectionibus.

*Conclusio Trigesimatertia.*

Longa igitur [§.440.] lataque atque repetita Variolosæ Pestis in *Græciam* [ §. 408. 413. ], *Syracusas* [ §.410. ], *Syriam* atque *Europam* [ §. 426. ] excursio simul & grassatio, vetustis sæculis minime effecerunt, ut id epidemici Morbi genus, his Regionibus prorsus exoticum, contubernale evaderet; utpote quia ab Hominibus, nulla per id temporis falsa hypothesi præoccupatis, uti sibi alienigenum & quidem pestiferum congrua contagii vitatione [ §. 440. ] e suorum finibus expulsum sit. Hinc vero intelligimus, quam longe a Veritate illorum aberret opinio, qui asserunt, hanc Pestim vel hæreditaria propagatione [ §. 35. ] in filios transmitti, vel ubicunque sedem fixerit, ibi sese perpetuo sustentari [ §. 437. ], occultisque de caussis tueri: quia potius liquet, ejus in Europa per tot sæcula domicilium, & infinita hominum excidia, humanæ incuriæ, & præconceptis opinionibus esse tribuenda, vel Experientia [ § 440. ] id



(*a*) Ibid.
(*b*) Vit. degli Imperat. Roman. p. 177.

id proclamante, cui refragari conantur, quotquot mordicus asseverant, Variolas nostris diebus apud *Europam* vel sponte oriri, vel haud extingui posse.

§ 441. Secundi quæsiti, *cur*, scilicet, *ad sæculum usque decimumtertium Latinorum Medicorum nemo de Variolis scripserit*, in promptu est ratio. Ante enim *Aetii* tempora, nec quidem expleto sæculo quinto Majestas Romani Imperii, uti Litterati omnes probe norunt, irruente in *Latium* Barbarorum fœda colluvie, concidit; & cum ea inter truces Civitatum vastationes, diraque bella, collapsæ sunt Scientiæ fere omnes, Artes, inventa, res medicas scribendi inchoatus labor; rerum omnium ignorantia, qui Provinciarum potiti sunt, detentis. Paulo post vastatam Italiam *Græcia* ipsa ab hoc lugubri Scientiarum naufragio non fuit immunis: „ *Post devastatas*, ( sunt hæc verba Cl. Ettmulleri (*a*) ), Athenas, Alexandriam, *&* Tharsum; *post sæculum sextum & tempora* Justiniani, *uti omnes bonæ litteræ*, *ita in specie* omnis Medicina in Oriente, & Occidente *concidit*; *ominimo post frequentes* Barbarorum *in ista loca excursiones*, *tandem ad* Saracenos *&* Arabes *studium litterarum &* Medicinæ *pervenit*. *Siquidem a sæculo nono usque ad decimumtertium per quadringentos annos* Medicina *saltem apud* Saracenos *&* Arabes *in* Asia, Africa *&* Hispania *floruit* . . . *Sub* Barbaris *ita &* Saracenis *abscondita fuit* Medicina, *donec*, *currente sæculo decimotertio*, Itali *imprimis linguarum puritatem*, *& hinc studia revocare cœperunt* ". Frustra igitur per id temporis quæritur Latinus Pestis Variolosæ Scriptor, quum ab eo infausto die, quo hic humano generi funestissimus Morbus, *Sacrorum Ignium*, *Pustularum pestilentium*, & *pustulosæ Pestis* nomen deseruit, pessimoque omine *Variolarum* vocabulum acquisivit, a solis *Arabicis* Medicis descriptus fuerit; quorum perturbatam hujus Pestis genuinam historiam, excogitatamque de ejus efficiente causa mortiferam illam *Rhazis* hypothesim posterioris ævi Latini Medici inconsulto accipientes ansam præbuere, ut perpe-

(*a*) Tom. I. Instiut. Medic. Prolog. Cap. I. p. 28.

petuis, & ubique locorum sub idem tempus diffusis ipsius grassationibus totam *Europam*, indeque *Americam* ipsa vastaret; incassum a Recentiorum non paucis propugnata ejusdem Luis apud *Europam* novitate. Conf. §. 438.

§. 442. Quoad quæsitum tertium, *undenam*, scilicet, *ut nostris temporibus variolosa Lues apud Europam supra Endemicorum Morborum morem in immensum excreverit*, nulli dubitamus, quin ingenuus quisque infelicibus scholarum Hypothesibus, Variolas Hominibus veluti quodam Fato instare opinantibus, tribuerit. Inde equidem ex suggestu *Cl. Sylvius de le Böe* Tirones edocebat (*a*), *consultum esse*, *Variolis boni moris grassantibus*, *infantes adhuc sanos vivere cum ægris in eodem cubiculo*, *quo & ipsi Morbo corriperentur*, *paterenturque leviorem*; etiamsi hanc spem quotidiana Experientia fallacissimam demonstraret. Inde propugnatum (*b*), *perperam Parentes illos agere*, *qui infantes ac pueros eo tempore*, *quo grassari incipiunt Variolæ*, *ab omni Contagio sollicite præservant*; *utpote quod nihil aliud agant*, *quam quod eosdem ad id malum reservent in ætatem juvenilem*, *aut virilem Morbo incongruam*: quasi humana species eo in lucem prodiret, quo vel sub ipsis incunabulis trucissima extingueretur Peste, vel saltem deturparetur. Inde apud vulgus, credulitatis plenissimum, mos ille invectus, quo sanissimi Pueri variolatos adeuntes certum Variolarum numerum soluto nummo emerent, quorum plurimi suum emerunt excidium. Inde, tenebris obvelata tam sævi Morbi vetusta Pestis facie, quivis ab eo arreptus consanguineorum vicinorumque caterva ad mortem usque obruitur; extinctus domi ac in templis funerea pompa non sine populi concursu decoratur; usque ad vesperas inhumatus ab omnibus præsertim pueris spectatur; funerea vestimenta pestifero coinquinata tabo, per vicos plateasque exposita domi redeuntur, pestem in dies vel in annum aliis concessura. Inde demum in-

(*a*) Prax. Medic. Append. Tract. I. Cap. IX. §. LXII. p. 402.
(*b*) Apud. Hoffm. Tom. IX. Supplement. Dissert. de Morb. incongr. §. VIII. p. 173.

infinitis encomiis cumulata insitiva hujus Luis *Prophylaxis*, quæ, etsi aliquos servavit, nonnullos tamen ad orcum misit, & quod maximum, eo frequentiæ hanc puerorum vastatricem Pestim pertraxit, ut, quæ post longissima, saltem non brevia temporum intervalla in quamlibet Civitatem recurrere sueverat ( §. 438. ), hisce diebus, millenis atque millenis Europæ Urbibus atque pagis, sub idem tempus, eamdemque horam perpetuo epidemice debaccetur, absumpta quarta ut plurimum Puerorum, Reipublicæ charorum, parte: nec tamen hucusque ullus *Lacaon* nos inclamavit: *O miseri, vah quanta insania mentis!*

*Conclusio Trigesimaquarta.*

Totius igitur ( §. 442. ) *Europæ* Salus in eo solummodo posita est, ut, abactis, quæ in genuinam Variolarum *Pathologiam* irrepserunt, exitiosis *Hypothesibus*, quod primi veræ Medicinæ Parentes *Græci* eis imposuerunt nomen, *Sacrorum*, nimirum, *Ignium* (Concl. XXII.), *Pustularum pestilentium* ( a §. 413. ad 424. ), atque *pustulosæ Pestilitatis*, [ a §. 425. ad 429. ], ab *Arabibus* ignaviter & perniciose obliteratum, eisdem restituatur; quinimo Pestis omnium lethalissimæ sævissimæque ( Concl. XXIV. & XXXI. ) vocabulo insigniantur, quo ab omnibus, pro virili, sicuti vetustis sæculis peractum, declinentur, evitenturque; simul & a Sapientissimis Europæ Principibus, indictis exequutu facillimis circumspectionibus, ab omni exturbentur Europa.

*Bubonica Pestis, Europæ omnino exotica, Æthiopiæ, vel procul dubio extra Europam suum detinet domicilium.*

§. 443.

Si Veritatis inquirendæ studio, haud vero Scholis Medicis insita disceptandi libidine, quæ ( §§. 204., 214, 252. ad 258.; 263., 266. ad 275; Concl. XXII. ad XXV.; §§. 320. ad 327.; 328. ad 329.; 337. ad 360.; 367. ad 373.,

373.; 374. ad 377.; 378. ad 397.; 398. ad 406.; 407., 408. ad Concl. XXXIII. ) evoluta sunt, recta lance perpendantur, certa res demonstrationisque vi munita esse videtur, sequentes *Epidemicos*, sive Contagiosos Morbos, *Variolas* nimirum, *Morbillos*, *Rubeolamque*, simul & *Ophthalmiam*, *Tabem*, *Febres Ardentes* atque *Phreniticas*, *Dysenteriam*, *Intermittentes* vulgo *perniciosas*, *Tuberosum Parotidum Morbum*, *Anginam*, *Petechias*, *Tussesque Convulsivas*, ab *Hippocrate* satis probe observatos, atque dilucide descriptos, vel principes fuisse pestilentes Morbos ab *Æthiopia* [ §. 82. ] in *Græciam Thraciamque*, & dein in *Europam* noviter irruptos; vel principum Pestilitatum *Variolarum*, *Morbillorum*, *Rubeolarumque* fuisse consectarios, origine Europæis Nationibus apprime alienigenos. Nunc superest, ut de reliquis *Epidemicis* tam *acutis*, quam *diuturnis* Morbis idipsum demonstremus, initium sumentes a *Bubonica* Peste humano generi, etsi perperam præ Variolis [ Concl. XXIV. & XXV. ], omnium exitiosissima hactenus habita.

§. 444. Quæ sub *Decio Imperatore* circa annum CCXL. nostræ Æræ per universum fere terrarum Orbem, plurima mortalium strage decem exarsit annos, *bubonica* Pestis, ex *Paulo Orosio* (*a*) ab *Æthiopia* ortum duxit; deque alia, quæ paulo post, anno nimirum CCLVI., sub *Gallo* & *Volusiano* Imperatoribus Europam incessit, *Jo: Bapt. Egnatius* (*b*) sic scripsit: „ *Tam sæva deinde Lues Orbem invasit, quæ ex* Æthiopia *ortum habuit, ut per annos quindecim terras pene omnes exhauserit* “. Fueritne una ex his, an diversa illa, cujus meminit *Sennertus*, nobis non liquet: certe ita fatur (*c*): „ *Niceforus lib.X. Histor. Eccles. Cap.XVII. narrat Pestem ex* Æthiopia *universum pene orbem pervasisse, itaut neminem fere hominem intactum reliquerit, & totas Civitates Incolis vacuas fecerit* “. Ill. *Meadius* (*d*) multis congestis *bubonicæ* Pestis historiis evidentissime probat, id di-

(*a*) Apud Ludov. Dolce Vit. degli Imperat. Roman. p. 250.
(*b*) De Roman. Imperat. in calce Svetonii p. 406.
(*c*) Tom. III. lib. IV. De Febr. Cap. I. p. 131.
(*d*) Oper. Medic. Differt. de Pest. Part. I. Cap. I. p. 170. seqq.

diriſſimi Morbi genus ab Africa promanare ; *natum in Æthiopia aut Ægypto*; adjicitque (*a*): „ *Conſentiunt narrationes recentiorum Peregrinatorum & Mercatorum de* Turcia, *qui omnes docent*, *omnes ex* Africa *iſtuc afferri Peſtes*, *quæ* Turciam *depopulantur*: *adeout* Smyrnæ *aliiſque in locis ejus litoris ſæpe ipſa Navis*, *quæ affert*, *cognita ſit* “. Eruditiſſimus *Auguſtinus Giuffrida*, Catinenſis Lycæi quinto Archiater, non paucis monumentis de Republica Medica benemeritiſſimus, cujus memoria, uti amantiſſimi noſtri Præceptoris, æternum nobis veniet recolenda, in Commentario Italico ſermone conſcripto probatum dedit (*b*), ſeptem *bubonicas* Peſtilitates, quæ fere ſemper non minus quam unius ſæculi intervallo *Siciliam* noſtram appulere, ab Auſtro-Orientalibus Regionibus fuiſſe delatas, reconſetque hæc Cl. *Martini Liſteri* verba: „ *Peſtilentia Europæ Morbus indigena non eſt*. *Ex toto deſinit apud Nos*; *neque unquam per ſe reviviſcit*, *niſi afferatur ab Aſiaticis*; “ ( rectius dixiſſet ab Africanis ). Nec merito *Ægyptus*, utut poſterioribus ſæculis cum reliqua *Turcia* Peſtilentiam alat, a ſeque non abigat, tanquam bubonicæ Peſtis Matrix a nonnullis culpatur. Clara ſunt teſtimonia, quæ ipſam hac culpa expurgant: „ *Quod Cairum*, inquit Sennertus [*c*], *in ſpecie attinet*, *ſatis clare* Proſper Alpinus lib. I. de Medic. Ægypt. Cap. XV. *docet*, *cur Peſtis ei Urbi ſit familiarior*, *& ſævius in ea graſſetur*. *Refert enim rarius* [ ex vetuſta hiſtoria nunquam ] *ex Aëris vitio*, *vel domeſticis cauſis Peſtem illi naſci*, *ſed* aliunde, *præcipue ex Syria*, *Græcia*, *& Barria* [ aliunde his illa impetitis ] *eo adportari*, *atque incuria Incolarum ſubito propagari*: Perſuaſum enim, *inquit*, Turcæ Ægyptiique ſibi habent, ſingulis a Deo prædeſtinatum eſſe exitium, exitiique qualitatem; ita ut in bello morituros, nullo pacto a Peſte interimi poſſe arbitrentur; & ſolum Peſte eos mori poſſe,

(*a*) Ibid.
(*b*) Ragionam. della Cagione della Peſte L. 4. Catania 1754.
(*c*) Tom. III. lib. IV. de Febr. Cap. I. p. 126.

posse, quibus quidem ab ipsa exitium præfixum est. Qua vana credulitate, Peste *Ægyptum* depopulante, Urbemque *Cairum* sævissime depascente, nemo ipsorum fugam arripit; neque cum Peste infectis conversari timet; neque vestibus aliisque laneis lincisque pannis, Pestis contagio infectis, uti abhorret. Vestes enim aliaque Peste interfectorum suppellex subito in emporiis publice venditur; & quisquis eam emit, absque ullo Pestilitatis contagii timore". Hæc egregius *Prosper Alpinus* oculatus testis. Idipsum confirmat Cl. *Nardius*: postquam enim *Æthiopiam* generandis *Bubonicæ* Pestis seminibus infamem decrevisset [a] subdit: „ *Haud melius audit* Memphis *&* Constantini *Civitas*, *quin universa pene vastissima illa Plaga*, *quam* Turca *incolit*, contubernalem *habuit semper habebitque Pestem*, *pro* voluntaria incuria. *Haud enim fas sibi rentur* Fato *reluctari*". Confirmat & Cel. *Pringlius*, probe ex historicis monumentis animadvertens [b], *Ægyptum*, antequam *Mahumetani* ejusdem potirentur, & *Byzantium* ad usque *Græcorum* Imperium, integerrima salubritate fuisse prædita loca, & a Peste Epidemicisque Febribus fere semper extitisse immunia: quo spectat superius [§.440.] a nobis excitata *Cornelii Taciti* observatio. Confirmat denique & Præcl. *Swietenius* hisce verbis [c]: „*Dum Pestis anno* 1718. *&* 1719. *in Urbe* Aleppo *sæviret adeo*, *ut octoginta hominum millia perirent sex mensium spatio*, *Familiæ* Anglicæ *domibus suis reclusæ manserunt incolumes*. *Simili modo* Collegia *a Civibus Academicis inhabitata*, *&* Monasteria, *manserunt pro maxima parte a Peste libera*. *Aliis quoque temporibus in* Aleppo *grassante Peste*, Europæi *domibus suis occlusi*, *ab* omni commercio *reliquorum remoti*, *a Peste liberi vivunt*; *dum Incolæ* Mahumetani, Fatalem Necessitatem *omnium rerum contingentium ex Religionis suæ Instituto credentes*, *nullum volunt cautelam adhibere*, *&* *turmatim pereunt*. *Prudentiores tamen sub prætextu religiosæ*



(a) In Lucret. Car. lib. VI. Animadv. XLIV. p. 587.
(b) Osserv. sulle Malatt di Armat. Part. III. Cap VI. §. VI. p. 102. Trad.
(c) Tom. IX. in Boerhaav. §. 1407. p. 127.

*peregrinationis*, Mahometis *nempe sepulcrum veneraturi*, *se contagii periculo subducunt* ". Ægypto itaque, cunctisque *Turcarum* Imperio subditis Provinciis bubonica Pestis, *Endemica* sive vernacula nunquam fuit, sed perpetuo alienigena: aliter *Europaeorum* illuc morantium in domibus suis recessus, in irritum iret; & *Mahumetani* quotannis [§.25.26.] Pestem paterentur, quod Experientiæ refragatur.

§.445. Etsi vero *Mahumetani*, ignorantiæ tenebris involuti, falso suæ Religionis aliqua excusatione digno præjudicio, *bubonicam* Pestem incuriosi patiuntur, nulla tamen quæ eam magis propagaret, quamque ab nostrorum aliquibus nuper propositam persentiscimus, ipsius Insitione abutuntur. Nos autem Europæi omnium Scientiarum lumine illustrati, Hypothesium fallaci præoccupatione, *Variolosam*, *Morbillosam*, atque *Rubeolosam*, harumque consectarias Pestilitates, longiori præ *Mahumetanis* sæculorum spatio sustinuimus, & Insitione longe laque proseminavimus, frequentioresque reddidimus. Quid? quod nisi Sapientissimi Europæ Principes, inclita Veneta Republica præeunte (*a*), jam a sæculo quintodecimo *bubonicam* Pestim extra Europæ fines salutaribus circumspectionibus coercuissent, hactenus proposita hujus diræ Luis a Medicorum nonnullis *Pathologia*, & hanc hominum vastatricem Luem velut *Endemicam* nos perferre coegisset? Non enim defuerunt, qui Pestilentes Morbos ipsamque *bubonicam* Pestim in Europa exoriri posse contenderent, a seclusis barathris, sepulcretis, mephitibus, hominum in bello strage, frumenti penuria, temporis tempestatumque perversa constitutione, aquarum alluvione, & idgenus aliis sporadicis, endemicis, vel constitutionalibus causis: quas inter referri merentur & Aeris inquinamentum, ex putrescentia ingentis & portentosæ molis Piscis, de cetaceo genere in litore Maris hæsi ac mortui, in pago *Egmondano* plurimam afferens hominum stragem, cujus ex *Foresto* meminit Ill. *Swetenius* [*b*]; & a non paucis allegata morbosa effluvia ex fontium recens e carceribus eductorum corporibus. pro-

(*a*) Mead. Oper. Medic. Differt. de Pest. Part. II. Cap. I. p. 182.
(*b*) Tom. IX. in Boerh. §. 1407. p. 131.

procedentia, trecentis sub *Judicio Oxoniensi* partim Judicibus, partim adstantibus interitum afferentia: quorum interim vis contagiosa, Pestilentium Morborum individua comes, nunquam evicta fuit, uti liquet ex sequentibus *Meadii* verbis [b]: „ *Nunquam*, inquientis, *peritura est memoria* Judicii *illius* capitis, *quod habitum est* Oxoniæ *anno* 1577., *in quo* Judices Nobiles, *omnesque pene* præsentes *necavit* venenata Mephitis, *credita a nonnullis ex terra prorupisse*, *rectius autem a magno aliquo & illustri Philosopho ex* Carcere *in* Curiam *ab ipsis captivis allata*, *quos observatum est* solos nihil damni *passos esse* ": quia nimirum mortiferis illis Miasmatibus jampridem assueverant, ac impune conversabantur. Unde hæc similiaque ad *Endemicum* Morborum genus extemplo exortum referri prorsus debent.

## *Conclusio Trigesimaquinta.*

*Bubonicam* igitur [ §§. 443. 444. 445. ] Pestim, origine *Æthiopicam*, vel saltem *Græciæ* reliquæque *Europæ* atque *Ægypto* prorsus alienigenam, ideo fere contubernalem non sustinemus, quia Humanissimi *Europæ* Principes a nostris Regionibus summo studio eam longe quatuor abhinc sæculis abigerunt; & etiamnum longe detinent.

## *Additio Decimanona.*

1. *Qui nullo Reipublicæ emolumento, quæ ab Auctoribus scripta sunt, in alia congerunt volumina, id certe agunt, ut tempus proterve terentes Lectorum solummodo exerceant patientiam. Nostrum Opus, aliorum doctrinæ multa excriptione refertum, hac culpa vacare videtur. Fere enim obliteratas Veritates humano generi summopere utiles, in medium revocare conatur. Et cur non excitandæ, si vel ipsius* bubonicæ *Pestis* Æthiologia *a Recentiorum nonnullis ita perturbata est, ut eæ Tironibus de ipsa tradantur notiones, quæ plu-*



(a) Differt. de Pest. Part. II. Cap. II. p. 185.

*plurimum mortalibus quandoque officere possint? Ill.* Sauvagesius *Pestem* [*a*] *in Morbis Inflammatoriis Exanthematicis recenset, & ita* loquitur [*b*]: „ Pestis [ *peste* ] est Febris acutissima maligna, Epidemica ut plurimum [ *ergo aliquando non epidemica? Conf.* §. 17. *ad* §. 32. ], cum ardore, siti, vertigine, & deinceps Bubonum vel Anthracum eruptione = Pestis inguinalis *Procopii* bubonifera . . . benigna *Claß. V. D. Chycoineau* . . . interna *Claß. I. ejusdem* [ *De hac Peste Massiliam depopulata conf. Meadius Oper. Medic. Differt. de Pest. in præfat.* ] . . . exacerbans *D. Verny Obs.* . . . sporadica [ *an ideo non contagiosa?* ] . . . anticardiæ *Liger.* [ *aut coeur* ] ".

2. *Audiamus egregium* Macbridium *sequentia loquentem*: „ Pestilentiæ, *inquit* [*c*], vocabulum, sensu latiori acceptum, significando cuivis morbo *Epidemico* internecino adhiberi potest [ *equidem Pestis nomen genus esse debet, ejusque species Pestis variolosa, morbillosa, rubeolosa, bubonica, anginosa, dysenterica &c.,* [ §. 62. ] *quum Pestilens, Epidemicum, & Contagiosum Græcis synonima sint* ]. Sed hanc significationem sub illa in præsenti non subjicimus. Per Pestilentiam enim tantum eam *Febris Exanthematicæ speciem* intelligimus, cujus *Crisis salutaris* glandularum parotidum, axillarium, vel inguinalium, tumore inflammatorio absolvitur. = Pestilentia propinqua affinitate *Febrem Vesicularem* attingit, *summaque alios inficiendi vi pollet*. Multas *Imperii Turcici* partes sexto quoque, vel septimo anno, depopulatur: septentrionales autem Europæ Regiones non, nisi raro, infestat. = Anno hujus sæculi vicesimo, in Galliæ parte meridiana sævìit: Insulæ autem nostræ ultra sæculum ab ea immunes fuerunt. = . . . Si pavor ille, quo Pestilentia omnium animos percellit, præcaveri, vulgoque persuaderi possit, ut in hoc Morbo æque intrepidam, atque in quavis alia Febre, laborantium curam haberent, dubium non est,

(*a*) Pathol. Method. Sect. I. Claß. III. Ord. III. p. 141.
(*b*) Ibid. seqq.
(*c*) Tom. II. Introd. Method. in Theor. & Prax. Med. lib. I. Cap. XVIII. p. 99. seqq.

est, multo pauciora funera ex illo in libitinæ rationem ventura, nec plures fortasse, quam ex multis aliis Morbis, tantum terroris non incutientibus, perituros esse [ *Infantes, puerique omnes infra triennium constituti Variolosa arrepti Peste nullo timore percelluntur, strenua ipsis adhibetur cura; ipsorum vero plurimi in Libitinæ censum veniunt. Epidemicæ ardentes Febres & phreniticæ, Intermittentes mali moris, Epidemica Angina, atque Dysenteria, contagiosæ Petechiæ, Morbilli, Rubeolaque, nullum hactenus ægrotis intulerunt Pestis pavorem, & horum permultos Parcarum falx obtruncavit. Non eo hæc afferuntur, ut Peste laborantes vel a propinquis infeliciter deserantur, sed quo internecinus sæviendi mos Pesti non adimatur.* ]. Fac enim certo quodam tempore &c. &c. . . . Magistratus igitur vel maxime caveant, ne, ingruente Morbo aliquo *epidemico*, qui *Pestilentiæ* appellationem mereatur, cives suos ullo modo perterrefaciant [ *Magistratus Ferrariensis* [ §. 273. ] *sepofito hoc lethifero monitu, primorum infectorum sollicita promtaque a sanis separatione octies repetita, cives suos a Pestilentia Italiam depopulante immunes servavit. Nec ulla* Europæ *firmior a Peste atque secura quies, quam in cita illorum, a quovis ingruente contagioso Morbo affectorum, a sanis seclusione* ]. Medici autem, in eminentiori dignitate, vel auctoritatis gradu, collocati, tum scriptis, tum quavis alia ratione, pro virili connitantur, ne pavor, multitudini injectus, latius vulgetur ". *Hac infausta circumspectione Urbem* Venetam [*a*], Inferiorem Austriam & Hungariam, Massiliam, *nostram* Messanam [ *Conf.* §. 54. ], & *quovis tempore quas occupavit* Europæ *Civitates atque Provincias, Pestis bubonica habitatoribus exhausit. Ab uno enim alterove, in quo facillime extingui poterat, incœpta, sub Morbi Epidemici, juxta græcam significationem minime accepti, fucato nomine tolerata, paucis post diebus irreparabili jactura in omnes semper exarsit.*

3. *Doctissimus* Cullenius [*b*] *has tradidit Pestis notiones:*

(*a*) Swieten. Tom. IX. in Boerh. §. 1412. p. 151. seqq.
(*b*) Synopf. Nosolog. Method. Class. I. Ord. III. Gen. XXX. p. 94. seqq.

*nes*: „ Pestis. Typhus maxime contagiosa cum summa debilitate. [ De charactere Pestis, lites inter Medicos sæpe ortæ sunt, nec facile dirimendæ, itaut character quibuscunque Pestis casibus adhibendus dari possit; sed sufficiat characterem dedisse qui in plerisque adhiberi queat ] [ *Accepto Pestis nomine uti Genere, a quo diversæ ejus species veluti a trunco proficiscuntur, diremptæ videntur lites; & character illius, contagium scilicet, non modo specierum plerisque, sed prorsus omnibus individuus comes inhæret: nec ullus unquam dari queat Morbus contagione destitutus, qui Pestis mereatur nomen*: „ Quæ e venenis, *inquiebat inclitus Fracastorius* [§.21], fiunt febres, lethales quidem sunt, sed non pestilentes, quoniam contagiosæ non sunt; carent enim eo, quod formale est, & per se ratio Pestilentiæ ". *Conferantur adnotationes ad Macbridium hic num.2. interpositæ cum citatis §§.* ]. Incerto Morbi die, eruptio bubonum vel anthracum [ *Una hæc erit Pestis species, hactenus omnium lethalissima a cunctis recepta, cui præ reliquis per excellentiam Pestis vocabulum tanquam sibi soli proprium inditum fuit.* ] = Pestis S. G. 91. L. 2. *Junck.* 78. = Febris pestilentialis, V. 33. *Hoffm.* ... = Variat gradu = Pestis benigna S.sp.2. Pestis Massiliensis class.3.... Ejusdem pestis Cl. 5. = Pestis *remittens* S. sp. 9. = Pestis vulgaris S. sp. 1. Pestis Massil. Cl. 2.... Ejusdem Cl. 2. 3. & 4... *Valdschmidt* ... *Chenot* de Peste Transylvanica 1755. 1759. *De Haen*... *Car. de Mertens* de Peste Moscovense 1771. *Samoilowitz* Memoire sur la Peste de Moscou 1771... Ejusdem Mem. sur l'innoculation de la Peste [ *Avertat Beneficentissimus Deus, ne hoc dirum Malum internecina Insitione Europæ evadet contubernale* ]... *Unterricht*... 1770. *Muratorius*... 1721. = Pestis Ægyptiaca S. sp. 11. *Alpin.* ... = Pestis interna S. sp. 3. Pest. Massil. Cl. 1 = Species dubiæ sunt =, Pestis sporadica, S. sp 4. = Pestis carbunculosa, S. sp. 5. = Pestis Siamæa S. sp. 8. = Pestis scorbutica, S. sp. 10. "

4. *Si, quam circa bubonicam Pestim Ill* Ludwigius *struxit, Pathologiæ insistamus, apud Europam id exitialis Morbi genus sæpius sponte exoriri confiteri coacti erimus. Sic etenim Author fatur*

*tur* [*a*] : „ Si caussæ superius enarratæ §. 124. 147. seqq. [ *cujusmodi sint hæ causæ ex Addit. IV. num. 4., ubi allegata loca excripta sunt , repetere licet : sunt equidem , quæ apud Europam sæpissime contingunt* ] adeo increscunt, ut cum utensilibus communicentur , & contagium quasi universale fiat , id , quod in calidioribus Regionibus , in primis illis in locis , ubi aquæ stagnantes putrescunt , interdum evenit; tunc lanæ , & pellibus potissimum & variis arte inde præparatis materia morbosa ita se insinuat , ut cum his in dissitas Regiones transferatur , & per contagium ulterius propagetur ; quod in Peste *Massiliensi* & aliis hoc ipso sæculo tristi experientia cognovimus . Hinc in Regionibus Europæis , ad mare mediterraneum potissimum sitis , cura habetur , ne contagium per commercia introducatur . = Pestis itaque est vehementissimus *Febris Epidemicæ* vere malignæ gradus , a pessimo Contagio corporibus ad illud suscipiendum aptis inductus . Major malignitas , quam in præcedente Febre [ *Petechiali* ] , ex gravitate symptomatum & celerrimo morbi progressu perspicitur , ita tamen , ut pro varietate locorum & anni temporum impetus Morbi & contagiosa indoles intensior vel remissior fit . Calidum clima & æstas Pestem magis fovent & incitant ; frigidum clima , & hyems vehementiam ejus minuunt & prorsus infringunt . . . = Causa in celeri putredine , vel destructione partium internarum huic simillima , consistit , quæ per contagium partim ad humores ducitur , & celerrime propagatur , partim ipsos nervos singulari aliquo modo afficit : prius dissectionibus cadaverum eorum , qui Peste perierunt , patuit , signis nimirum corruptionis in omnibus fere visceribus observatis ; alterum vero celerrima virium prostratio docuit . In primis autem bilis corrupta & summa quoque humorum resolutio , quæ Cor & vasa turgida reddidit , inventa fuerunt : quam ob caussam hæc etiam cadavera citius putrescunt . *De natura Contagii* , in quo caussa proxima ponenda est , supra §. 147. seqq. diximus [ *Conf. cit. Addit.* ] ; caussæ vero prædisponentes & occasionales vix enumerari possunt , quum sine ullo

(*a*) Instit. Med. Clinic. Part. I. Cap. I. Subsect. IV. §. 155. seq. p. 69. seqq.

ullo discrimine valida æque ac infirma corpora ingrediatur Pestis, paucis exceptis, in quibus nulla ad contagium suscipiendum est dispositio ".

4. *Vetustam igitur* bubonicæ *Pestis Æthiologiam, quæ Tirones a perniciosis Hypothesibus tueretur, & unicæ* [ §. 60. ] *nostræ Propositionis demonstrandam particulam expleret, nos excitasse, haud supervacaneum videri debuit.*

## §. 446.

*Quæ sub* Sudoris Anglici *nomine descripta est, Pestis species, ab Austro-orientalibus Africanisque Regionibus adveniens Europam aggressa est.*

Pestis Sudatoriæ, cujus prima in Britanniam excursio *Sudoris Anglici* nomen eidem tribuit, satis elaboratam historiam Viri in Arte Medica Peritissimi *Freindius* atque *Meadius* nobis exhibent exscribendam, ut ejus Europæ exoticam originem probemus. *Freindius* sic loquitur (*a*): „ *Hoc spatium temporis* (sæculi videlicet decimiquinti), *quantumvis sterile, mirabilem quemdam Morbum protulit*, nulla in gente aut ætate prius cognitum; *quive, postquam per aliquot subinde annos revertisset, prorsus tandem evanuit. De* Sudore Anglico *loquor, ita dicto, quod in Insula nostra* primum *apparuerit; atque ideo minus mirum est quod a populari nostro celebri illo & erudito* Cajo *fuerit accuratissime descriptus*. Prima hujus Morbi initia fuerunt in exercitu Regis Henrici Septimi anno Domini 1483., statim atque e navibus in terram in portu Milfordiæ copias exposuisset: *isque* Londini *seviit a vigesimo primo die mensis Septembris usque ad finem Octobris... Quinquies rursus in* Angliam *revertit, æstate semper. Prima vice anno Domini* 1485.; *secunda anno Domini* 1506.; *tertia anno Domini* 1518.; *idque cum ea violentia, ut* trium horarum spatio mortem attulerit. *Multi nobilium ex eo perierunt; atque in plurimis Urbibus di-*

(*a*) Histor. Med. pag. 178. seqq.

*dimidia pars vulgi assumpta est. Quarta vice anno Domini* 1528. *apparuit, ac tum* intra sex horas perniciosus extitit, *multique de Aulicis rapti sunt, & Rex ipse* Henricus Octavus *ex eo in discrimen venit. Anno Domini* 1529.; neque post vel ante id tempus, Belgium *&* Germaniam *invasit; atque in hac non modo magnam hominum vim peremit, sed* Colloquium Marpurgi *institutum abrupit inter* Lutherum *ac* Zuinglium *de Eucharistia. Ultima vice apud nos rediit anno Domini* 1551., *&* Westmonasterii *uno die centum & viginti homines sustulit; atque ex eo Filii duo* Caroli Brondoni *duces* Suffolciæ *ambo diem suum obierunt*. Salopiæ *præsertim, ubi commorabatur* Cajus, *vehementissime deseviit. Nam descriptio ejus ab illo tradita similem cum Pesti Atheniensi facit* (ideoque similem cum Variolosa). *Neque inidonea est appellatio ab illo huic indita, qui* Febrem pestilentem, *&* contagiosam Ephemeram *vocat; nam Sudorem pro ejus Febris symptomate tantum, aut Crisi habet. Hæc autem sequenti modo homines adorta est. In initio pars aliqua tentabatur, accedebat* calor *&* jactatio intus; sitis *nulla potione extinguenda*; inquietudo; ventriculi *&* cordis ægritudo; vomitus *tamen ut plurimum aberat*; Capitis dolor *&* delirium; *postea* languor *atque* ingens in somnum propensio; pulsus velox & vehemens; respiratio frequens & laboriosa. *Morbo pueri, pauperes, senesque minus obnoxii erant. De cæteris vix quisquam ab eo tutus fuit, longeque plurimi interierunt. Nemo nisi post viginti & quatuor horas ab invasione convalescebat. In* initio Medici hærebant quanam ratione Morbus tractari deberet; & curatio omnis in eo vertebatur, ut Sudor eliceretur perpetim, *quod diu continuari necesse erat: nam eo suppresso discrimen, aut mors ipsa imminebat. Igitur quiescere æger & in lecto se continere debebat vitato frigore. Quod si natura per se parum sufficeret, Ars in subsidium vocata Sudorem cum fructu provocabat medicamentis, stragulis, vino &c. Furor ejus post quindecim horas levior; discrimen autem usque ad horam vigesimam quartam permanebat. In quibusdam Sudorem denuo prolicere opus erat; idque in validis temperamentis ad duodecimam vicem. Periclitabatur autem valde quisquis e lecto consurgebat:*

*& quidam eo quod minus insudassent , in Febres periculosas decidebant . Carnibus ex toto abstinendum ; potione item per sex horas priores . Septima enim Morbus increscebat ; nona delirii accessio ; somnus omni ratione prohibendus* ". Hactenus *Freindius*, ex quo hujus citissimæ mortis Pestis descriptionem ideo integram hic attexere æxistimavimus, ut, si quando ( quod Deus Opt. Max. avertat ) Europam rursus hic Morbus impetierit , ut aliquoties impetisse ex *Meadii* inferius recensenda Luis hujusce historia patebit, posteri ejus diagnosim, & curandi Methodum præsentem habeant. Jam enim in re medica excolenda perniciosissimus mos invaluisse videtur , non alia hujus Scientiæ , quæ solis observationibus construitur , monumenta pervolvendi , quam quæ paucissimis abhinc annis in lucem edita fuerint , despectis nedum veterum , sed , qui vel dimidium huncce sæculum haud excesserunt , præclarissimorum Virorum utilissimis laboribus . Ad alienigenam hujus Pestis originem evincendam firmiora dat Meadius : ,, *Morbus ille* , inquit ( *a* ) , Sudorificus , *cujus supra mentionem injeci* , Sudor Anglicus *dici solitus* , *&* Febris Ephemera Britannica , *in nostra Regione originem habuisse* creditus , extraneus *probabiliter videtur fuisse* , *&* Pestis, non quidem vulgaris cum tumoribus glandularum , *verumtamen ex eadem causa* , *mutata tantum facie* , *debilitata vehementia a nostri Climatis salubritate* . *Conveniebat enim cum vulgari Peste* ( adhuc cum Variolis ) *compluribus symptomatibus* , maxima debilitate *&* inquietudine , interno æstu *&c.*, *quorum symptomatum nunquam alio Morbo tanta vehementia describitur* , *nisi in* vera Peste ; *atque* , *quod monendum potissimum est* , etiam contagiosus Morbus fuit . Primum *cœpit sentiri hic Morbus anno* 1485. ( a Freindio prima hæc fuit reversio, nam primum impetum anno 1483. signavit ) *in exercitu cum quo Rex* Henricus Septimus *redux in* Vallia *appulit* ; *atque a nonnullis putatur* allatus esse a celebri *oppugnatione* Rhodi [ Insula prope Africam posita , mira Aeris salubritate donata, ubi, referente *Plinio* lib.II. Cap.LXII., sicuti de

(*a*) Oper. Med. Differt. de Pest. Part.I. Cap.II. p. 178.

de nostratibus Syracusis, nunquam ita cœlum per diem nubilum est, ut non aliqua hora Sol cernatur; sed ejus tunc temporis *Turcæ* potiebantur, qui id Pestis genus ab Africa illuc certe advexerant), *suscepta a* Turcis *annis tribus, quatuorve ante, quod colligi potest ex iis, quæ aliquo in loco libri sui de hoc Morbo* Kejes *ait. Præterea iterationum hujus Morbi post illud tempus annis* 1506., 1517., (Freindio 1518.), 1528., *&* 1951., *illam anni* 1528. *probabilis suspicio est, originem debuisse* Pesti vulgari, *tum in* Italia *furenti, quam quidem invenio diu historici nostratis conjecturam fuisse. Reliquas probabile est ortas esse infectione a* Turcis; *nisi forte credere velis caussam fuisse residua a prioribus impetibus semina, quæ, antequam plane destruerentur, rediens forte idonea Aeris tempestas ad agendum resuscitavit* {Variolarum semina, quæ ad hunc Morbum Insitione sanissimis corporibus inurendum, in vitreis thecis ab aeris appulsu diligentissime longe remota servantur, unius, ad summum alterius anni elapsu, evanida ad id opus, & inertia comperiuntur, ut proseminandæ Variolosæ Pestis Promotores optime norunt: unde rectius Sudoris Anglici in Europam reditus a Turcis est repetendus]. *Venisse* illato Contagio *hunc Morbum, etiam id probabile facit, quod certa testimonia sunt* non nostræ Insulæ privatum fuisse, *sed stragem in* Germania, aliisque Regionibus *edidisse... Neque possum non observare confirmaturus sententiam meam, idem apud nos Febris genus anno* 1713. *mense Septembri fuisse*, dictamque Febrem Dunkerkensem, *ut quæ inde cum Militibus nostris* advecta est. *Hujus Febris origo sine dubio fuit* Pestis, *quæ paucis annis ante* Dantisci *orta* (rectius Dantiscum invecta) *aliquo tempore Septentrionis Urbes circumivit. Apud nos initium hujus Febris dolor capitis fuit; finis* largi Sudores, *post unius diei domi moram: at Dunkerkæ alia symptomata comitabantur, vomitus, diarrhœa &c.*" Hæc *Meadius*. Non ex nobis præsto sunt observationes, quæ hanc Pestis speciem tanquam *bubonicæ* Luis progeniem suadere valeant; uti nec Variolosæ consectariam, etsi profusissimos Sudores Variolas comitari gravissimi sunt Auctores *Sydenhamus* (*a*), *Hof-*



(*a*) Tom. I. Sect. III. Cap. II. p. 41. & alibi.

*Hoffmannus* (*a*), *Huxhamius* (*b*), *Van-Swietenius* (*c*), aliique non pauci, qui probe adnotarunt; quum id Morbi genus frequentius, uti reliquæ Variolarum soboles, Febres nimirum Ardentes, Intermittentes mali moris, Petechiales, Dysenteria &c. hactenus debacchatum fuisset. Quæcumque sit, superius exscripta ejus historia sequentem conclusionem ratam reddere videtur:

*Conclusio Trigesimasexta.*

Illa Sudatoria Pestilitatis Species, quæ *Sudoris Anglici* nomen obtinuit, ab Austro-Orientali Orbis terrarum plaga Europæ alienigena anno 1483. primum accessit.

*Additio Vigesima.*

1. *Hucusque deductam prosequamur rationem, Pathologiam Recentiorum Medicorum circa Epidemicos Morbos vulgatam exscribendi. Ill.* Sauvagesius (*d*) Ephemeram sudatoriam, vulgo Suette, Sudoremque Anglicum Sennerti *inter reliquas recenset Ephemeras.*

2. *Præclarissimus* Macbridius *Sudorem Anglicum a Febrium Ephemerarum Classe seclusisse videtur: scribit enim* (*e*): „ Scriptores quidam Systematici Febrem *Ephemeram* tamquam genus distinctum considerant, sed minus proprie. Est enim tantum levissimus Febris continuæ gradus". *Inde forsan illius non meminit ubi de Profluviis* (*f*), *nec ubi sequentia loquutus est* (*g*): „ Febris Sudatoria, quæ ab anno superioris sæculi sexagesimo quinto usque ad sexagesimum septimum *Epidemica* fuit, ab eodemque Auctore (*Sydenhamo*) descri-

pta

(*a*) Tom. IV. M. R. S. Part. I. Sect. I. Cap. VII. §. XII. p. 83.
(*b*) Tom. II. de Aer. & Morb. Epid. p. 121.
(*c*) Tom. IX. in Boerh. §. 1398. p. 83.
(*d*) Pathol. Method. Sect. I. Class. II. Ord. I. p. 130.
(*e*) Tom. I. Introd. Method. in Theor. & Prax. Medic. lib. IV. Cap. III. p. 153.
(*f*) Tom. II. lib. III.
(*g*) Ibid. lib. I. Cap. VI. Var. II. p. 42.

pta est. Hanc Febrem vehementiores ac diuturniores, quam præcedentem ( *depuratoriam Sydenhami* ), vomitiones, cum acriori capitis dolore, comitabantur. Sanguis glutinosus erat, crisis maturius contingebat, morbumque Sudatio larga terminabat ".

3. *Magnus Cullenius ita de hac Pestis specie loquitur* (*a*):,, Typhi etiam species esse videtur = Ephemera Sudatoria *Sauv.* sp. 7. = Ephemera Britannica, *Cajus* de Ephem. Britan. = Sudor Anglicus, *Sennerti*... Hydronosus, *Forest*.... = An eodem pertinet = Miliaris sudatoria Sauv. sp. e. = Febris sudatoria, *La Suette* Gallorum, *Meyserey* ... *Ejusd.* Maladias des Armèes . . . *Boyer* . . . *Tessier*, *Soc. Royale* . . . = De Typho hysterico verminoso *Sauv.* sp. 4. = Typho exhaustorum *Sauv.* sp. 8. = Typho a manipuera, *Sauv.* sp. 9., = Nobis non liquet ".

4. *Apud Ill.* Ludwigium *non alia comperimus præter hæc* (*b*): ,, In hac Febre ( *Ephemera scilicet* ) . . . si excretiones sine levamine accedunt, Morbus malignus fit, v. c. in rarissimo Morbo, quem *Sudorem Anglicum* appellant ".

5. *Ill.* Burserius *de hac Peste sub nomine* Ephemeræ Malignæ *accuratissime pertractavit* (*c*); *ejus historiam superius* (§. 446.) *relatæ simillimam brevibus contraxit* (*d*); *ejusdemque synonima hæc recensuit* (*e*): ,, Ephemera Britannica *Schenckii*... Sudor Anglicus *Willisii* ... Febris Anglica *Raymundi Jo. Fortis*... Febris pestilentialis *contagiosa* unius diei *Caii Angli*... Hydronosus *Foresti* . . . Hydropyreton, Sudor Anglicus, & Febris insudatoria *Sennerti* . . . Ephemera pestilens & contagiosa *Fracastorii* . . . Ephemera pestilentialis quibusdam & præcipue *Lieutaudio* . . . Sudoriferus Morbus *Batavis*. La Suette *Gallis* ". *Postmodum hæc scribit* [*f*]: ,, Plerumque epi-

(*a*) Synopf. Nosol. Method. Cl. I. Ord. I. Gen. V. p. 36.
(*b*) Instit. Med. Clin. Part. I. Cap. I. Sect. III. p. 238. p. 106.
(*c*) Vol. II. Instit. Med. Pract. Part. Alt. §. CCIX. seqq. p. 16. seqq.
(*d*) Ibid. §. CCX. p. 16. 17.
(*e*) Ibid. p. 17.
(*f*) Ibid. §. CCXI. p. 17.

*epidemice* grassatur singulari in aliqua Regione post humidum, caliginosumque cœlum, tempore in primis æstivo, aut autumnali, soletque tres, vel quatuor menses tantummodo perdurare ". *His adjicit* [*a*]: ,, Probabile admodum videtur, subtilissimum, & summopere noxium venenum id esse, quod Morbum efficit. Fortasse aliquid *in ipso Aëre incognitum*, at venenatæ indolis continetur, *quomodocunque natum, aut a putridis terræ effluviis suppeditatum*. Quod verosimile redditur ab humida, & nebulosa tempestate, quæ Morbum præcedere solet, atque a magna vi avium sub arboribus, quum in *Anglia* Lues hæc desæviret, necatarum inventa, quæ sub alis abscessus ciceris magnitudine gerebant. Potest etiam virus istud *corporibus*, *quin aliunde veniat*, *innasci*; nam prægressæ humidæ, & calidæ tempestates; aërisque constitutiones laxando solidas partes, perspirationem cohibendo, humoresque ad putredinem proclives reddendo, sic universam œconomiam animalem pervertunt, ut aliquid intus gignatur, quod veneni instar agat, *epidemicamque* perniciosissimam Febrem invehat, non aliter solvendam, quam profuso, & continuato sudore, qui nimirum illud noxium, & subtilissimum venenum expellat ". *Conf. Addit. IV. num.* 10.

6. *Qui nostrum hoc Opus quodnam punctum tulerit accuratissime perscrutatus est, & æquissime Imperanti Regi retulit, de hac satis dira Pestis specie hisce paucis se expedivit* [*b*]: ,, Notissima vulgo est *Ephemera Anglica pestilentialis*, a Cajo Britanno descripta; & pessimas, simulque brevissimas dari Febres, quæ intra unius diei, & sæpe brevius spatium temporis interimant, superius diximus. At de his, quæ *Malignarum* titulo sunt accensendæ hic non agimus ". *Equidem, si de ea peritissimus hic Auctor pertractavisset, haud ab aliis eam repetiisset causis, quam ab eisdem, quibus reliquos* Epidemicos *&* Contagiosos Morbos *attribuit*. *Quare operæ pretium certe erit, ejusdem genericam horum Morborum* Theoriam *hic subnectere*. ,, Huc usque, *inquit*

(*a*) Ibid. §. CCXIII. p. 19. seqq.
(*b*) Lib. II. Instit. Med. Partis Posterioris &c. Sect. I. Not. ad §. 460. p. 136.

*quit* [*a*], dicta cuilibet Febri convenientia, *popularibus* sive *epidemicis* communiter dictis, erunt applicanda, quæ a reliquis omnibus differre in aliquo solent. = Ipsum nomen antiquitus hisce Febribus tributum satis indicat, Morbum ejusdem naturæ, iisdem symptomatibus stipatum, eademque ratione decurrentem, multos ejusdem populi homines, nulla servata ætatis, temperamenti, vitæ generis ratione vexantem; qui propterea ab una eademque causa excitetur in omnibus. = Ea causa in generalibus rebus, & quæ omnibus maxime communia sint, quæsita semper fuit, *Victu* scilicet, & *Aere* [ *Conf. nostr. Opus* §. 43. 44. ] = Raro quidem evenit, ut pravæ conditionis victus omnibus populi alicujus hominibus contingat. Si quando vero evenit, ut universaliter prava frugum potissimum conditio, vel eduliorum summa caritas adsit, solus victus *epidemici* Morbi causam præbebit [ *Nota Auctoris* ]. [ Unum ex argumentis ab *Hippocrate* adlatis, ut probaret in Aëre potius, quam in Victu quærendam esse causam *Epidemicorum* Morborum, est, quod ii æque corripiant homines diversissima utentes victus ratione. At in casu superius dicto, frugum inopia satis universaliter populum premit. Forte etiam natus ea de causa in infimæ sortis hominibus Morbus vitium Aëri paullatim tradit, quo deinceps universaliter diffundatur ). At plerumque tali non prægressa causa *Epidemici* Morbi surgunt, quorum origo Aëris vitio, plerumque abditissimo referenda [ *Conf. nostrum opus* §. 9. *seqq.* ]. Vitium hocce illud Hippocratis *quid divinum* constituit. *In prænot.* = Quærebatur num tale vitium in sensibilium Aëris qualitatum facultate positum statui posset. At eas, licet plurimum valere ad *Epidemicos* Morbos vel promovendos, vel compescendos summi omnes Medici faterentur, ad producendos tamen non sufficere crediderunt. = At num aliquando illæ Aëris qualitates, in primis inconstans temperies immutandæ sanguinis crasi, vel promovendæ *collectarum anterius sordium* putrescentiæ sufficere non credentur? An sic natas *quandoque frequentissimas* in

(*a*) Ibid. a §. 105. ad 125. cum notis p. 36. seqq.

in populo Febres, *Epidemicas* non vocabimus? [ *Nota ejusdem* ] [ Frequentissimæ observantur in paludosis locis, adveniente Autumno duplices Tertianæ, symptomatibus stipatæ difficilibus, quæ sero, & plerumque excitatis recidivis, perfecte judicantur, *excreta per alvum uberi*, *olentissima*, *& liquatæ picis instar densa materie*, quæ omnino Morbi *fomes* fuisse dicenda est, ex eo quod usquedum illa intra corpus niduletur, nunquam perfecte convalescunt ægri. Dicemusne hasce in populum grassantes *Epidemicas* esse? Experientia constat harum recidivis potissimum facem subjicere inconsiderate admissum Aëris humidioris, frigidiorisve contactum: Ex quo deduci debet, *halitu pernicioso*, ex *morbosa abdominali saburra erumpente* jugiter corpora imbui, qui, utpote satis tenuis, jugiter diffletur, perspirationi junctus: Ea vero difflatione impedita Febrim excitari, quæ ulteriorem *saburræ illius* corruptionem promoveat. Nonne igitur hoc in casu sensibiles potius Aëris qualitates culpandæ, quæ perspirationis ubertati obstent? Revera non difficile concipitur, plurimos in populo esse, qui *vitiosæ saburræ collectionem Abdomine claudant*, in primis si spectentur Aëris, & aquæ talium locorum conditiones, & prægressæ æstatis vis in earum adhuc praviori conditione reddenda, victuque exhibendo crudo, in vappidam massam facillime abituro ) = Superest igitur ut vitium illud constituat innatans Aëri veneficum *Miasma* in corpus admitti valens, & sanitatis fundamenta subvertere. = Tale vero *Miasma* quandoque immediatam constituere Febris causam, quandoque vero excitando, & in actum deducendo *collectam anterius vitiosam saburram* agere, perpensis variarum *Epidemicarum* Febrium historiis, dicendum est. = Qua ex origine surgat Aëri immiscendum ejusmodi venenum, plerunque *difficile dici potest*, ac proinde *ignota* ut plurimum est ipsius natura, quam ab iis, quos parit, effectibus conjicere unice licet. Quandoque vero satis notæ indolis est, quippe veniens ex fontibus notis. Talis vapor est a *stagnantibus corruptisque aquis*, *detectis sepulchris*, *putrescentibus animalium corporibus* erumpens. Quippe cognita satis est ejus natura, & venenata, quam in vivens corpus exercet, facultas.

tas. Perperam vero diceretur cujuscunque *Epidemicæ* Febris venenum tale esse. = *Epidemica* Febri vigente, quicunque alii, qualibet ex causa nati Morbi in *epidemice* grassantis naturam abeunt, testante *Sydenhamo*. Mira certe constitutionis conditio. = Quandoque formidandi adeo sunt effectus *Epidemici* veneni, ut exhalans ex adfectis corporibus vapor in sanorum corpora transiens, iisdem Morbum excitet eumdem, qui propterea *contagiosus* dici solet. = *Longe tamen abest ut contagiosi sint omnes Epidemici Morbi*; imo, quam vulgi metus dat extensionem, activitatemque formidandæ huic facultati, admodum imminuendam sapientes viri repererunt. = Variæ statuendæ leges videntur, quas Morborum *contagium* servat: Alii namque per solam Aëris communicationem transmittuntur, alii immediato infirmi corporis, adhuc calentis, contactu; alii tractatione rerum, quas æger ipse tetigerit, seu morboso afflatu infecerit: alii tandem, ut transmittantur non modo physico egent contactu immediatoque infirmi corporis cum sano, sed, & mutuo eorum attritu: Adeo late vox *Contagium* vulgo recipitur, cujus longe simplicior sensus est. = Quod *contagiosam* indolem Morborum constituit, *humorum antehac sanorum portio est* venenatam indolem adepta. *Quis dicet ejusmodi depravationem sponte sua nasci in humoribus non posse, vel cooperantibus aëris actione, ciborum qualitatibus &c.*? Certe venenorum exempla sunt, *contagiosos* Morbos creantium, *quorum origo dicenda est spontanea sanguinis depravatio*, cui facile conferant quorumdam locorum Aër, Victus, Aquæ &c. [ *Nota ejusdem* ] [ Sit exempli loco venereum venenum, *contagiosa*, uti notum, mala producens, quod extraneum *Europæ*, indigenum *Americæ* vulgo perhibetur. Si quæreretur cur ea humorum dyscrasia, venenum illud constituens, quæ *Americanoram Sanguini innascitur facile*, in *Europæi* hominis humoribus produci omnino non possit; nihil aliud facile possit reponi quam a propria illius regionis rerum, quas nonnaturales communiter dicimus, natura id pendere. Nescio num quis unquam probare posset aerem, aquas, cibos &c. *Americanos* adeo singularis esse naturæ, ut similes in reliquis Terræ regio-

gionibus occurrere impossibile sit. At, etiamsi posset, quod de hoc veneno diceretur, difficile de omnibus verum esset, quæ *contagiosa* mala progignere vulgo creduntur, & semper verum esset, quod prima Morbi origo, unde primus illud contraxit, in aliorum corporibus eundem producere apta esset; ut proinde in *popularibus Morbis non semper contagiosam propagationem unice accusemus oporteat*, sed sæpe de *communi caussa cui populus integer* subjaceat, cogitemus, eique prospiciendum esse ratum habeamus, ut morbo frænum immittatur.) = *Primus* igitur, *quem contagiosus Morbus corripuit quum ab alio Morbum contrahere nequiverit a talibus* externis causis contraxerit opus est (*Confer. nostrum Opus* §. 41.), quibus perseverantibus & aliorum hominum corpora similiter affici poterunt. Talis fuisse videtur quorumdam *Epidemicorum* Morborum casus, qui *Contagiosi* ab ipsis Medicis habiti fuere ". *Hactenus disertissimus ille, qui in hocce nostro Opere nihil prorsus novi comperiri autumavit*.

7. *Recens igitur confusam & fere obsoletam Pestis Sudatoriæ exoticam* Europæ *originem ingenuis Medicinæ Proceribus in memoriam revocare, Tironibusque commendare, res erat humano generi perutilis.*

### §. 447.

### *Illa Pestilitatis species, quæ sub Morbi Hungarici sive Pannonici, Luis Hungaricæ ac Pannonicæ, & Febris Hungaricæ nomine discribitur, apprime nova a Mahumetanis in Europam primum incessit.*

Reipublicæ hactenus infructuosam prorsusque otiosam, ab Ill. *Sennerto* jamdiu descriptam *Luis* sic dictæ *Hungaricæ* historiam simul & originem suscitemus oportet, ut id *Epidemici* Morbi genus omnino *Europæ* alienigenum demonstremus: „ *Inter Febres*, sic fatur Sennertus (*a*), *Malignas*, *&*

(*a*) Tom. III. de Febrib. lib. IV. Cap. XIV. p. 189. & 191.

*& quidem non raro Petechiales*, *est Febris*, *quæ vulgo* Morbus Hungaricus, *&* Lues Hungarica *ac* Pannonica *dicitur*: quod quidem nomen inde accepit, quod Lues hæc anno 1566. in Hungaria maxime innotuisse *videtur*. *Nam*, *quum* Maximilianus Secundus Imperator *contra* Solimanum Turcarum Tyrannum *expeditionem suscepisset ad* Camorram, tum primo innotuit hic Morbus. *Ad* Taurinum *incrementum sumpsit*: *postea* diffluente *exauctorato Milite ad* Germanos, Gallos, Italos, Belgas *hoc Malum* propagatum, *& pene per* totam Europam disseminatum est. *Et non solum Milites ex* Hungaria *redeuntes*, *verum etiam* per Contagium *plurimos eorum*, *qui expeditioni illi non interfuerant*, *interemit*. *Diversoria enim* passim *ægrotantibus repleta erant*. *Viæ* cadaveribus *occupatæ*, *unde Labes illa in* vicinas *domus & villas translata*, nulla Aëris præcedente corruptione. *Maxime tamen afflixit* Viennam Austriæ; *quum per illam fere omnes Milites transirent*, *& recolligendarum virium causa ibi hærerent*. *Appellabatur tunc vulgo* die Haupt Krauc Khei oder Kopffwch. *Item* die Hersbraune, *quasi* Causus Cordis, *usitatissima fuit appellatio Morbi* Hungarici *&c*.... *Verum inter reliqua* (symptomata nempe) *magis molestus est* continuo affligens Capitis dolor, *adeo ut præ doloris hujus vehementia & continuatione reliqua Symptomata ab ægris nonnunquam non sentiantur*, *unde* das Hauptwehe oder Haupt Kranc Kheit *nonnullis appellari hunc Morbum antea diximus* " *&c*. Summum corporis æstum, Cardialgiam aut oris ventriculi molestissimum sensum, sitim inexplebilem, deliria, linguæ asperitatem, aliaque hujusmodi, quæ Pestim *bubonicam*, *variolosam*, cæterasque Pestilitatis species comitari solent, dira symptomata, *Hungarico Morbo* non defuisse ex reliqua *Sennerti* hujus Luis descriptione liquido patet, quam, cui volupe est, consulere poterit; neque in dubium vocaverit eamdem in *Turcia* primum irruptam, a Turcarum infectis copiis Maximiliani Exercitui communicatam, *Europæas* noviter occupasse Regiones.

*Conclusio Trigesimaseptima.*

Cephalica igitur vel Phrenitica, ( si ita eam vocare nobis liceat ) Pestis, sub *Hungarici Morbi* nomine ob primum in eam Provinciam ejus impetum posteritati consignata, non ante annum 1566. apud *Europam* visa, neque unquam descripta, (§. 447.) prorsus nova nobis incubuit & alienigena.

*Additio Vigesimaprima.*

1. *Non minus quam reliqui* Epidemici *Morbi*, *Hypothesibus ita implicita fuisse videtur vera hujus Pestis Historia atque Pathologia, ut vel recentissimi rerum medicarum Scriptores, haud tanquam de Morbo Europæ exotico, sed omnino indigena pertractarint. Egregius* Sauvagesius *Febrem* Hungaricam Junckeri *in* Amphimerinarum *Classem adnumerat* (*a*).

2. *Multis de nominibus laudandus Macbridius inter Varietates Febris Continuæ Putridæ eamdem recenset; deque ea sequentia scribit* (*b*): „ Febris Maligna Hungarica. Febris prorsus internecina, inter copias, *in solo paludoso castra habentes*, exorta. Præcipuum symptoma fuit ultima virium infirmitas, cui accesserunt calor corporis tam parum auctus, ut vix perciperetur, pulsus summe velox, inæqualis, tamque exiguus, ut tactum pene effugeret, respiratio constricta atque oppressa, os siccum, sed cum siti parva, urina varia, sedimenti expers, magna agrypnia, anxietas, & delirium ".

3. *Cel.* Cullenius *primum ad Tertianas Remittentes* Morbum Hungaricum *retulit*, *sicque loquutus est* (*c*): „ Morbus Hungaricus *Lang. Lemb.* lib. I. Ep. 4. *Sennert.* de Febr. Lib.IV. Cap.14. *Jordan.* de Pestis phænomen. cap. = Languor Pannonicus *Cober.* obs. Castr. Hung.. = Amphimerina Hungarica *Sauv.* sp.10. "; *deinde ad Typhum redu-cit*

(*a*) Pathol. Method. Sect. I. Class. II. Ord. II. Gen. I. Sp. 9. p. 132.

(*b*) Tom. II. Introd. Method. in Theor. & Prax. Medic. lib. I. Cap. VI. Var. II. p. 39.

(*c*) Synops. Nosolog. Method. Class. I. Ord. I. Gen. I. Var. II. p. 14.

*cit*, *ubi* (*a*) *hæc*. „ Febris Hungarica ſive Caſtrenſis *Juncker*. 74. & plurium Auctorum. (*Auctoris nota*): ( Morbum ſive Febrem Hungaricam ad Tertianas Remittentes cum *Sauvageſio* & Ill. *Pringle*, ſupra retuli: nec dubium eſt quin Morbus Hungaricus dictus ſæpius ſub forma remittentis apparuerit: ſed ſimul conſtat Febrem in caſtris Hungaricis *primo* ortam, & per milites *inde* redeuntes *per totam fere Germaniam diſperſam* ex genere continuarum fuiſſe ( Vide Ruland. de Morbo Hungarico cap. VIII. quæſt. 39. ), & plerumque eamdem eſſe *quam nunc in Noſocomiis quibuſvis ſæpe exorientem bene novimus*. Ad hunc locum igitur etiam apponendam eſſe putavi ".

4. *Apud Ill.* Ludwigium *hæc leguntur* (*b*): „ In caſtris ſæpius, & ubi multi homines in aere paludoſo & putrido ſimul vivunt, intenſum calorem de die refrigerium de nocte experiuntur, crudo victu nutriuntur, fructus horæos ſæpius immaturos edunt, aquas impuras & vina juniora non rite fermentata bibunt, hic Morbus (*quævis contagioſa Febris videtur ſignificari* ) oritur, ſubito propagatur, & niſi remediis aptis coerceatur, in augumento ſuo ſemper vehementior redditur; hinc *Febris Hungarica* dicta, Febris *Carcerum* ſ. *the goal-fever*, & aliæ ſimiles *Epidemicæ contagioſæ* a variis Auctoribus deſcriptæ, licet nonnunquam in ſymptomatibus varient, ad noſtram tractationem ( *Febrem nimirum Petechialem* ) pertinent, quum ex idea Febrium *Petechialium* dijudicandæ ſint ".

5. *Nec ſuperioribus diverſam adſtruxit hujus Peſtis Pathologiam expertiſſimus* Burſerius: *ſiquidem ait* (*c*): „ Ad gaſtricas malignas, & gaſtrico-putridas, præſertim *Epidemicas*, tam natura, quam typi ratione referenda eſt *Febris Hungarica*, *quæ anno* 1566. *primum obſervata*, ſeu potius deſcripta, & memoriæ poſterorum a Medicis diligentius tradita fuit, ( *a Sennerto*, *veteris & ſui ævi rei medicæ peritiſſi-*

(*a*) Ibid. Gen. V. Var. II. p. 33.
(*b*) Inſtit. Medic. Clinic. Part. I. Cap. I. Subſect. III. §. 150. p. 66. ſeqq.
(*c*) Vol. II. Inſtit. Med. Pract. Part. alter. §. CCCCVII. p. 226.

*tissimo* ; *morborumque historiæ apprime gnaro* §. 447. *scriptum fuit* : ,, tum primo innotuit hic Morbus . . . nulla Aëris præcedente corruptione ). Ut *Sudor Anglicus* a regione, in qua observari cœptus est, sic ab *Hungaria*, atque a Militum Castris, in quibus spatiata est hujusmodi Febris, *Hungarica*, & *Castrensis* dicitur. Verum extra *Hungariam* etiam, atque extra Militum *Castra* interdum occurrit. Memini in *regione temperatissima*, atque alioquin *sanissima*, nempe in *Æmilia*, & speciatim in Urbe *Cæsena* anno 1767. me eam vidisse *epidemice sævientem* eum iisdem propemodum symptomatibus, quibus in *Hungaria* stipata legitur ( *ergoper contagium invectam* ). Sæpe cum *Dysenteria* conjungitur, & tum, quum id incidit, apud aliquot Auctores nomen *Febris Malignæ Dysentericæ*, aut simpliciter *Dysenteriæ Malignæ* accepit ". [ *Brevibus contractam hujus diræ Luis ab Ill. Viro descriptionem hic prætermittere nolumus* ]. ,, Est autem, *inquit* (*a*), Febris *acuta*, *maligna*, *epidemica*, militibus in Castris degentibus plerumque infensa, & quia *in sanos facile per venenata Miasmata transfunditur*, *contagiosa*, quotidianæ continuæ typum ut plurimum servans, mensibus Junio, Quintili, & Augusto præ cæteris erumpere, & debbacchari solita. Circa vesperas corripit, præsertim sanguineos, & plethoricos, *horripilatione* potius, aut *frigore*, quam rigore, paulo post *ingenti calore*, & noctu invalescit, & deinde matutino tempore aliquantum remittit. *Continuo* ægri queruntur *vehementem capitis dolorem*, *æstum*, & *sitim* fere *intolerabilem*, *magnam virium dejectionem*, *tensionem*, atque *ardoris peculiaris ad scrobiculum cordis sensum* adeo molestum, ut locus *tactum vix ferre* possit. *Lingua* iis est perpetuo *sicca*, punica, interdum tumida, aut *fissa*. *Fauces inflammantur*, *dolent*, *tument*, *ut in Angina*. Circa tertium, aut quartum diem, rarius septimum, accedit *delirium*, *rubor* faciem universam occupans, *oculorum fulgor*, & venarum capitis *tumor*. Hisce symptomatibus *Ardentis* naturam præsefert, ostenditque. Non raro superveniunt Narium *hæmorrhagiæ*, *hæmoptysis*, *perpetuæ vigiliæ*,

(*a*) Ibid. §. CCCCVIII. p. 227.

*gilia*, *nausea*, *vomitus*, quandoque *Dysenteria*, *Peticulæ*, *Parotides*, *Veternus*, *Paralyses*, atque *Hemiplegiæ*. Alvus modo *fluit*, modo *adstricta* est. Pulsus validior majorque inter *initia*, quam in reliquis Malignis Morbis, esse consuevit. Frequentissime interiores partes *inflammationibus* tentantur, quæ quum a bile acerrima, aut venefico putridoque *Miasmate* excitentur, facile in *gangrænam*, sphacelumque degenerant. Quamplurimis, imo fere omnibus aures *obsurdescunt*. Non paucis soluta alvus saluti est. Decimo quarto, aut, quod summum est, vigesimo die Morbus finitur ". *Hæc Burserius. Hujus funestæ Luis ortum eisdem Causis Auctor ipse accenset (a), ac retulerunt Macbridius* (hic num. 2.) *simul & Ludwigius* (num. 4.), *unde denuo exscribere supervacaneum esset.*

6. *Difficiliora hac super Pestis specie dat nobis explananda Cl.* Tozzettius. *Quæ enim de ea refert talia sunt, ut Legentes facile in eam suspicionem conjicere possint ut opinentur, quædam* Hungariæ *loca hujusce Luis esse verum domicilium. En porro quæ loquitur (b)*: „ Quella terribile Febbre Pestilenziale, che *Febbre Ungarica* si chiama, perchè più frequente si vede in *Ungheria*, che altrove, riconosce la sua principale Origine dalle Arie pestifere di quei *Paduli*. Fra i tanti testimonj che potrei addurne, mi contenterò di quello solo di *Tobia Cobero* ( Observationum Medicar. Castrensium Hungaricar. Decade 1. Hungarica Observ. 10. ) giudiziosissimo Medico dell' Esercito dell' Imperat. *Ridolfo II.*, militante in *Ungheria* contro dei *Turchi*. Ancor esso fu gravemente malato in Ungheria, e raccontando la sua Malattia dice fralle altre cose: *Me quidem, qui semper in* Arctoo, *eoque purissimo Aere victitaram, quam primo statim afflatu hostiliter exceperit, quum præsertim nebuloso & impuro Aëre* Comarrhonium *delatus, ex cœnosis congestorum alveis nebulas imbibens, Pulmones inviscassem, probe memini,*

(a) Ibid. §. CCCCX. p. 229.
(b) Tom. I. Ragionam. sopra le cause, e sopra i rimedj dell' Insalubrità d'Aria della Valdinievole §. LXXVII. p. 310.

*ni, quam labem primo statim limine aspersam, nunquam dein abstergere potui. Duobus enim semper cum extremis Aer* Pannonicus *colluctatur, aut extrema crassitie, nocte & nebulis inspissatus, aut iisdem penitus discussis, extrema subtilitate, hac, æque ut illa suspectissimis. Quos enim primo tanquam novacula dissectos Pulmones totis arteriolis reclusit Aer subtilior, hos paulo post crassius impuriusque, viscum patentibus vasis infarciendo conspurcat. Hæc autem ab uno extremo ad aliud vicissitudo assidua, quantam non assuetis vim inferat, concedere, quam denuo experiri malo.* Nello Scolio, dopo aver detto, che l'*Ungheria* è molto dominata da caldi Scirocci, soggiunge il Cobero: *Crebræ autem Palustrium regionum uligines, nunquam non suspectæ sunt: quid vero* Pannoniis *aquosius, apud quos quum plerique Amnium vix declivibus montium jugis præcipitentur, paulum nimbis densioribus aucti, non possunt non alveos suos deserendo, magnas aquæ moles circumjacentibus locis infundere; quæ limosis voraginibus exceptæ, noxium certe,* Germanisque *plane inimicum putorem exhalabunt.* Istri *autem cataractas, nullaque vi comprimendam violentiam, ne attingamus quidem, quum imperii impatiens, quoquo velit expatietur, tanto passim undarum diluvio agros & planitiem obruens, ut assidua Mephiti Militibus nostris Aera, viatoribus itinera non parum incommoda reddere soleat". Poterat Clariss.* Tozzettius *ad suum evincendum Institutum inter innumeras, quæ ubique prostant, hac etiam* Coberi *uti observatione, posposita Hungaricæ Febris contagio sævientis origine; cujus ne nomen quidem habet* Coberus, *nec ullius meminit Morbi, exercitum* Rodulfi II., *qui post* Massimilianum II. *circa annum* 1578. *Germaniæ imperavit, contagione mulctantis, sed solummodo Sanitatis incommoda in hominum corporibus ab Aëre paludoso, ubique gentium malesano, exorta indicat; quæ quidem apud* Europam *haud* Epidemica, *sed tantum* Endemica *esse, vel ab ipsius Cl.* Tozzettii *observatis (Addit. VI. num. 5.) res est in apricum deducta.*

7. *Qui censoria animadversione nostrum hoc* Opus *castigavit, de hac* Hungarica Pestilenti Febre *in suis superius citatis*

*tatis* Institutionibus Medicis Nosologicis *verbum non habuit*.

8. *Salva itaque, quam prælaudatis Viris profitemur, reverentia, asserere non dubitamus, quod, usquedum a Peritissimorum aliquo ratis observationibus, ab historia Morborum expetitis, non evincatur*, Hungaricum Morbum *ante annum* 1566., *& quovis vetusto tempore, in* Castris, Carceribus, Nosocomiis *&c. apud* Europam *viguisse, indeque in sanissima loca fuisse proseminatum: aut non demonstretur, Naturam in excitandis* Epidemicis *Morbis suum vetustissimum ordinem nuper subvertisse; ratum manebit*, Hungaricam Pestim *a* Turcis *in* Europam *primum transvectam fuisse, tanquam Morbum eidem prorsus exoticum; nosque, qui penitus obliteratam ejus Historiam revocare conati sumus, nonnihil integre novum, sublimioribus ingeniis ut discutiatur non indignum, in hoc Opere exhibuisse*.

## §. 448.

*Circa Epidemicæ Hydrophobiæ originem nil certum definiri potest: haud vero a veritate longe abest, eam generalium Pestilitatum esse Morbum Consectarium*.

Non obscure, ut reмur, detecta Acutarum Pestilitatum exotica Origine, atque singularum circumscripta prima in *Europam* incursione, reliquum est, ut diuturnarum Pestium historiam iisdem ex fontibus hauriamus. Inter has primum occurrit vel cogitatu horrificus atque truculentissimus Morbus ille, qui, ubi ab homine contagione contrahitur, nimia quandoque ad erumpendum cunctatione, & præcipiti simul, ubi erupuerit, affecti hominis interitu, mediam videtur nactus esse naturam inter *Epidemicos* acutos & diuturnos Morbos: *Canis*, nimirum, *rabidi Morsus*, mærorum meorum triste initium ac mæsta recordatio; quem Græci, utpote Aquæ horrorem demorsis incutientem, *Hydrophobiam* vocarunt. Ejus prima apud *Europam* vestigia tam obscura sunt, ut conjecturis potius quam indubiis observationibus assequi posse videntur. Ill. quidem *Swietenius*, qui hujus funesti Morbi na-

naturam intimius perscrutatus est, sequentia adnotatione digna nobis exhibet (*a*): „ *Alio*, inquit, *in loco disputat* [ Aurelianus ] *an Rabies Canina* novus Morbus sit an non. *Apud* Hippocratem nullibi mentio fit *illius Morbi*; *sed tamen inde non sequitur non extitisse illius tempore*: *Forte minus frequens fuit illo loco ubi* Hippocrates *vixit*; *nam ubique locorum hunc Morbum non æque communem esse innuit* Aurelianus, *dum dicit* Cariam [ Asiæ Provinciam ] *atque* Cretam, *licet ab aliis venenatis animalibus fere immunes sint*, *Canum rabie vexari* frequentissime, *& contra legitur* [ *Biblioth. raisonn.* 1750. *Avril.*, *May*; *Juin pag.* 422. ] *in tota meridionali* Americæ *parte Canes* nunquam *rabie corripi*. *Certe Canes omni ævo fuerunt*, *& hoc Morbo frequenter corripiuntur*; *unde videtur admodum probabile esse Rabiem Caninam Antiquorum Medicorum tempore* etiam *extitisse*. *Plura circa hanc rem solita sua eruditione collegit* le Clerc, *ubi hæc videri poterunt* ".

§. 449. Disertissimum sequamur *Swietenium*. „ *Forte minus frequens fuit illo loco*, *ubi Hippocrates vixit* ]. Magnus Medicinæ Parens Hippocrates Insula *Coo* natus, illustrandæ Artis studio nedum totam *Græciam*, sed *Thraciam* atque *Scythiam* Asiæ Provincias, *Lybiamque* in Africa peragravit [ Conf. lib. de Aerib. Aqu. & loc., & §. 177. ], & fortasse *Cretam Coo* propinquam perlustrare non desit. Haud igitur probabile, teterrimam hanc Luem Hippocratis diebus, in plurimis *Asiæ*, *Europæ* ac *Africæ* Provinciis, quas perspectas habuit, extitisse, dum apud ipsum *nullibi illius sit mentio*.

§. 450. *Ubique Locorum hunc Morbum non æque communem* esse *innuit Aurelianus &c.* ]. *Epidemici* equidem omnes Morbi, excepto sui domicilii loco, nullibi locorum, ni illuc asportentur, communes sunt [ §. 14. 20. 21. & alibi passim ]. *Aureliani* itaque temporibus *Hydrophobica* Lues non ubique locorum, uti hodienum, sed *Cariæ* tantummodo *Cretæque* ex nativo solo communicata fuerat.

§. 451.

(*a*) Tom. VI. in Boerhaav. §. 1129. p. 175.

§. 451. *Legitur in tota Meridionali Americæ parte Canes nunquam rabie corripi* ]. Luculentissimo argumento itaque concluditur, *Epidemicam Hydrophobiam* haud esse Morbum Canibus insitum, sed per contagium ipsos impetere.

§. 452. *Certe Canes omni ævo fuerunt, & hoc Morbo frequenter corripiuntur; unde videtur admodum probabile esse rabiem caninam antiquorum Medicorum tempore extitisse*]. Americani omni ævo fuerunt; & hodienum frequentissime Variolis discruciantur; attamen certissimum est, Variolosam Pestim usque ad sæculum sextumdecimum iisdem ignotam fuisse. Nuper vero a nobis [a §.449. hucusque] adnotatis obstare videntur Immortalis *Boerhaavii* Aphorismi 1130. 1133. 1134., accuratissimis a *Swietenio* commentariis illustrati [a], in quibus variæ a probatæ fidei Medicis observatæ leguntur historiæ, quibus clare liquet, Homines sponte in acutis morbis, vel a perfervida bile, sicuti & Lupos, Vulpes, Canes, aliaque bruta animantia, nullo prævio contagio, sed ex caussis tantum internis, rabie fuisse correptos, dirissimisque hujus Morbi symptomatibus, ipsaque *Hydrophobia* infeliciter periisse, quas longum esset per capita hic recensere. Bene vero pensitatis ab Ill. *Swietenio* ipsoque *Boerhaavio* allatis observationibus, Peritus quisque comperiet, sponte illas & absque contagio enatas rabies, minime in sanos morsu, saliva, vel aliter fuisse transmissas; unde ad rabiem, sive *Hydrophobiam Sporadicam*, haud vero ad *Epidemicam* sunt accensendæ. In compertis equidem habendum est, quemcumque fere Morbum a caussis tùm *Sporadicis*, cum *Pancoinis*, tam *Endemicis*, quam *Epidemicis* exoriri posse. Adest Angina *Sporadica*, *Pancoina*, *Endemica*, *Epidemicaque*; & quod summam *Europæ* semper attulit perniciem id quidem fuit, *Epidemicos* Morbos sub reliquorum Generum Morborum larva scenam lusisse. *Sporadicos* Anthraces simul & Bubones praxin Exercentium quis non inspexit? Ipse Swietenius sequentia probe animadvertit [b]: „ *Ephemera* communis

 *omni*

(a) Ibid. a pag. 175. ad 178.
(b) Tom. IX. in Boerhaav. §.1404. p.122. & 123.

*omni periculo vacat*, Britannica, *quæ & Sudatoria Febris dicitur, sæpe intra paucas horas necabat plurimos, ac contagio celeri dispergebatur per integras nationes; unde & postea* Ephemeræ Pestilentialis *nomen acquisivit. In* utroque Morbo Sudor adest: *blandus in Ephemera* communi, *cita Crisi Morbum solvens; in Ephemera* Britannica *adeo profusus, ut robustum hominem exhauriat penitus, paucarum horarum spatio, nec tamen absque præsenti vitæ periculo poterat* Sudor *coerceri . . . Ipsa* Pestis *sub* larva aliorum Morborum *latuit. Dum Pestis anno decimotertio hujus sæculi* Vindobonæ *grassabatur, sæpius occultabatur sub* Pleuritidis, Catarrhi, Anginæ *specie. Brevi post prodibant* Bubones, *&* Carbunculi, *certissimi Pestis testes, & stipati solitis symptomatibus . . . Dum Variolæ epidemice regnant, Febres continuæ* Intercurrentes *plura symptomata habent* communia *cum Variolis, dum* status contagii adest; *carent illis, quæ eruptionem, & suppurationem Variolarum comitantur. Sic notat* (Sydenhamus) Pleuritidem (symptomaticam vocat) *supervenisse Febri, quæ hyeme anni* 1675. grassabatur; *sed omnes illi Pleuritici dum Morbus ingruebat*, capitis, dorsi & artuum *patiebantur dolorem, quæ certissima erant, & maxime vulgaria Morbi* epidemice *tunc grassantis symptomata. Magno tamen ingenii acumine, & attentissima observatione opus esse ad hanc* Diagnosim *dicit, ut Medicus, ubi eos inspexerit*, Genus statim norit distinguere, *licet differentiarum characteristicarum aliæ ita sint fortasse subtiles & delicatæ, ut easdem alteri verbis nequeat exprimere* ". Hæc *Swietenius*. Sporadicas, Endemicasque Petecchias centies milliesque observavimus; spectavimus & sporadica Sudamina, Rubeolam æmulantia, nec semel Phlyctænides vernaculas, Morbillos referentes. Ut autem Epidemicorum Genus a reliquis Morborum Generibus distinguere valeamus, præter unum *Contagium*, *characteristicam* iisque unis propriam atque individuam differentiam, captu facillimam, haud facile alia suppetit ratio. Sicuti igitur Pestilentes Morbi Sporadicorum, vel aliorum Generum induunt formam; sic *Sporadici*, *Endemici*, & *Pancoini* Pestilentes quandoque imitantur, vel ipso adnotante *Swietenio*, ut

ut liquet ex *Endemicis* Morbosæ *Tozzettianæ* Vallis Febribus ( §. 24. ), Pestim redolentibus, sed non pestilentibus, quia contagione destitutis.

§. 453. At undenam *Hydrophobiæ Epidemicæ* vetustum in *Europa* initium expetamus? *Celsus*, *Plinius*, *Soranus*, *Aurelianus*, ex Latinis antiquissimi; *Galenus*, qui veteres Græcos Medicos, *Hippocrate* excepto, de hac Peste loquutos enarrat; atque *Aetius*, hujus Morbi certe meminere; & ita quidem, ut id Mali genus haud ab Hominibus, sed a Canibus initium sumpsisse clare liqueat. Susceptum itaque primum Contagium a brutis animantibus, quæ noxam suam hominibus indicare nequiverunt; hujus Luis contagiosa semina, in demorsorum corporibus ad plures menses, & non semel ad multos annos pacate, antequam evolvantur, latitantia; & prorsus ignotum vetustis temporibus *Epidemicorum* Morborum verum domicilium, primam *Epidemicæ Hydrophobiæ* in *Europam* excursionem tenebris tectam retinuerunt. Si quid vero hac in abstrusissima re conjecturæ valeant, sequentia cordatioribus Pestilentium Morborum genuinam Pathologiam Inquirentibus subjicimus, suis observationibus conferenda. *Virgilius* de illa Brutorum Animantium Pestilitate, quæ ab *Æthiopia* ( §. 193. ) suam traxit originem, præ reliquis cecinit (*a*).

*Hinc Canibus blandis Rabies venit, & quatit ægros*
*Tussis anhela Sues, ac faucibus angit obesis.*

Ubi *Servius* hæc (*b*): „ *Etiam blandis Canibus ex Pestilentia Rabies nascitur* .... *Angina dicitur* Porcorum *Morbus* ". An eadem pestilentialia *Miasmata*, quæ in Hominibus Variolas, aut Bubones Anthracesque excitant, in Brutis, pro diversa eorum corporum constructione, cutisque pilis tectæ duritie, illos efficiant Morbos, quibus Canes Sues &c. natura vel a Sporadicis Causis provenientibus morbis maxime pateant? In Hominibus equidem ipsissima *bubonicæ* Pestis semina, pro diversa ætate, sexu, temperie, vitæ genere &c. di-

(*a*) Georg. Lib. III. cum Servio & aliis p. 114.
(*b*) Ibid.

diversam induunt symptomatum, imo & Morborum faciem. Si hæc, ut perpendantur, indigna prorsus non sunt; nec parvi ad nostram propositionem fulciendam ponderis erunt ab Ill. *Genselio* & *Huxhamio* repetitæ observationes. Primus itaque, vulgata apud *Inferiorem Hungariam bubonica* Pestilitate, refert (*a*), perplures Canes rabie percitos fuisse. Alter, post pestiferum ac summopere contagiosum Morbum, anno 1735. *Plymuthi* grassatum, de Mensibus Augusto, Octobri ac Novembri scribens, ter hæc verba repetiit (*b*): „ *Plures Canes rabidi discurrerunt* “. De mense Junio anni 1742., prægressis Variolis, Morbillis, Febreque pestilentiali, scripsit (*c*): „ *Multi Canes rabidi discurrunt* “. Si bene meminerimus, hujuscemodi apud ipsum Auctorem leguntur observationes, quarum loca nobis modo præsto non sunt. Plurima id generis haberemus observata, si *Epidemicorum* Morborum Scriptores sub illorum grassationibus Consectarios ipsorum Morbos intimius indagare, atque adnotare non prætermisissent. Verosimillima interim videtur, quæ sequitur,

*Conclusio Trigesimaoctava.*

Epidemica igitur [ a §. 448. huc usque ] *Hydrophobia*, Europæ certe alienigena, Variolarum, Pestis *bubonicæ*, fortasse aliarum genericarum Pestilitatum conjectura rationi satis congrua progenies esse videtur; sperandumque, ut, iis apud nos extinctis, & ipsa prorsus deficiat.

*Additio Vigesimasecunda.*

1. ***Recentiorum rei medicæ Præsulum Hydrophobicæ Pestis Pathologia tam longe abest, ut eam Europæ exoticam statuat, quin etiam a Sporadicis causis ipsam repetens, inter Morbos nobis vernaculos enumerat.*** Sauvagesius *Phrenitidem Hydro-*

(*a*) Constit. Epidem. Infer. Hungar. ann. 1712. apud. Sydenh. Tom. I. p. 509.
(*b*) Tom. I. de Aer. & Morb. Epid. a pag. 112. ad 114.
(*c*) Tom. II. ibid. p. 87.

*drophobicam* Boerhaavii, *inter Morbos inflammatorios*, *viscera membranacea afficientes*, *recenset* (*a*), *uti & inter Morbos morosos*, *ubi* (*b*) *hæc fatur*: „ Rabies ( *rage* ) est depravatum vim sibi aut aliis inferendi, mordendi, lacerandi desiderium, cum *hydrophobia* ut plurimum = Rabies canina. = Rabies periodica *Fabr. Hildan.* = Rabies a mancanilla *Diar. Erudit.* VII. = Hydrophobia ( *hydrophobie* ) est potulentorum omnium aversatio. = Hydrophobia spontanea. = Hydrophobia vulgaris ".

2. *Macbridius id Pestis genus inter spasmos retulit*, *scribitque* (*c*): „ Cl. Nugent primus verum *Hydrophobiæ* ingenium explicuit, quæ ante ipsum a plerisque ad inflammationes relata fuerat. = *Sauvagesius* illam *vesaniis*, sive mentis Morbis annumerat, sed minus proprie. Symptomata enim *Hydrophobiæ* caracteristica ab his, quæ in vesaniis observantur, perspicue differunt, neque ægroti inter principia, nisi raro, delirant. Motus ille maxillarum in *Hydrophobis*, quasi adstantes morsu corripere captent, nihilo magis a voluntate proficiscitur, quam in *Tetanicis*, adeoque male vulgo ad mordendi desiderium trahitur, a quo miseri ægroti tantum absunt, ut plerumque in *intervallis* adstantes moneant, ne sibi nimium appropinquent. = *Hydrophobia* vel Morbus primitivus est, *sponte* nascens, vel animalis rabiosi morsum sequitur. Posterior species priore longe frequentior est, raroque, nisi elapsis a morsu tribus quatuorve hebdomadis apparet. Quo *propius* tamen locus, morsu vexatus, a glandulis salivalibus abest, eo *citius Hydrophobiæ* symptomata ingruunt &c. ".

3. *Adhuc Cel.* Cullenius *inter spasmos recenset*, *& hæc loquitur* (*d*): „ *Hydrophobia*. Potionis cujuslibet, utpote convulsionem pharyngis dolentem cientis, fastidium & horror; plerumque a morsu animalis rabidi. = Hydrophobia *Sauv*... *Linn*.... *Vog*.... *Sag*.... *Boerh*.... *Junck*... *Mead*....

*De-*

(*a*) Pathol. Method. Sect. I. Class. III. Ord. I. Sp. 6. p. 137.
(*b*) Ibid. Class. VIII. Ord. III. Gen. VI. & VII. p. 166. 2.
(*c*) Introd. Method. in Theor. & Prax. Med. lib. V. Cap. II. p. 275.
(*d*) Synops. Nosol. Method. Class. II. Ord. III. Gen. LXIV. p. 194. seqq.

*Desault*. . . . *Sauvag*. . . . *James*. . . . *Dalby* . . . . *Nugent*. . . . *Choisel* . . . *Journal. de Medicine* passim. *Lond.* Med. . . . Obs. Vol. III. . . . Vol. . . V. . . *Lond. Med. Trans.* Vol. II. . . . *Edinb.* Med. . . *Heysham* . . . *Parry* . . . *Soc. Royale* . . . *Andry*. . . . *Soc. Royale* . . . *Vaughan*. . . . = Species sunt, = I. Hydrophobia ( *rabiosa* ) cum mordendi cupiditate ex morsu animalis rabidi. = Hydrophobia vulgaris sp. 1. = II. Hydrophobia ( *simplex* ) sine rabie, vel mordendi cupiditate. = Hydrophobia spontanea, *Sauv.* sp. 2. *Edinb.* Med. Ess. I. 29. "

4. *Praecl.* Ludwigius *de Hydrophobica Lue ubi de* Melancholia *&* Mania (*a*) *raptim egit, totusque est in explananda ejus Symptomatum ratione, ineundaque medendi methodo*.

5. *Morborum historiae peritissimus* Burserius *de hoc Morbo speciatim non pertractavit, at ubi de* Morbo Petechiali *sequentia nobis adnotanda obtulit* (*b*): „ In hoc vero stadio, etsi sitis ingens sit cum linguae ariditate, atque aspretudine, saepe tamen omnem potum, *quia ex eo quammaxime ventriculus turbatur*, aegri aversantur, & si ad bibendum quodammodo aut vi, aut suasione adigantur, *potum illico vomitu rejiciunt*. Id generatim anno superiore, ubicumque *Peticulae grassabantur* (Targion. Raccolt. d'Opusc. Med. prat. Tom. VIII.) observatum est, sed multo manifestius & familiarius olim omnibus, qui *Peticulis* corripiebantur, fuit apud *Faventinos* anno 1759. & 60., & sic ut *Hydrophobos* eos dixisses. Tanta erat Ventriculi ad spasmum proclivitas, ut potulentorum attactu convelleretur, & quidquid potatum esset, vomitu reflueret ". [ *Auctoris nota* ]: „ *Hydrophobiam* non semper a venenato, ac rabido morsu induci, exploratissimum est. Ventriculi inflammationi succedentem, & multis phlebotomiis curatam *Hydrophobiam* referunt *Acta Academiae Edimburgensis* . . . *Hydrophobiae* spontaneae duo exempla adducit *Tronchinius*. . . Alia exempla vid. in *Ephem.* N.C.

(*a*) Instit Med. Clin. Part. I. Tract. III. Cap. VII. a §. 690. ad 692. p. 320. seqq.
(*b*) Vol. IV. Cap. X. §. CCCXXXII. cum not. p. 40. seqq.

N. C. . . apud *Sanchez* . . . *Dom. Brogian.* . . *Journal. de Medec.* . . Digna quoque, quæ memoretur, eſt hiſtoria *Hydrophobiæ* ex convulſione ortæ elegantiſſime ſcripta, & typis edita a *Jo. Bapt. Faleto* Medico plane docto, & apud *Urbinates* Medicinam primo loco feliciſſime exercente . . . Frequens etiam fuit *Hydrophobiæ* quædam ſpecies in Febri *Epidemica* anni 1764. a *Michaele Sarconio* deſcripta ". *Hæc Burſerius. Unam optaremus obſervationem, quæ Hydrophobiam ſponte, & ſine ulla contagionis ſuſpicione ortam, contagio vel ſtipatam, vel deſtitutam definiret.*

6. *Nec aliquid novi ſuper Recentiorum doctrinam de hoc horrifico* epidemico *Morbo propoſuit eruditiſſimus hujus noſtri Operis Judex. In* Debilitatum *Claſſem* [*a*] *hanc Peſtim collocavit, & non aliam amplexus eſt illius Pathologiam, quam a cauſis ſporadicis promanantem: Sic enim loquitur* [*b*]: „ Laude digniſſimum eſt, quod *Boerhaavius* præſtitit: deſcriptio ſcilicet *rabiei Canum*, & hiſtoria cauſarum, & conditionum, ſaltem notiorum, ejuſdem præmiſſa hiſtoria Morbi jam homini traditi. Quippe notitia conditionum, & cauſarum illarum conferre poteſt ad *naturam veneni aliquando determinandam*, & evitari facilius poteſt periculum, quod poterit praenoſci. Propterea proderit & hic ex eodem ſummo Viro adnotare, *fervorem Regionis*, vel *ſiccæ tempeſtatis*, *potus deficientiam*, *victum ex carne putrida* potiſſimas eſſe cauſas rabiem in canibus præcedentes. Neſcimus an ſatis certum ſit *Vermes renibus*, *inteſtinis*, *cerebro*, *cavis narium olfactoriis innatos* cauſis iiſdem eſſe accenſendos, quod ipſemet Auctor fecit [ Aph. 1134. ], quum nullas noverimus tutas id firmantes obſervationes, ſed potius notum vulgo ſit in canibus frequentiſſime vermes variis in ſedibus gigni; qui tamen *non ſemper* rabiem comitantur. Potius videtur non prætermittendum, quemdam contrahi *ſummæ iracundiæ* habitum a canibus, qui perpetuo vin-



(*a*) Lib. III. Inſtit. Medic. Partis Poſterioris quæ eſt Noſologica Part. alter. Lib. II. Sect. II. Claſſ II. §. 426. ſeqq p. 173. ſeqq.

(*b*) Ibid. not. a. ad §. 430. p. 176. 177.

vincti detinentur, & hos omnium frequentissime rabidos fieri, conducente plurimum ad id *victu pravarum carnium*, quæ iisdem exhibentur. Neque parvi faciendum est *cibi abstinentiam*, *aquæ & potus defectum* ejusdem Morbi *genesi* maxime favere, & quotidie observari Canes *victus indigentia* pressos, squalentes *fame*, vagari, *putridissima* quævis quærentes, *iracundo veluti aspectu*, *in quo imminentis*, *aut potius incœpti Morbi rudimenta* liceat agnoscere. Cæterum omittenda non sunt signa rabidum jam esse Canem indicantia, quæ ipsemet Auctor exposuit [ n. 1135. ] ". *Confer. nostrum opus a §. 448. ad 453.*

*7. Incompertam igitur epidemicæ Hydrophobiæ historiam in aliquam asportando lucem, aliquid præstitisse videmur humano generi aliquando profuturum.*

§. 454.

*Elephantiaca Leprosaque Pestis, origine Africana, gignendis consectariis Morbis reliquis genericis Pestilitatibus apprime similis, in Europam contagio asportata, utut per quinque sæcula omnes fere ipsius Nationes infeliciter* defœdasset, *etiamsi hæreditaria contagione in filios transmearet, quamquam quos arripuerat ad senium usque adque sepulcrum comitata sit; instituta tamen per Publicas Auctoritates ea infectorum a sanis separatione, felicissimo eventu ab Europa expulsa fuit.*

Diuturna Pestis, quæ Dei Opt. Max. veluti solicitudinem sic provocavit, ut *Moysi* leges præscriberet (*a*), quibus Hebræorum quilibet adhuc & Reges ea conspurcati extra castra ab hominum commercio sepositi fuere, eorumque domorum parietes abrasi, quinimo quandoque prorsus e fundamentis eversi sunt, lapidibus longe ab ipsis castris asporta-

(*a*) Levit. Cap. XIII. & XIV. p. 61. seqq.

tatis, ne pestifero contactu afflatuque sanos temerarent, fœdissima nimirum edaxque *Lepra*, cujus primam speciem dein *Græci* Medici *Elephantiam* vocarunt, origine *Africana* equidem fuit, vetustorum tam *Latii* quam *Greciæ* Medicorum testimonio, sine quo Philosophus *Lucretius Carus* minime cecinisset (*a*):

*Est Elephas morbus, qui propter flumina Nili*
*Gignitur Ægypti in medio, neque præterea usquam.*

Si vero *Cornelii Taciti* §.440. excitatus textus, & aliæ erga Ægyptum §. 444. adnotatæ observationes æqua librentur lance, *Leprosam* Luem *Ægypto* haud vernaculam, sed alienigenam decernere comperiuntur. Eadem fere, ac *Lucretii*, fuit *Cornelii Celsi* sententia: „ *Ignotus*, inquit (*b*), *autem pene in* Italia, *frequentissimus in quibusdam Regionibus is Morbus est*, *quem* Elephantiam *Græci vocant*, *isque longis adnumeratur*. *Totum corpus afficitur ita ut* ossa *quoque vitiari dicantur*. *Summa pars corporis* crebras maculas, crebrosque tumores *habet*. Rubor *harum paulatim in* atrum colorem *convertitur*. Summa Cutis *inæquabiliter* crassa, tenuis, dura, *mollisque quasi* squamis *quibusdam* exasperatur. *Corpus emacrescit*: Os, suræ, pedes *intumescunt*. *Ubi vetus Morbus est*, digiti *in manibus pedibusque sub tumore conduntur*. *Febricula oritur*, *quæ facile tot malis obrutum hominem consumit* ". Similia ex vetustis Latinis Medicis *Marcellus* adnotanda offert: „ *Hic Morbus*, ait (*c*), ( nimirum Elephantiasis ) *peculiariter* Ægyptiorum *populis notus est*, *nec solum in vulgus extremum*, *sed etiam in* Reges *ipsos frequenter irrepsit* ". Hujus lentæ cæteroquin Pestis contagium in distans agere Auctor est *Meadius*: Sic enim fatur (*d*): „ *De Elephantia Lepræ congeneri Morbo sententiam dicit* Aretæus, *qui cum Morbo hoc affectis versari atque vitam agere*, *non minus quam cum Pestilentia contaminatis metuendum esse monet*: Contagionem *enim per* inspiratum aerem *communicari* ".

Rrrr 2 *Fra-*

(*a*) Lib. VI. de Rer. Nat. cum Nardio p. 550.
(*b*) Lib. III. Cap. XXV. Med. omn. antiq. &c. p. 18. vers.
(*c*) Ibid. Lib. de Medicam &c. Cap. XIX. p. 112. vers.
(*d*) Oper. Med. Lepra Morbus Cap. II. p. 261.

*Fracastorius*, ficuti Variolarum, cæterarumque forsan Pestilitatum, ita Lepræ *Miasma* ab homine fusceptum incubatione opus habere, antequam erumpat, afferuit: „ *Oritur*, inquit (*a*), *primo* (Elephantiasis fcilicet) *sine dolore ullo*, *sine Febre*, ac delitat ipsa quoque certo tempore, *priusquam se prodat* ". Sub Generationis opus ejus contagium posteris communicari hisce verbis fatetur Cl. *Mangetus* [*b*]: „ *Revera vidimus aliquando* Elephantiasim hæreditariam, *quæ per totos triginta & quatuor circiter a nativitate annos in sanguine ita* soporata *subsistit*, *ut ne minimum quidem ejus signum*, *sed valetudo integra ante trigesimum quintum annum observata fit*; *quæ demum illo tempore sed* a nulla prorsus causa externa, *sed a fermento tacite prius in humoribus partibusque solidis* conquiscente *exaltato victa*, Lepræ, *eique immaniter per omnes partes* brevi spatio *grassanti paruit*. *Sed quid hoc ad explicationem* ... *Etiamsi pluribus &c.* Elephantiacorum, & Lue venerea *tactorum historiis manifestum faceremus &c.*" Quorumdam Insectorum ovula virescentium arborum truncis a matribus infixa, vel post ævum, ubi ficcescente ligno evoluta fuerint, animalcula in lucem dare, optime norunt *Naturalis Historiæ* Peritissimi. Phthisim ficut Variolæ, Rubeolæ &c. hæc Lues habet consectariam; unde Cl. *Carolus Leigh* de Phthisi a Græcorum ac Arabum *Lepra* ortum ducente pertractavit (*c*). An a *Scorbuto*, *Scrofulis*, *Lue siphilitica* Leprosa Pestis adhuc exoriri possit, uti autumavit Ill. *Sauvagesius* (*d*); an potius fimillimæ in cute Pustulæ, aliaque fymptomata hisce Pestilitatibus propria ab ipsius Miasmatum cum *Scorbuticis*, *Scrofulosis*, *Siphiliticisque* Miasmatibus affinitate deducenda fint, Solertioribus decernendum tradimus. Equidem *Gonorrhœam* a *Lepra* tam diram, ut veneream æquaret, non pauci rei Medicæ Scriptores obfervarunt, ut apud

(*a*) De Morb. Contag. Lib. II. Cap. XIII. p. 94. verf.
(*b*) Tom. IV. B. M. P. num. IV. p. 661.
(*c*) Phthisiol. Cap. VII. Obf. I. apud Sydenh. Tom. I. p. 443.
(*d*) Tom. II. de Morb. Cutan. Cap. XVII. p. 150.

apud *Astrucium* (*a*) videre est. Tanta adest harum Pestilitatum *Miasmatön* inter sese affinitas!

§. 455. Antiquitus *Leprosa* Lues in *Europam* irrepserat; ejus enim *Hippocrates* variis in locis meminit; at cognita fortasse ad eam declinandam Hebræorum *Prophylaxi*, vel prorsus extincta, vel haud late disseminabatur. Duodecimo vero sæculo totam fere occupavit *Europam*. Eruditus *Nardius* in superius allatum Lucretii textum (*b*) hæc habet: „ *Familiaris Morbus* Ægypto *est* Elephas... *Contagiosa quidem affectio*, *& insuperabilis si diuturna*: *Est enim veluti* Cancer universæ Cutis. *Subscribere* Galenus *videtur Lucretio*... *Habet enim in libro ad Glauconem*: *In* Alexandria *quidem Elephantis Morbo plurimi* corripiuntur propter victus modum, & Regionis fervorem; At in *Germania* & *Mysia* rarissima hæc passio videtur, & apud *Scythas* lactis potatores nunquam fere apparuit... Æquior Celsus *ignotum pene dicit in* Italia... *Non infrequens est nostro ævo* (initio nimirum sæculi decimiseptimi) *in* Germania; *in* Hispania *vero & tota* Africa, *referente* A. Paræo, *frequentiores Elephantiaci*, *quam in reliquo Orbe*; *in* Provincia Gallica, Narbonensi Gallia, Aquitania *plures*, *quam in reliqua* Gallia. *Quod vero non contigerit ante* Pompeii Magni *ætatem*, *accidit demum in* Italia, *teste* Plinio, *quo Morbus hic* advectus & celeriter restinctus *est* ". Clariorem hujus diuturnæ Pestis in Europam reversionem habemus apud Ill. *Swietenium* [*c*]: „ *Ne quidem*, [sic ipse loquitur] *vestigium hujus Morbi* [Lepræ nimirum] *in* Europa *reperitur*. *Imo & aliæ species* Lepræ, *quæ a Græcis Medicis & Arabibus descriptæ fuerant*, duodecimoque sæculo, *tempore expeditionum*, *quæ Religionis causa in* Terram Sanctam *suscipiebantur*, *in* Europa frequentes admodum erant, *decimoquinto sæculo incœperunt minus sævire* [ab eo tempore qui Lepra arripiebantur in Nosocomiis reclusi manebant], *& debilitata sensim ferocia per sæculum decimum*

(*a*) Tom. I. de Morb. Vener. Lib. I. Cap. VII. p. 47. seqq.
(*b*) In Lucret. Car. Lib. VI. de Rer. Natur. p. 550.
(*c*) Tom. IX. in Boerh. §. 1382. p. 15. seqq.

*mumscxtum*, *fere penitus evanuerunt nostro sæculo*; *unde* Nosocomia Leprosorum ante frequentia *in* Europa, *aliis usibus in pluribus locis adhibita fuerunt*. *Per* Contagium *in* Europam ex Syria & Ægypto *delatus fuerat Morbus* ".

§.456. Turpissimæ autem hujusce Luis apud *Europam* extinctio haud consulto a Præclarissimis *Sydenhamo*, *Swietenio*, *Sauvagesio* aliisque, hujus Morbi senio, ac veluti internecioni accenseтur; sed ab ipso coinquinatorum a sanis separationi omnino est tribuenda'. Lenta quidem hæc Pestis a *Moysis* diebus ad hæc nostra tempora, longissimo nimirum triginta trium jam elapsorum sæculorum spatio, senio non ita confecta est, quin Fato incuriosos *Ægyptios*, *Arabes*, *Palæstinos* perpetuo divexarit, nec hodienum divexare desinit, scribente Magno *Hoffmanno* [*a*], id Morbi genus in *Ægyptios*, *Arabes Javanosque* nunc temporis tanquam *Endemicum* sævire". Quid? Per ipsum *Swietenium* (§.455.), *Nosocomia Leprosorum ante frequentia in Europa aliis usibus in pluribus locis adhibita fuerunt*, sicuti quod ad meridionalem Urbis *Panormi*, Regni Siciliæ *Metropolis*, plagam conditum fuit, & etiamnum *Sancti Joannis Leprosorum* nomen retinet, Mentecaptis dicatum est. Magnanimo igitur Supremarum *Europæ* Potestatum studio, nec diuturna Leprosæ Luis duratione, neque ingentibus sumptibus, quibus *undeviginti millia Nosocomia* [*b*] per totam Europam constructa fuere, defatigato, referendum est hujus fœdissimi Morbi in Europæis Nationibus excidium, & quidem una infectorum in Nosocomiis conclusione. Confer. *Cornelii Taciti* observatio 440. adnotata.

## *Conclusio Trigesimanona*.

Quum igitur *diuturna Leprosa Pestis*, origine, phœnomenis ac pathematibus [ a §. 454. hucusque ] vel ipsis acutis Pestilitatibus simillima, etsi per quinque sæcula toti Eu-

(*a*) Opusc. Pathol. Pract. Decad. II. Differt. IV. §. XXV. p. 172.
(*b*) M. De Lille Philosophie de la Nature Tom. II. Part. II. Liv. II. p. 266.

*Europæ* fere contubernalis evaserat, perque generationem contagio in filios propagata esset, atque quos arripuit per satis longum vitæ spatium ad mortem usque sit comitata, opportuna tamen ab ea infectorum a sanis *Separatione* prorsus apud *Europam* extincta fuerit; satis temeraria, absurda, & veritati obsistens videri debet illorum opinio, qui contendunt, Variolas, reliquasque acutas Pestilitates, nullibi perpetuo grassantes, sed ex toto desinentes & post varia temporum intervalla quovis in loco *Sporadicorum* more sub initio recurrentes, facillime apud *Europam* extingui omnino non posse, adhibita sub primo ipsarum impetu paucorum infectorum a sanis *Separatione*.

## §. 457.

*Lichenis sive Mentagræ Origo Europæ prorsus alienigena est, & non nisi exotico contagio hæc Lues Italiam primum appulit.*

Inter diuturnos *Epidemicos* Morbos, qui ab alienigenis Regionibus ad vastandam simul ac deturpandam *Europam* eruperunt, *Lichen* sive *Mentagra* adnumeratur, Pestis quidem apud Nos primæ Lepræ excursioni fere coæva: „ *Non me latet*, inquit egregius Fracastorius (*a*), *Lichenis nomen a Græcis interdum latius capi pro fœdiori Cutis habitu*, *unde & Poeta* sordidos *appellat* Lichenas, *& Plinius ipse etiam* novum Morbum Pompeii ætate visum *Lichenas vocavit sicuti & Mentagram* “. Hujus vero tardæ Pestis descriptio hisce a *Plinio* comprehenditur [*b*]: „ *Græco nomine* Lichena *appellatur*, *quod vulgo* Mentagram *appellant*, *& est vitium*, *quod per totam faciem solet serpere*, *oculis tantum immunibus: descendit vero in collum*, *& pectus*, *ac manus*; *fœdat cutim*: Eosque, *qui sic vexantur*, osculari non convenit, *quoniam* contactus *eorum* perniciosus *fore*

(*a*) De Morb. Contag. Lib. II. Cap. XV. p. 96. vers.
(*b*) De re Med. Lib. II. Cap. LVI. Apud. Med. Antiq. omn. &c. p. 190.

*fore perhibetur* ". Laudatus *Nardius* celerem hujus fœdæ Labis propagationem simul ac apud *Italiam* primum ingressum sic exposuit [*a*] : „ *Redux* [ ab Asia, ut apud Eloy [*b*] ] *Perusinus ille quæstorius Scriba* Mentagram Romæ invexit: *quæ fœditas veloci transitu* osculi *Proceres occupavit* ". Ill. *Sauvagesius* Lichen tanquam Lepræ speciem intueri videtur: „ *Scabiei*, ait [*c*], *proxime affinis est* Lepra, *& quasi gradus intensior. Hujus tres recensentur species. Lepra* Judæorum, *cujus mentio fit in Sacris paginis, quæ magis ad* Herpetem, *quam ad* Scabiem *pertinere videtur. Lepra Græcorum, quæ ab aliquibus* Impetigo, Lichen, *&* Vitiligo *dicitur. Lepra* Arabum, *seu* Elaphantiasis, *quæ omnium gravissima est* ". Quidquid hac super re intelligere velimus, Lichen Morbus est Origine Europæ exoticus, Contagiosus, Lepræ apud Nos coævus, nec tamen senio tam longo confectus, quum hodienum modo sub *Guttæ rosaceæ*, nunc *Salsedinis* cujusdam, modo *Impetiginis sylvestris* nomine nostra saltem in Insula hucusque serpere non destitit, cuicunque Curationis Methodo perfracte resistens.

*Conclusio Quadragesima.*

Lichen igitur, seu Mentagra, diuturna Pestis est Europæ exotica, & ante nostram Redemptionem [ §.457. ] per contagium in ipsam venit.

§.458.

(*a*) In Lucret. Car. Lib. VI. de Rer. Natur. Animadv. XLIII. p. 587.
(*b*) Dizionar. Stor. della Medic. Tom. V. p. 15 Trad.
(*c*) Tom. II. de Morb. Cutan. Cap. XVII. p. 148.

## §. 458.

*Intimius perspecta Scorbuticæ Pestis, Luem Veneream Symptomatibus æquantis, Origo, ejus apud Europam novitatem, exoticamque indolem dilucide evincit; simul & adstructam a Medicorum aliquibus de ea Pathologiam experientiæ refragantem apertissime demonstrat.*

Scorbutus, diuturnarum Pestilitatum Species est Luis Venereæ apud *Europam* ætate vetustiori. Ejus apud nos *novitatem* demonstraturi, Præcl. *Listerum* adeamus oportet: „*Proximo autem*, inquit (*a*), *Luis Venereæ loco* Scorbutum *posui & propter Morbi* Novitatem, *& quod illi tot tantisque signis communibus* valde affinis sit; *imo unum ab altero dignoscere, nisi admodum exercitato Medico haud ita facile est*. *Etenim* Scorbuto *sui quoque* dolores sub noctem *gravius infestantes*; *item sui* tumores duri, *suaque* ulcera exedentia, Pustulæque & Maculæ, *suæque pedum* punctiones, & *crurum* lancinationes *sunt*. *Veruntamen* Scorbuto *etiam* peculiaria *symptomata sunt in Lue Venerea minime notanda*, *nimirum* Gingivarum tumor, mollities, & Fœtor in toto ore; *cruribus aliisque corporis partibus* purpureæ Maculæ vere violaceæ; *ventris* tormina, præcordiorum gravitas, *molestissimusque* anhelitus *sæpius ad* deliquium; *crurum* debilitas & *mira* lassitudo. *Dysenteriam*; *Febres erraticas*; *Intermittentes cujuscunque typi*; *pestilentiales*; *pleuritin*; *dolorem ischiadicum*; *arthritidem*; *paralysin*; *hydropen*; *atrophian scorbuticam*, *aliaque infinita symptomata* (hos fere omnes consectarios Morbos a Sacris Hippocratis Ignibus promanatos in Prima hujus Operis Parte adnotavimus) *taceo*, *quæ prima facie alios atque alios Morbos mentiuntur*; *summa tamen industria & admirabili sagacitate ab* Eugaleno *primum*, *superioris sæculi* (XVII.) *Medico docto*, *hæc Morborum simulacra a suis archetypis penitus discernere & distinguere docemur*. *Il-*



(*a*) Exerc. V. De Scorbut. In calce Operis Mortoni p. 71.

*lud quidem non ignoro, apud* Plinium Stomachacës *&* Scelotyrbës *cujusdam mentionem fieri, quo* Milites Romani *olim in* Belgiæ maritimis subito *correpti sunt, unum eumdemque Morbum cum* Scorbuto hodierno *fuisse vero non admodum dissimile est*; tamen a veteribus Medicis prorsus neglectus est; neque apud eos ullibi certe de industria scriptus, *ut tantus Morbus meruit, occurrit, quod* loci *alicujus* remoti, *& tunc temporis* parum noti *tantum* Indigena *fuit. Superiore autem sæculo exeunte, ut diximus*, Eugalenus *multum de Republica litteraria meruit, quod hunc* primum *Morbum accurate descripserit. At hic Morbus* jamdiu quasi latescens *inter haud ignobilem gentem* Flandriæ *populum*, ex assidua & aucta Navigatione apud Indos (& quidem per Africæ Pestilitatum Matricis litora) *novas vires acquisivit, ut Maris ipsius Morbus proprius & peculiaris plerisque jam audiat; vere Morbus Nauticus, & omni populo longis itineribus naviganti, cujuslibet terræ* Europæ *ii fuerint, communis; sive ea navigatio calidis frigidisve Regionibus fiat: modo nimius iis labor, & victus præter rationem falsus & crassus tantum præbeatur* ". Hæc Listerus.

§. 459. Mirari nos subit Magnum *Hoffmannum*, postquam, apposito *Hippocratis* textu *de internis affectibus num.* 34., Scorbutum *Coo* Seni haud incognitum fuisse docuerat (*a*), postmodum in *Opusculis Pathologico-Practicis* sequentia scripsisse (*b*): ,, *Accedimus ad Maris* Baltici *Incolas, Danos, Suecos, Norvegos, Pomeranos, Livonos, Curlandos, ubi ceu* communis *Morbus, & fere* inquilinus Scorbutus *grassatur* . . . *Hic affectus quam notus est his populis, tam* ignotus est antiquis, nec ullibi fit hujus mali mentio, *neque apud* Arabes, *neque apud* Græcos, *&* perperam locus Hippocratis Lib. II. Prædict. *ad hoc malum trahitur, ubi Auctor de* Lienibus magnis, oris graveolentia, & tibiarum exulceratione *agit. Minime tamen existimandum antiquis temporibus ipsum non extitisse* (extitit quidem vel ab orbe con-

(*a*) Tom. IV. M. R. S. Part. IV. Cap. I. §. IV. p. 21.
(*b*) Decad. II. Differt. IV. §. IX. p. 166. seqq.

condito in suo domicilio ; sicuti extiterunt Variolæ, Lues Venerea, reliquæ Pestilitates, per navigationem dein in Europam advectæ ), *sed de novo ante aliquot annos esse natum. Credibile potius est cœlum* Hippocratis *hunc Morbum* non agnovisse . . . *In tota* Græcia, Italia, Hispania, *etiam* Gallia *fere* incognitus *est* ; *nisi in quibusdam locis* Galliæ Narbonensis *ad Maris oram sitis*, *& circa* Ragusam *Italiæ* ". *Scorbutus* igitur haud Maris Morbus est, & qui longis navigationibus contrahitur, quum vetustis temporibus *Græci*, *Itali*, *Hispani*, *Gallique* satis longa inierunt Maris itinera, quin id Luis genus unquam sibi comparaverint; innumeraque sint maritima loca ab hac Peste prorsus immunia. Scriptorum equidem nemo fere est, qui de *Scorbuto* pertractans, ejus efficientem Causam Aëri salso-marino, aquis impuris, salsis, paludosisque ; duro victui ex carnibus infumatis, vel piscibus marinis sale conditis, & id genus aliis non adjudicet; quinimo hæc tam mordicus quorumdam animis insederunt, ut Ill. *Swietenius*, prætermissis *Sennerti* (*a*), *Willisii* (*b*), & ejusdem *Boerhaavii* (*c*) observationibus, Scorbuticam Luem per contagium, quin & per traducem in sanos, filiosque transmitti firmissime testantibus, sequentia edisseruerit [*d*]: „ *Docuerunt quidem observationes practicæ plures simul in eodem loco* Scorbuto *affligi* ; *tamen* inde *nondum certo constat quod* per contagium *ex uno homine in alterum hic Morbus transeat*. *Dum enim in* navibus, *vel in* urbibus obsessis Scorbutus grassatur, malo victui, aquæ penuriæ, vegetabilis cibi defectui *&c. hujus Morbi origo merito tribui potest*, *uti ex antedictis* [certe hypothesibus] *patuit*: *adeoque caussis* communibus, *in omnes eodem loco degentes agentibus*, *potius tribuendus videtur*, *quam contagio* ". Non ita quidem circa ejuscemodi excogitatas *Scabiei* causas sensit egregius *Pringle*: properam enim in classibus *Psoræ* in plurimos propagationem, minime Aëri marino, salsoque victui ; sed scabiosorum cum sanis conta-

Ssss 2 gioso

(*a*) Tom. III. Part. III. Lib. VI. Cap. IV. p. 495.
(*b*) Oper. Omn. De Scorbut. Cap. II. §. III. & IV. p. 244.
(*c*) Aphor. de cognosc. & cur. Morb. §. 1151. num. 4. p. 216.
(*d*) Tom. VI. in Boerhaav. §. 1151. p. 246.

giofo contubernio tribuendam esse demonstravit [a]. Hæ quidem concurrentes causæ camino prunas addere, ignem fovere ac excubare quis negarit? At vel simul sumptæ, absente contagioso *Miasmate*, *Epidemicum* morbum nunquam efficient, sicuti nunquam nusquamque Scorbutum excitarunt ante ejus in *Europam* per contagium irruptionem.

§. 460. Omnium autem firmiorem hujus edacissimæ Pestis originem nobis servavit Doctissimus *Jo:Viganius*: „ *Scorbutus*, inquiens [b], *quæ inter nautas Lusitanos*, *Indiam* [Orientalem] *explorantes* primum *leviter sese declaravit*, *postea* alio transplantata *per Misniam* [Germaniæ Provinciam] *anno* 1486. *graviter* lateque se diffudit, *sedemque in* Dania *aliisque* Septentrioni *vicinis Regionibus* posuisse *aliquando videtur*; *tandem circa annum* 1600. *per* omnem fere Europam disseminata est, *Malumque his diebus* Epidemicum *est*". Huic a *Viganio* compertæ Morbi Scorbutici Origini adstipulatur nuperrima Ill. *Huxhamii* hujus Luis, adhuc noviter ab exoticis Regionibus in *Plymuthum* asportatæ, quæ sequitur, historia: „ *Terribilis*, ait (c), *jam* sævit Scorbutus *inter Nautas*, *præcipue* quos secum reduxit Martin, *Classis Occidentalis Præfectus*. *Excruciantur perplurimi ulceribus fœdis*, *lividis*, *sordidis*, *ac valde fungosis*. *Mirum est profecto &* insolitum *quam brevi tempore spongiosa caro*, *fungi ad instar his ulceribus succrescit*, *etsi paulo ante scalpello derasa*, *eaque interdum ad magnitudinem enormem*. *Non solum miseris his*, *at vero* utilibus hominibus *per se infesta est maxime Scorbutica* Lues; *sed & illos etiam omni pene Morbo*, *qui ab humorum corruptione pendet*, *obnoxios admodum reddit*, *Febribus nempe putridis malignis*, petechialibus, *pessimo* Variolarum *generi*, Dysenteriæ *cruentæ*, *hæmorrhagiis &c. Multo magis adeo bonis his fuit exitio*, *quam bellicum fulmen*. "
De quavis fere Pestilentia tam acuta, quam diuturna hæc peroptime dici possunt.

*Con-*

(a) Offervaz. sopra le Malatt. dell'Armat. Part. I. Cap. II. pag.5. seqq. Trad.
(b) In Vit. Freindii apud hujus Op. Med. p. XXXIV.
(c) Tom. II. de Aer. & Morb. Epid. ann. 1746. Julio p. 160. seqq.

*Conclusio Quadragesimaprima.*

Scorbutica igitur Pestis [a §.458. hucusque], Pustulis, Ulceribus exedentibus, dirisque aliis consectariis Morbis, Lui Venereæ, Variolis, ipsique Lepræ persimillima, utut vetustis temporibus in Europam irrepsisse credatur, uti irrepserat Leprosa Lues (§.455.), decedente tamen sæculo decimoquinto ab exteris Regionibus alienigena, & per contagium in eamdem transvecta est; &, quibus *Lepra*, cautionibus extingui poterit.

§. 461.

*Quanquam Lues Venerea sub primam ejus in Europam excursionem easdem ac Variolæ inter Medicos excitasset contentiones; recentiorum tamen nullus est, qui ei originem non tribnat Europæ prorsus exoticam, adhuc ablato quorumdam dissidio, num Americana fuerit, an potius Africana.*

Una nobis superest haud exploranda sed pro Instituti ratione exscribenda, omnium enarratarum turpissimæ quidem, sed præ humani generis naturali proclivitate magis miserandæ Pestis origo; & certe illius,

*Quæ, veluti rapidus montano flumine torrens*
*Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores,*
*Præcipitesque trahit sylvas*, (*a*)

statimac *Europam* ingressa est, extempore in cunctas propemodum ejus, imo & fere totius Orbis commercio florentissimas Nationes penetravit, omnes fœdo conspurcavit ulcere, Libitinæ cumulavit censum, & sub nomine *Luis Venereæ* Medicorum auxit contentiones. De ea enim Cel. *Fracastorius* hæc enarrat [*b*]: „ *Quum primum tam* novus *apparuisset Morbus, magna statim inter Medicos oborta contro-*
*ver-*

(*a*) Virgil. Æneid. I.
(*b*) De Morb. Contag. Lib. II. Cap. XI. p. 91. vers.

*versia fuit*, *aliis contendentibus* nullam *ab* antiquis factam de eo mentionem *fuisse*; *aliis contra* fuisse factam; *his quidem* Elephantiam *existimantibus*; *illis vocatum ab Arabibus* Sifati; *aliis* Lichenas. *Primus* Nicolaus Leonicenus [anno 1428. natus [*a*]] *Vir doctissimus & gravis eam difficultatem sustulit*, *aperte monstrans* nullum horum esse, sed prorsus apud antiquos innominatum fuisse Morbum: *quanquam posteriores quidam* obstinate *quidem magis*, *quam rationabiliter tanto Viro non plane assensere*, Elephantiasim *omnino asserentes esse* ". At omnium vero obstinationem perplurimis evicit paginis Ill. *Astruc* in elaboratissimo ejus Opere *de Morbis Venereis*, procul dubio hujus Pestis novitate apud Europam demonstrata, ubi [*b*] præ multis hæc fatur: „ *Jacobus Cataneus de Lacu Marcino* Genuensis *in Tractatu de* Morbo Gallico *circa annum* 1505. *conscripto Cap. I. sic narrat* Luis Venereæ *ingressum*: Anno Virginis Partus 1494., invadente *Carolo VIII.* Francorum Rege Regnum *Partenopeium*, *Alexandro* vero *VI.* ea tempestate summum *Pontificatum* gerente, exortus est in *Italia* monstrosus Morbus, *nullis ante sæculis visus*, totoque in Orbe terrarum *incognitus* ". Dum autem Præcl. *Astrucius*, *Christophorum Columbum* ex Americana plaga redeuntem, Luis Venereæ *Contagium* in *Insulis Antillis*, præsertim *Hispaniola*, susceptum, *Hispaniæ primum* concessisse evincere studuit, per ipsummet receptas physicas observationes, simul & Columbi reditus chronologiam haud apposite perpendisse videtur. Luis enim vestigia his prosequutus est [*c*]: „ *Cæterum quo tempore morbosum Luis Venereæ seminium ab* Hispania *Italiam & Galliam*, *& hinc cætera* Europæ *Regna* contagione *pervadebat*, *eodem quoque ab* Europa *in Asiæ &* Africæ *oras*, *quæ Mari Mediterraneo adjacent*, contagione *simili prorepsisse certum est*: *quod gemina via factum credimus*. *Primo*, exilio *quidem* Mahumetanorum, *&* Judæorum, *qui temporibus illis* Hispania *cedere jussi*

(*a*) Eloy. Dizionar. Stor. della Med. Tom. IV. p. 71. Trad.
(*b*) Tom. I. de Morb. Vener. Lib. I. Cap. V. §. IX. p. 31.
(*c*) Ibid. Cap. XI. p. 77.

*jussi sunt a* Ferdinando *&* Isabella, *post occupatum Regnum* Granatense; *& qui in* Africam, *quo profugerunt*, Luem Veneream secum detulere, *quam in* Hispania *ante contraxerant &c.* " Huic porro tam fœdissimi funestissimique Morbi propagationis per *Astrucium* elaboratæ historiæ adversantur primo physicæ circa *Hispaniolam* ab ipsomet recensitæ adnotationes: „ *Videtur*, inquit [*a*], *quidem e numero causarum* expungendus Aer, *qui in* Hispaniola *Morbos alios forsan inferre potuit*, *at vero Luem Veneream minime*. *Utique constat* Europæos, *qui eam Insulam jam a ducentis annis incolunt*, *Luem Veneream ibidem nunquam contraxisse* nisi *contagione* ". Et alibi subdit [*b*]: „ *Negat Janconius* [ Batavus ] *Luem Veneream in* Indiis Occidentalibus Endemiam *esse*, *quod sibi observatione compertum fuisse ait*, *quippe* qui sit illic aliquandiu commoratus ... *Censet posse colligi Luem Veneream ab* Æthiopibus, *qui in* Indias Occidentales *olim deportati sunt*, *in hanc Mundi partem* primum invectam fuisse; *ex eo quod compertum ipse habuerit*, Æthiopes, *qui ex* Africæ *oris in* Colonias Bavaricas *hodie trasferuntur*, *quotannis Lue Venerea* infectos esse *quum appellunt* ". *Endemicos* quidem Morbos ab Aëre, Aquis, & Terræ Miasmatibus exoriri Magnus *Hippocrates in lib. de Aerib. Aqu. & Loc.* diserte docuit; eosdem illius esse naturæ, ut *nullo non tempore* suos exerceant Incolas definivit *Galenus*; & eos, qui ad *Endemicorum* Morborum domicilium vel adventarint, iisdem affici, ineluctabilis quotidie Experientia demonstrat. Secundo, adversatur tempus, quo *Mahumetani* atque *Hebræi* ab *Hispania* exulare coacti sunt, & sub horum in *Africam* appulsu ab Æthiopibus in suas mulieres improbæ Luis transfusio. Ipse enim doctissimus Auctor sequentia retulit [*c*]: „ *Hac de re* [ Luis Venereæ nimirum ab Hispania in Africam, uti retur, transmigratione ] *luculentum testem habemus* Johannem Leonis Mahumetanum, *&* Granatæ *natum*, *qui*

(*a*) Ibid. Cap. XII. §. I. p. 85.
(*b*) Tom. II. ibid. Lib. VIII. p. 415. seqq.
(*c*) Tom. I. ibid. Lib. I. Cap. XI. p. 77.

*qui & ipse cum cæteris* exul Fessam *in* Mauritania *petiit*, *ubi litteris Arabicis operam dedit*; *sed qui dein a Piratis captus*, *&* Leoni X. *Pontifici Maximo dono datus*, *Christianam Religionem amplexus est*. *Is autem in descriptione* Africæ, *quam* Romæ *arabice scripsit*, *& quam* Johannes Florianus *latine vertit*, *ait lib. I.*: *Hujus mali ne nomine quidem ipsis Africanis* [ certe Mauritanis ] *notum erat* ante ea tempora, *quam Hispaniarum Rex* Ferdinandus Judæos *omnes ex* Hispania *profligasset*; *qui ubi in patriam* jam rediissent, cœperunt *miseri quidam ac sceleratissimi* Æthiopes *cum illorum mulieribus habere commercium*, *ac* sic tandem velut per manus Pestis hæc *per totam se sparsit Regionem*, *ita ut vix sit familia*, *quæ ab hoc malo remansit libera*: *id autem sibi firmissime atque indubitate persuaserunt ex* Hispania *ad illos transmigrasse*; *quamobrem & illo Morbo ab Hispania* Malum Hispanicum, *ne nomine destitueretur*, *indiderunt* ". At enim vero: everso sub annum 1491. a Rege Ferdinando apud Hispaniam Maurorum Imperio [*a*], Judæorum expulsio, qua septemdecim millia Patresfamilias una cum Hominum frequentia ab *Hispania* exularunt, proximo anno 1492. expleta est (*b*); & ea quidem peracta eodem anno *Christophorus Columbus* sui nominis gloriam in incognitas Mundi Regiones audaci pectore invexit [ *c* ], ex quibus redux mense Martio anni 1493. Hispaniam pervenit [*d*]. Haud igitur verosimile est, Judæorum, Maurorumque Mulieres, quæ jamdiu ante Columbi nedum reditum sed & discessionem ab Hispania recesserant, Luem Veneream, ex Columbi sociis *Hispaniolæ* contractam, Hispaniæque traditam ipsisque affrictam, in Africam asportasse; sed satis superque evidens est, ab *Æthiopibus*, *qui cum expulsorum Mulieribus habuere commercium*, eisdem fuisse communicatam, *ac sic tandem velut per manus Pestis hæc per totam se sparsit* Regionem; & quidem non so-

(*a*) Continuaz. del Discorf. sopr. la Storia Univ. di Bossuet p. 490. Trad.
(*b*) Ibid.
(*c*) Ibid.
(*d*) Ibid. p. 491.

ſolum *Janſonii*, & *Johannis Leonis*, ſed & ipſius ingenui *Sydenhami* teſtimonio, qui hujus Peſtilentiæ ortum *e Regione aliqua Nigritarum Guineæ conterminorum* deduxit (*a*). *Nigritia* ſiquidem, *Æthiopia*, & *Guinea* Regiones ſunt in *Africa* conterminæ.

### *Additio Vigeſimatertia.*

*Americam a Luis Venereæ culpa prorſus expurgant Celeberrimi* Antonii Scopoli, *quæ ita ſcripta ſunt*, *verba* [*b*]: „ L' Epoca fatale, in cui l' *Europa* ebbe a provare i perniciosi effetti del *Celtico veleno* è ancor incerta, dacchè *Sanchez* nell'undecimo Tomo del *Giornale di Medicina* apporta un *Poema* di *Pacifico Maſſimo*, ſtampato in *Firenze l' anno* 1489.; dal quale ne reſulta che già da quel tempo erano noti i Sintomi di queſto Male: e ſiccome il viaggio di *Colombo* nell' *America* ſegul l'anno 1492., pare che la *Sifilide non ſia venuta dall' America*, e neppure nell' Italia coll' armata di Carlo VIII. "

### *Fruſtra jamdiu promiſſum, & etiamnum expectatum, ut Lues Venerea ſenio confecta, ab Europa tandem ultro cedat.*

§. 462. Bina jam longe exceſſerunt ſæcula, ex quo Ill. *Fracaſtorius* (*c*), aliique Galliæ Medici *Fernelio* coævi (*d*) *Europæ* tot ærumnis jam fractæ ſpem facere non dubitarunt, brevi futurum fore, ut Peſtis Venerea ſenio victa cederet, ſponteque extingueretur; nec noſtris hiſce diebus deſunt, qui tale quid proſperum proxime eveniendum ſibi promittunt. Qui vero Noſocomia Sifilitieis curandis dicata adeunt; qui medieam opem hac Lue coinquinatis navant; qui vene-



(*a*) Tom. I. Epiſt. Reſponſ. II. ad Paman. p. 221.
(*b*) Tom. VI. Annotaz. al Dizionar. Chim. di Macquer. Articul. Mercur. not. p. 130. Edit. Napol.
(*c*) De Morb. Contag. Lib. II. Cap. XI. p. 91.
(*d*) Lib. II. de Abd. Rer. Cauſ. Cap. XIV. p. 631.

reum Morbum longe lateque proserpentem, veteri Mercurii adversus eum adhibendi methodo reluctantem, & Intermittentes mali moris Febres, Tabem, Phthisim, Hydropes, diversas Scabies, Herpetes, Lichenas, Scorbuticos affectus, Strumas, Scrofulas, Alopeceias, Podagras, tanquam sui consectarios secum adducere intuentur, inanem hanc spem declarant; uti inanem evincunt nuperrimæ *Celeberrimi inter Neapolitanæ Medicinæ Proceres Dominici Cyrilli, Morborum Naturæ Perscrutatoris Acerrimi, ac Historiæ Naturalis Diligentissimi Viri (qui & ipse aliorum hujus nostri Operis Judicum Socius integerrimus, nisi a Nobis, longiori Judicii mora pertæsis, quinimo abruptum Judicium nullo tempore revocandum pertimescentibus, enixe rogatus esset, Sententiam, longe a condicto alienam, suo nomine haud obsignasset) circa Veneream Pestim, quæ a Praxin Exercentibus nocturna diurnaque manu dignissimæ sunt ut evolvantur, Observationes* (*a*).

*Undenam ut egregia extinguendæ Luis Venereæ, sub ipsius in Europam ingressu, suscepta conamina in irritum cessere?*

§. 463. Solertes tuendæ *Sanitatis Publicæ* studiosissimi non defuerunt omni laude digni Viri, qui hanc pestiferam Libitinæ facem, sub primo, quo apud Nos accensa est, tempore, satis apto opportunoque consilio extinguere conati sunt. Id testantur salutiferæ Leges a sapientissimo *Parisiensi Senatu* anno 1496. constitutæ, & ab *Astrucio* (*b*) exscriptæ, quibus cautum erat, ut qui *Lue Venerea* consputeati invenirentur, ab hominum consortio, sicuti cum *Elephantiacis* & *Leprosis* tunc temporis agebatur, separarentur, ne Pestis in sanos ex illorum commercio proserperet. Sagacissimi quidem hi humanæ incolumitatis Custodes Protectoresque probe assequuti sunt, Luem Veneream, ab exotica plaga in *Europam contagione* transvectam; extinctum iri, ejus circumvallato

(*a*) Osservaz. Pratich. intorno alla Lue Venerea. Venezia 1786.
(*b*) Tom. I. de Morb. Vener. Cap. XV. per. totum p. 102. seqq.

lato contagioso *Miasmate*. Hoc *Parisiensis Senatus* humanissimum Institutum *Scotos* amplexatos esse ex Celeberrimo *D. Robertsonio* (*a*) liquet. At huic cæteroquin magnanimo Conatui cœcæ obscœnæque latebræ occultaque cubilia, ubi *Venerea Hydra*, ne semper patesceret, suam sedem ponere consuevit, obstiterunt. Obstitit Mulierum, & præsertim Puellarum coinquinatarum perdendus decor, ubi ipsarum lapsus cæteros haud lateret. Obstitit & ineluctabilis humanæ Naturæ voluptas, quæ amœnis incantationibus, furtivis illecebris, præcipiti proclivitate, clandestinisque insidiis oppugnata, vel in noxia vetita prona ruit. Unde factum est, ut pestiferum venereum *Monstrum*, spretis quibusvis circumspectionibus, auctisque capitibus, adhuc in hominibus impervias Magnatum turres, inque nuptiales thoros irruptum, iis munimentis stipatum esse videtur, ut apud Nationes, quarum potitum est, invictum in ævum mansurum sit.



(*a*) Stor. della Scozia Lib. II. not. pag. 232. Trad.

*Aliqua perdendæ Venereæ Pestis spes affulgeret, si Sapientissimi Humanissimique Europæ Principes, prorsus abrogato Societati infestissimo Natumajorum Jure, rescissoque humanæ Naturæ injurio, infinitorumque malorum fonte Cælibatu, eas conderent leges, quibus hominum unicuique detur, quod Natura cuique proprium decrevit: indeque Humanissimi Comitis* Windigratz Problema, *salva ab ipso expetita* Sociali Libertate, *quæ nullius jura lædere potest, suam, quam Ill. quidam Jurisperitus (a) sub hactenus latis legibus haud inveniri posse demonstravit, peroptimam nancisceretur explanationem.*

§. 464. Si juxta Romani Sapientis *M. T. Ciceronis* effatum (*b*): „ *Principio generi Animantium omni est a Natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videantur; omniaque quæcumque ad vivendum sint necessaria inquirat, & paret; ut pastum, ut latibula, ut alia ejusdem generis* “; si haud minori necessitate, eodem *Tullio* edocente (*c*): „ *Commune Animantium omnium est conjunctionis appetitus procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt* “; quis non videt eas omnes conflatas Leges, quæ his binis ex Naturæ Instituto ab hominum quocumque necessario exercendis Muniis refragantur, Naturæ Legibus, & hominum physicæ Constructioni summopere contrarias existere? Vel ipse *Divus Paulus*, qui de Virginitate servanda haud Præceptum, sed Consilium a *Domino* recepisse dixit, Naturæ humanæ probe gnarus, quum divinus esset Phylosophus, omnes ita monere haud prætermisit (*d*): „ *Propter fornicationem autem*

(*a*) Egregius Hyacinthus Belliti Apulus: Dubbj sul Problema del Sig. Conte di W. Riflessioni che ne possono derivare. Vienna 1786.
(*b*) Lib. I. De Offic. p. 9.
(*c*) Ibid.
(*d*) Epist. I. ad Corinth. Cap. VII. p. 616.

*tem unusquisque suam uxorem habeat , & unaquæque suum virum habeat* ". Luis siphiliticæ in immensum propagationem promiscuæ Veneri accensendam esse , res est , quæ in dubium vocari nequit ; & promiscuæ Veneris inexhaustam originem *Jus Natumajorum*, & *Cælibatum* posuisse quisnam negarit? Hactenus quæsita Legum origo , inque facinoribus comperta ; sed a nemine , quantum scimus , serio inquisita facinorum funesta radix , quæ in Legibus Naturæ adversis , quales sunt arbitrariæ Testamentorum Donationumque Confectiones , violentique Cælibatus Jussus , fixa manet , quæque vel Sacrum illud: *Quod tibi non vis , alteri ne feceris* , prorsus pessumdedit. „ *Non tum incipit* ( laudatus est Cicero qui loquitur (*a*) ) *Lex esse , quum scripta est , sed tum , quum orta est . Orta est autem simul cum* Mente Divina ( Naturæ Auctrice ). *Quamobrem Lex vera atque princeps apta ad jubendum & vetandum* Ratio *est recta* Summi Jovis ". Et apud Lactantium Firmianum [*b*] : „ *Est quidem vera Lex recta* Ratio Naturæ, *congruens , diffusa in omnes , constans, sempiterna ... Huic Legi non abrogari fas est , neque derogari ex hac aliquid licet ; neque tota abrogari potest . Nec vere aut per Senatum , aut per Populum solvi hac Lege possumus . Neque est quærendus Explanator , aut Interpres ejus alius ... Nec erit alia Lex* Romæ , *alia* Athenis ; *alia nunc, alia posthæc: sed &* omnes Gentes , *&* omni tempore *una Lex & sempiterna , & immutabilis continebit : Unusque erit communis quasi Magister & Imperator omnium DEUS . Ille Legis hujus Inventor , Disceptator , Lator cui qui non parebit , ipse se fugiet , ac* Naturam Hominis *aspernabitur ; hoc ipso luet maximas pœnas , etiamsi cætera supplicia quæ putantur , effugerit* ". Quantum ab hac Lege hominum Societas recessit! At si summo ipsorum Legislatorum emolumento in pristinum revocaretur , magna inde exsurgeret spes fore aliquando futurum , ut Pestis Venerea ab Europæis Nationibus prorsus expelleretur.

*Con-*

(*a*) De Legib Lib. II.
(*b*) Lib. VI. Cap. VIII.

Venerea igitur Pestis [ a §. 461. hucusque ], origine potius Africana, quam Americana, sub finem decimiquinti sæculi uti exoticus Morbus per contagium in *Europam* irrupit. Nunc in immensum per ipsam diffusa, iis vallatur munimentis, ut absque novis legibus *socialem libertatem* ruentibus, a Summis *Europæ* Principibus humaniter statuendis, ab eadem minime expelli posse videtur.

*Quæ reliquæ diuturnæ Pestilitates Europam commaculant, divexantque, Lepræ, Elephantiasis, Scorbuti, Luisque Venereæ fuerunt modoque sunt soboles, hæreditaria ut plurimum perenni contagione propagatæ.*

§. 465. Diversæ *Psoræ* sive *Scabiei* species, humida scilicet vel sicca, ferina vel maligna, leprosa aut venerea; *Serpigo*; *Intertigo*; *Impetigo*, *Leuce*, *Vitiligo*; *Herpes* miliaris aut exedens; *Formica* gallica; *Morbus Lazari*; *Acores* seu crusta lactea; *Sycosis*; *Gutta rosacea*; *Tinea*; *Scrofulæ*; *Strumæ*; *Podagra*; *Arthritis*; *Nephritis*; *Rheumatismus*, & qui sub *Salsi*, *Scorbutique* nomine hodienum vulgo circumferunrur, si contagione serpant, aut hæreditaria propagatione in posteros transmittantur [ sunt enim & hi Morbi adhuc a causis Sporadicis, his facultatibus destituti ], *pessima* æxistimanda sunt *Ova* a *malis Corvis* progenita, soboles scilicet principalium Pestilitatum, acutarum simul & diuturnarum. „ *Scabies*, inquit Ill. Astrucius [*a*], *Impetigo*, *Herpes*, *Tubercula*, *Pustulæ*, *Ulcuscula cutis*, *si quis unquam cubando cum infecto*, *infectave* [ a Lue Venerea ], *cui cutis ulcerosa sit*, *aut qui noctu sudet*, *contagio infectus fuerit*; *hæc vitia sicut Naturam eamdem*, *sic eamdem quoque Prognosin habent* “. Quot malorum iliades ex hisce cœcis ignotisque viis in humanum genus irrepserunt! Pro una Scabie

(*a*) Tom. I. de Morb. Vener. Lib. IV. Cap. IV. §. II. num. IX. p. 419.

bie Variolarum progenie, conferantur *Mortonus* [a], & *Huxhamius* [b].

*Conclusio Quadragesimatertia.*

Epidemici igitur Morbi omnes, tam *Acuti*, quam *Chronici* [ Concl. IX. ad XLII. & alibi ] toti *Europæ* nunquam *indigenæ*, sed prorsus *exotici* fuerunt, uti etiamnum existunt: quæ erat unicæ totius Operis Propositionis [ §. 60. ] prima Pars demonstranda.

§. 466.

Variolarum, cunctorumque Epidemicorum Morborum *exoticam Originem*, inque Europæas Nationes *primarum irruptionum*, *progressus*, & *contubernii* Historiam satis implicatam, ex ratis proborum Testimoniorum monumentis evolutam expeditamque tradere pro nostra virili parte hactenus conati sumus. Perdifficillima nobis instat reliqua nostræ Propositionis [ §. 60. ] Pars evincenda, *eosdem*, nimirum, *causa haud generica*, *sed tantum specifica inter sese differre*. In re tam ardua obscurissimaque id quidem acturi videmur, ut feliciora excitentur ingenia ad eam pertractandam, haud vero prorsus dimittendam. Si recto itinere metam assequuturi erimus, nulli dubitamus, quin ex hoc adhuc capite in apricum veniet, ferales Hominum vastatores *Epidemicos* Morbos facillimo negotio in Europæis Nationibus extingui posse. In hoc vero nimium tenebricoso tramite ne huc illucque divagemur, unam assumimus explorandam, & quidem *Variolosæ Pestis* Causam, præposito ejusdem Phœnomenorum Catalogo, uti Signo, ad quod oculos nostros perpetuo dirigamus.

*The-*

(a) Exercit. III. Cap. X. p. 458.
(b) Tom. I. de Aer. & Morb. Epid. p. 98. & 111. seqq; ac Tom. II. ibid. p. 38., 60., 112., 134. 167.

I. Variolæ *Europæ* nunquam indigenæ, ab exotica Plaga in ipsam irruperunt, & a sæculo saltem decimo firmam apud eam posuerunt sedem. Ex *Swietenio* [*a*]. *Conf.Concl.XLIII. cum cit. §§.*

II. Variolæ a sæculo undecimo fere ad decimum septimum lente diversoque ævo varias *Europæ* Nationes invaserunt,, & vel in magnas earumdem Civitates post longa recurrerunt annorum intervalla. Ex *Colle*, *Fernelio*, *Bartholino*, *Freindio*, & *Robertsonio*, ut §. 438.

III. Nunc vero temporis in Civitatibus magna Hominum frequentia stipatis, inque Oppidis, ubi Emporia Portusque multum advocant advenarum concursum, fere quotannis vel Sporadicorum Morborum more, vel epidemice grassantur. Ex *Swietenio* [*b*]. *Confer.* §. 175.

IV. In Pagis attamen, montuosisque Civitatibus Advenarum commercio destitutis multos post annos adhuc nostris diebus adveniunt. *Ex eodem* (*c*). *Confer.* §.168.

V. Variolæ *Contactu* corporis earum *Miasmatibus* infecti tam vivi, quam extincti, hisque coinquinato *Fomite* quocumque, & ad *Distans* circumscriptum aptis sanis corporibus suum contagium affricant. *Ex eodem* (*d*). *Confer.* §.153.

VI. Qui a Variolis resurgunt, ad novem fere hebdomadas earum contagium in sanos trasmittere possunt. *Ex eodem* (*e*).

VII. Quamvis in Civitatem Pagumque Variolosum Contagium pervenerit, sub initio paucos, nunquam repente plurimos occupat: Dein serpendo diffunditur, & post cumulata exitia, multorumque aggressiones, populariter grassatur. *Ex Huxhamio* (*f*), & *Swietenio* (*g*). *Confer.* §.83.

VIII.

(*a*) Tom. IX. in Boerhaav. §. 1382. num. 1. & 2. p. 23.
(*b*) Ibid. §. 1380. p. 3. 4.
(*c*) Ibid.
(*d*) Ibid. p. 19. & 20.
(*e*) Ibid. §. 1403. p. 121.
(*f*) Tom. II. de Aer. & Morb. Epid. Augusto Ann. 1738. p. 11. & alibi
(*g*) Loc. s. c. §. 1380. p. 4.

VIII. Etiamsi gravissimorum Auctorum arbitratu Variolæ verno tempore incipiant, æstate crescant, autumno langueant, hyeme decedant; quovis tamen anni tempore, & sub quacunque Atmosphæræ conditione, sæpius initium capiunt, & longe lateque vulgantur. *Ex eodem Huxhamio* (*a*), atque *Swietenio* (*b*). *Confer*. §. 195.

IX. Variolosa *Miasmata* ab uno infecto homine, vel aliquo fomite in sanos prosilientia, successiva sui propagatione per universum terrarum Orbem disseminari queunt. *Ex Swietenio* (*c*). *Conf*. §. 8.

X. Omnes cujuscumque ætatis, sexus & conditionis Homines genuinæ Variolæ semel tantum inficiunt. *Ex Swietenio* (*d*). *Confer*. §. 155.

XI. Stupendam Varioliferi *Miasmatis* potentiam quædam Hominum individua ita eludunt, ut nec per insitionem eisdem corripiantur. *Ex Swietenio* (*e*). *Confer*. §. 302.

XII. Non pauci, qui cum Variolatis intime & sæpe diversati sub illa ætate hujus Morbi contagium non susceperant, sub alia Variolis arrepti sunt. *Ex eodem* (*f*). *Confer*. §. 303.

XIII. Variolosa *Miasmata* non aliam Pestis speciem præter Varioliferam excitant. *Ex eodem* (*g*). *Confer*. §. 373.

XIV. Hæc *Miasmata* vel in eisdem ædibus ad longam distantiam solius Aëris adminiculo non disperguntur; unde qui sani in diversis cubiculis commorantur, modo ad ea, ubi Variolati degunt, non accedant, ex parte Aëris immunes manent ab hujus Pestis contagio. *Ex eodem* (*h*), & ex *Meadio* (*i*).

XV. Fumus vero ex combustis vestibus, varioloso *Mia-*



(*a*) Tom. I. ibid. a p. 12. ad p. 111., & Tom. II. a p. 138. ad 195.
(*b*) Loc. c. c. §. 1380. p. 3. & 6.
(*c*) Ibid. §. 1382. p. 23. 24. & 25.
(*d*) Ibid. §. 1381. p. 11. 12.
(*e*) Ibid. §. 1406. p. 125.
(*f*) Ibid. §. 1381. p. 6. 7.
(*g*) Ibid. §. 1382. p. 20. 21. 25. 26.
(*h*) Ibid. §. 1403. p. 120. 121. & §. 1409. p. 144.
(*i*) Oper. Med. Dissert. de Pest. Part. I. Cap. II. p. 177.

*ſmate* ſcatentibus, erumpens, in domos, quas pervaſerit, hujus Morbi contagium aſportat. *Ex Swietenio* (*a*), & ex *Meadio* (*b*).

XVI. Variolosa Peſtis, antequam ab ea excitatæ Puſtulæ ſuppurentur, vel colliqueſcant, ab infectis in ſanos non tranſmigrat, ſive contagium non ſpargit: Id Phœnomenon cunctis Peſtilitatibus inhærere videtur, uti Peſti *bubonicæ*, epidemicæ Dyſenteriæ &c., quæ ut plurimum poſt ſeptimum aut nonum diem ab arreptis in ſanos tranſiliunt: Sic *Swietenius* hæc probe adnotavit (*c*): „*In Peſte* Viennenſi (*Sorbait de Peſte p.* 11.) *proximum in eadem domo habitantibus Contagium infecit omnes, ſi unus hoc Morbo ægrotare cæpiſſet, communicante altero alteri*, circa nonum præſertim diem *malignæ hæreditatis portionem; aliquando etiam citius: & ſic integræ, eæque plurimæ extinctæ ſunt Familiæ*". Idem *ibidem* adnotavit pro Dyſenteria *Neomagenſi* ex *Degnero*, quæ lente & pedetentim ab uno in alium proſerpſit. Circa hoc notatu dignum Phœnomenon plurimæ extant apud Præclariſſ. Auctores Obſervationes, inter quos conferri merentur *Hoffmannus* [*d*]; *Meadius* [*e*]; *Loew* [*f*]; *Huxhamius* [*g*]; *Tiſſotius* [*h*]; *Swietenius* [*i*], omneſque Inſitionis Promotores, carptis filis pure varioloſo, haud vero variolatorum Sanguine, madefactis, pro excitando hoc Morbo, perpetuo utentes: quo ſpectat laudati *Swietenii* proba obſervatio hiſce expoſita [*k*]: „*Minima particula puris varioloſi inficit ſanum hominem uti per inſertionem Variolarum manifeſte probatur*: *ſingulæ Variolæ* ſuppuratæ *in tali homine* pus contagioſum *ſimile continent, per* quod *Morbus in alios denuo propagari poteſt. Octo vicibus* [*ex Kirckpatrick*]; *ſuc-*

(*a*) Loc. ſ. c. §. 1407. p. 134. ſeqq.
(*b*) Loc. ſ. c. Part. II. Cap. II. p. 185. 186.
(*c*) Loc. ſ. c. § 1409. p. 148.
(*d*) Tom. IV. M. R. S. P. I. S. I. Cap. VII. p. 87.
(*e*) Op. Med. De Variol. Cap. V. p. 46. 47.
(*f*) Conſt. Epid. Sempron. ann. 1697. apud Sydenh. Tom. II. p. 468.
(*g*) Tom. II. de Aer. & Morb. Epid. p. 84.
(*h*) Inocul. Giuſtif. Art. II. not. a. §. IX. p. 18. Traduz.
(i) Loc. ſ. c. §. 1381. p. 11. & §. 1382. p. 17. 21. 22. 24. & 26.
(k) Loc. ſ. c. §. 1382. p. 24.

*successiva quasi generatione per insertionem* pus *variolosum natum fuit æque contagiosum* ".

XVII. Variolosum contagium sanissimo Corpori per insitionem inflictum, ad septimum, quandoque plurimos dies hominis Sanitatem minime immutat: ubi vero in actionem ducitur, prægressis Variolosæ Pestis sponte arripientis symptomatibus, hoc sibi proprium excitat Morbi genus, eique simillima percurrit sic dicta *stadia*. Ex *Swietenio* [a].

XVIII. Quævis minima, vel quæ sensus fugiat variolosi puris particula miram possidet potentiam sese fere in infinitum multiplicandi. *Ex eodem* [b]. *Confer.* §.8.

XIX. Pestis Variolosæ *Miasmata*, sensus omnes aufugientia, lanæ, lino, serico, xylino, & ex his confectis stragulis ac vestimentis tenacissime adhærent, diu superstite sui Morbi contagium disseminandi potentia, quam quum exerceant, nimium volatilia evadunt, & per Aera ad circumscriptum Distans in sanos insurgunt. *Ex eodem* [c]: *ex Meadio* [d].

XX. Major vel minor varioliferi *Miasmatis* copia, ex benigno pure, vel maligno ichore assumpta, nil prorsus refert ad discretas vel confluentes, benignas aut malignas Variolas excitandas. Ex *Swietenio* (e).

XXI. Variolosæ Pestilitati sub idem tempus eumdemque ægrorum, sæpissime Petechiæ, non raro Febres Intermittentes mali moris, haud semel Morbilli, aliique contagiosi Morbi adjunguntur, ægrotisque vitæ discrimen adaugent. Ex *eodem* (f). *Confer.* §§. 295. 296. 297. & 373.

XXII. Variolosa *Miasmata* cutem appetunt, nullaque in corporis parte citius atque uberius Pustulas excitant, quam in illis, quæ aperto Aëri magis sunt expositæ. Ex *Pechlino* [g].

Vvvv 2 XXIII.

(a) Loc. c. c. §. 1385. p. 39.
(b) Ibid. §. 1382. p. 24.
(c) Ibid.
(d) Op. Med. de Variol. Cap. I. p. 34.
(e) Loc. c. c. p. 24. 25.
(f) Ibid. p. 25. 26., & §. 1402. p. 109.
(g) Apud Manget. Tom. IV. B. M. P. p. 691.

XXIII. Legitima Variolarum eruptio a capite fere semper incipiens, dein per reliquum corpus proserpens, sensim haud vero confertim, intra tres quatuorve dies integre perficitur. Ex *Hoffmanno* [a]. *Confer.* §. 119.

XXIV. Benignarum Variolarum Pustulæ fastigio acuminato perforatoque donantur, veluti acu punctim incisæ, idque Variolarum *umbilicus* vocatum fuit, quo pus confectum exitum sibi quærere suevit. Ex *Sauvagesio* [b].

XXV. Ubi in humano corpore vel sanissimo ad actionem ducitur Variolosæ Pestis contagium, plurima concitat morbosa pathemata. A primo die ad quartum, sive ad Pustularum eruptionem, Febris quidem acuta vel cum urente corporis calore, vel ad manum mitis; virium animique prostratio; Faciei, oculorum, totiusque corporis punctiones, pruritus, morsiunculæ, ardor, & rubor; Oculorum splendor atque spontanea lacrymatio; frequentes sternutationes, oscitationesque; horripilatio sive frigoris calorisque vicissitudo; capitis, dorsi, artuumque intolerabilis dolor; convulsiones epilepticæ; terrifica insomnia; somnolentia vel vigiliæ; deliria; difficilis respiratio; anxietas; ventriculi ægritudo; sitis inexplebilis; nausea; vomitus; diarrhœa, & hujusmodi alia (a §. 95. ad 103.), & quidem nunc horum plura, modo pauciora, pro diversa patientium corporum, temporis, tempestatum, locique conditione, præsto sunt ad opprimendum ægrotum. Eruptis vero Pustulis, enarratorum plura, nisi morbus fuerit lethalis, quandoque etiam omnia conquiescunt, vel plane aufugiunt. Pustulæ in papulas sensim abeunt, & si benignæ in tumorem acuminatum attolluntur, ex rubro colore exalbescere incipiunt, ac pure albo, levi, æqualique replentur, quo in dies pedetentim effuso, breviter exsiccantur, sanitasque redit: si vero malignæ fuerint, vel confluunt, vel adhærescunt; tumque oculorum palpebras, narium, auriumque parietes; os; palatum, fauces obsident: sitis, Febris, Ardor, dolor, æstuatio, tensio, cætera ægrotum torquent:

(a) Tom. IV. M. R. S. Part. I. Sect. I. Cap. VII. §. II. P. 74.
(b) De Morb. Infant. Cap. XXX. Art. III. p. 151.

quent: augetur pruritus & scalpendi tentigo: loco puris ichor adest malcolens, gangrænosus: ulcera exedentia per totam corporis superficiem, ad ipsorum quandoque ossium compaginis usque destructionem, proserpunt: Carbunculi, pravaque superveniunt Apostemata, pessimæ indolis saniem eructantia: Corpus fere totum nigris squamosisque crustis obducitur; quibus decidentibus, si Pestim superaverit, Cutis exeditur; Facies, ingenito amisso nitore coloreque, cicatricibus, foveis, sulcisque defœdatur; tota externa corporis pars diu furfurosa manet; & ad plures hebdomadas perpessæ Pestilitatis contagium, majori, quam antea, vi in proxima sana corpora, veluti missilia tela, eamdem Luem germinatura, jaculatur. *Confer.* §§. 295. 296. 297. Ad præsens institutum hæc adnotasse sufficiat.

*Hactenus circa Variolarum Æthiologiam vulgatæ Hypotheses, præter illam Insectorum accuratius introspectam, superius adnotatis Phænomenis explanandis minime satisfacere possunt.*

§. 467. Lectorum vel humanissimam defatigare patientiam, frustraque tempus terere esset, hucusque a Scholis Medicis constructas Variolosæ Pestis Ætiologias iterum in medium adducere, ut fere nullam ex eis illius ordinis esse demonstraremus, quæ variolosi Morbi Phœnomenön explicationem apte sustinere valeat; si illam excipiamus, & quidem in meliorem frugem reducendam, quæ ab Animalculis efficientem *Epidemicorum* causam repetere studuit: præsertim quod aliqua ex parte in hujusce Operis Prolegomenis a §. 2. ad 46. id peregisse videmur; & Peritorum quisque idipsum per se decernere queat. Quam vero denuo investigandam assumimus, minime nova, sed a Præclarissimis *Lancisio*, *Vallisnerio*, *Redio*, *Boccono*, *Corti*, *Calmet*, *Listero*, *Abercrombyo*, *Harsoeckero*, *Hauptmanno*, *Langio*, *Saguens*, *Desaultio*, *Andry*, *Raiberto*, *Deidiero*, atque *Reaumuro*, diversimode in diversis Epidemicis Morbis propugnata, talis nobis exhibetur, quæ, si accuratiorum Observationum adminiculo

niculo fulciatur, facillimam propositorum Phœnomenōn contineat evolutionem. Decretoriam hac super re vulgare sententiam, temerarium ducimus, nec nobis habendam fidem arrogamus. Si autem illud *Divi Pauli (a)*: „ *Invisibilia ipsius a Creatura Mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciantur* “, adhuc in Physicis locum habeat; si animo veritatis inquirendæ cupido sequentia Hoffmanni verba evolvamus (*b*): „ *Scitissime prodidit* Plinius *Deum in* Minimis *apparere* Maximum, *&* *rerum* Naturam *nusquam magis*, *quam in* Minimis *totam esse*; *ut ideo cum* Scaligero *exclamare opus habeamus*, inter Minima dari Maxima, & Naturæ potentiam in Exilissimis potissimum extare; & Summum hujus Universi Auctorem ex minimis ejusmodi Minutiis Maximum apparere voluisse. *Et divus* Augustinus *lib. XV. de Civit. Dei Cap. XXII. elegantissime scribit:* Deus ita est Artifex Magnus in Magnis, ut Minor non sit in Parvis, quæ Parva non sua Granditate, quæ nulla est, sed Artificis Sapientia metienda *sunt* “; Si haud parvipendamus quæ de Microscopicis Animalculis ipse *Hoffmannus* hisce verbis exposuit (*c*): „ *In his citra omne dubium cor cum vasis, nervi, musculi, & ovula, atque in his nova animalculi rudimenta* ( & quot rudimenta! ) *continentur: Succumbit sane omnis fœcundissima Phantasia in stupendis istis Minutiis capiendis, & cultissima etiam Mens in consideratione* concentratorum *horum Minutissimorum*, quibus *Machinulæ hæ* refertæ *sunt*, *præ stupore obmutescit: Rectissime hinc* Cicero: Ea omnino, *inquit*, est rerum divinarum Ratio, ut tacitis animis magis adorandæ & venerandæ sint, quam verbis exprimendæ, & intelligibili modo *demonstrandæ* “; Si denique mente intimius recogitemus, omnia humani Corporis vivi, sani, atque ægrotantis Phœnomena atque Symptomata ab Hippocraticis incompertæ *Naturæ*; Galenicis ignotis *Facultatibus*; Methodicis, causa transmissa, *Tenso* vel *Laxo*; Helmontianis ignorato

(*a*) Epist. ad Roman. Cap. I. C.
(*b*) Tom. I. Supplem. de Ver. Philosoph. Defin. &c. Cap. I. Num. VIII. §. III. p. 18.
(*c*) Ibid. §. IV. cum Scol. p. 18.

rato *Archæo*; Sylvianis fatis grato *Trium*, uti Dolæianis *Duorumviratui*; Mechanicis, omiſſa eorum origine, *Niſui* ac *Reniſui* vel *Spiritibus Animalibus*; Stahlhianis *Spirituali Principio*; Hallerianis, poſtpoſita cauſa, *Irritabilitati*; *Gorterianis* nimis laudabili, ſed adhuc occultæ *Vitæ Vi* fidenter attributa fuiſſe; & efficientes Epidemicorum Morborum cauſas nimium arbitrariis potentiis, uti *mephiticis*, *phlogiſticis*, *putidis effluviis*, quæ ſemper corpora inertia, motuque deſtituta, ſi vita carent, nobis præſeferunt, aut *arcanæ* Aëris *Diatheſi*, nominibus magna quidem ſonantibus, at ſignificatu captuque ut plurimum vacuis hactenus accenſitas eſſe; nonne harum omnium *Notionum*, & motuum tam naturalium, quam morboſorum univerſam explebunt paginam *Microſcopica Animalcula*, dum cunctorum, vel omnium lethiferæ, Varioloſæ Peſtis Phœnomenön aptiſſimam explanationem præſtare comperiuntur? Expendamus igitur quæ hoc ſuper Inſtituto nobis meditanda offert nuperrime exculta *Inſectorum* Hiſtoria.

### *Obſervatio prima.*

### *Inſecta Æthiopica in Europam aſportata adhuc nidulantur, propaganturque.*

§. 468. Exotica Inſecta e longinquis Regionibus, in Europam advecta, perbene vivere, generatione propagari, nobiſque contubernalia evadere, vel unus demonſtrat Bombyx, de quo *Jacobus* Facciolatus [a] hæc probe adnotavit: „ *Bombyx . . . vermis ſimilis erucæ, qui apud* Indiam, Æthiopiam, *&* Seres *in aranearum morem tenuiſſima fila ducit ad veſtem faciendam*: *primum* bombylis, *deinde* necydalus, *demum* bombyx *dictus*, *voce accepta a Barbaris . . . V.* Plinius *l.* 11. *c.* 22. *&* 23., *ubi ex ejus deſcriptione ſatis apparet*, *quos* nunc *habemus bombyces*, omnino alios *ab iis eſſe*, *qui Latinis noti fuere* “; deque co-

(a) Calepin. Tom. I. p. 101. col. II. Edit. 8. Patavii 1752.

eodem facundus *Hieronymus Vida* (*a*) cecinit:

> . . . . *Pater Italiæ prior intulit olim*,
> *Serius*, *nunc patriis Serum devectus ab oris*;

& referente, utut nimium obscuro Auctore, quum aliis destituimur, *Jo:Tarcagnota* (*b*), sub *Justiniano Imperatore* circa annum nostræ Æræ DLX. a *Sericana* plaga in *Europam* asportatus fuit. Hujus ovula, ad majorem serici proventum assequendum, bis, ter, quaterve, ubi mororum folia nimis cito prædura non evaserint, quotannis excludendi modum *Catinenses* nostri probe invenerunt.

*Observatio secunda.*

*In omnibus corporibus prope infinita reperiuntur animalcula tam nativa & amica, quam adventitia, & infesta.*

§. 469. Illustribus *Malpighio*, *Vallisnerio*, *Redio*, cæteris præuntibus, Celeberrimus *Carolus Bonnetus* (*c*) microscopio detexit, quamcumque Arborem, quamlibet Plantam, quodvis Animal, Aquam, Aërem, Terram, Lapides ipsos, tam portentosa animalculorum cuilibet ipsorum propria multitudine scatere, ut illorum quodque Insectorum Mundus aptissime vocari queat. Ex eodem, Plantarum Radices, Cortices, Ligna, Folia, Flores, Fructus, Animalculorum sunt veluti congeries: Animantium Sanguis, Liquores quicunque, quæquæ solidæ Partes sua possident peculiaria Insecta, quinimo ab his conflari videntur: Rosa, Bellis, Papaver rhæados, quivis Flos, vegetabilium Succi omnes, Lutum, Fimus, Aqua Maris, Testacea, Corpora omnia, Animalculis in immensum redundant. An igitur Color, Sapor, Odor, Fœtor, cæteræ Corporum proprietates ab Insectis? Placentulæ ex terra inodora

(*a*) Lib. I. p. 475.
(*b*) Istor. del Mondo Lib. VII. p. 271.
(*c*) Tom. I. Contempl. della Natura Part. V. Cap. XV. p. 107. Traduz: Tom II. ibid. Part X. Cap. XXII, & Tom. V. Considerations sur les Corps Organises Part.I. Chap.V. Art. LXXII. p. 146., & ibid. Chap. VIII. not. CXXXI.

dora per *Reaumurum* (*a*) confectæ, & bene exsiccatæ nullum spargebant odorem; ubi autem aqua adhuc inodora aspergebantur, fragrantes evadebant, pluriesque repetitum experimentum huic voto semper cessit. Aliquid itaque perfusione ex binis inodoris corporibus odoriferum evolvitur, haud quidem effluvium inanimatum, iners, ad motum indifferens & ineptum, quod ignis vi sub placentularum exsiccatione minime extricari poterat, sed aliud potius vita præditum, inque Aëra prosiliens, ac ad odoratum pertingens. Sed & ex eodem *Bonneto* (*b*), Arbores, Plantæ, Animantia, nedum peculiaria enutriunt animalcula, sed & ipsis infesta patiuntur, unaque Quercus ultra biscentum sustinet varias Insectorum species, quorum alia radicibus, multa cortice, non pauca ligno, plurima foliis, floribus, fructibus diversimode nutriuntur, læsiones, morbosque afferunt. Sic Celeberrimus Historiæ Naturalis Cultor *A. Spallanzanus* in notis ad *Bonnetum* (*c*) superiora suis observationibus rata habet; in Lumbrici terrestris visceribus innumeram Vermiculorum alborum, motus pernicitate præditorum, multitudinem vitrea lente deprehendit; & tot Animalculorum Mundos observari asseruit, quot Liquores vel naturales, uti Aqua dulcis, salsa, stagnans aut fluens, vel arte ex herbarum floribus fructibusque parati Microscopio introspiciuntur. Nuper tam certum est virile Semen Animalculis, quæ omnium primus Cel. reperit *Loewenboeckius* [*d*], onustum esse, ut Muli ad fœcundaudum impotentia ejus Spermati Vermiculis destituto tribuatur. Repetitis enim satisque accuratis experimentis Præclar. *Habenstreitum*, *Walterum*, atque *Huseltum* horum Insectorum absentiam in Muli Semine compertam habuisse refert laudatus *Bonnetus* [*e*]; quamquam ipse & hæc pernegata Animalcula in illo reperta fuisse adjiciat (*f*). Elaboratissimam



(*a*) Apud Swieten. Tom. IX. in Boerh. §. 1408. p. 138.
(*b*) Loc. s. c.
(*c*) Tom. I. Contempl. della Natura Part. V. Cap. XV. not. p. 107. seqq.
(*d*) Confer. Manget. Tom. I. Theatr. Anatom. Lib. II. Part. II. Cap. I. p. 26.
(*e*) Tom. VI. Considerations sur les Corps Organisès Chap. VIII. Art. CCCXXXVI. not. p. 376.
(*f*) Ibid. paulo infra.

hujus Liquoris partem ejusdem fere esse indolis & naturæ ac *Fluidum* sic dictum *Nerveum*, nemo inficias iverit, quod dum omnibus Animantium Corporis partibus vitam tribuit, motuumque *animalium*, *vitalium* ac *naturalium* Auctor est & dominus, hoc vivente principio haud orbandum esse videtur: præsertim si ab ipso Ill. *Bonneto* [*a*] quorundam Insectorum incomprehensibilis parvitas ita metienda erit, ut horum minimus, qui Microscopio conspici finit, respectu invisibilium illius æxistimetur molis, quam in ipsius comparatione magnum Cete repræsentat: neque tamen ad extremum parvitatis illorum hoc exemplo perventum esse retur. An igitur *Electricismus* a vivente principio? „ *In robusto*, inquit Swietenius [*b*], *Adolescente* [a suscepto per insitionem Variolarum Miasmate] *observata fuit tertio die cita & valida contractio brachii, itaut subito exsiliret, miratus quid sibi contigisset: similem autem concussum se percepisse dicebat, qualem sentiunt illi, quibus* valida vis Electrica *applicatur* ".

*Observatio Tertia.*

*Brevissimo temporis intervallo, vel ex una jam fœcunda Matre Insectorum immensa exsurgit propagatio.*

§. 470. „ *Araneolæ*, inquit Bonnetus [*c*], *Papiliones, diversæ Muscarum species centena ova quotidie parturiunt; millena vero Galli-insecta: Cujusdam viviparæ Muscæ jam sermonem habui, cujus matrix mirum dictu viginti millia muscerulas comprehendit: Nec minus mira est* Reginæ-apum *ovorum Sedes* ". Ill. *Reaumurus* apud eumdem [*d*] cujusdam speciei muscerularum ex una Matre, quæ quavis hyeme supervivere potest, promanantium calculum iniit; & a quinque solummodo generationibus, ex viginti, quæ octo men-

(*a*) Paling. Tom. III. Par. XII. p. 22.
(*b*) Tom. IX. in Boerhaav. §. 1383. p. 30.
(*c*) Tom. VI. Considerat. sur les corps Organisès Par. II. Chap. V. Art. CCCXXXVIII. p. 281.
(*d*) Ibid. p. 282.

mensium vel unius anni spatio a natis, horumque nascendis perficiuntur, quinque mille noncenties quatuor decies centena millia ac noncenties millia, 5904900000., musculas in lucem venire comperit; quibus alendis, si major pars non periret, nec florentissimi viridarii arborum folia suppeterent, terraque iisdem eooperiretur necessum esset. Quid? quod portento similis Insectorum Fœcunditas & ova possidet, quorum unumquodque octo novemque filios excludat, uti videre est apud ipsum *Bonnetum* [*a*] ex Ill. *Folkesii* observationibus?

### *Observatio Quarta.*

*Insecta quædam alis pedibusque prædita sunt, alia solis pedibus, nonnulla nec his quidem, sed reptilia existunt.*

§. 471. Hanc diversam diversorum Insectorum Fabricam nemo, qui vel a limine eorum historiam salutavit, in dubium vocare poterit, quum & sub una eademque ipsorum specie mares alis ornatos, fœminas vero minime; uti fœminas supra mares alatas Ill. *Bonnetus* repererit (*b*).

### *Observatio quinta.*

*Insectorum Matres odore ductæ iis locis sua ova committunt, quibus hæc incubari, in lucem fœtus erumpi simul & nutriri possint.*

§. 472. Muscarum aliæ ex laudato *Bonneto* (*c*) *Equorum* rectum Intestinum, aliæ per nasum internos *Arietis* Frontis anfractus, quædam audacter per nares ad guttur & usque ad *tonsillares Cervi* glandulas penetrant, inque his locis ova incubanda deponunt: Nonnullæ in *Quercus* foliis idipsum efficiunt. Vermiculi, qui ex ovis excluduntur, ibi alimen-

 tum

(*a*) Ibid. Art. CCCXXVI. p. 275.
(*b*) Ibid. Art. CCCV. p. 166.
(*c*) Tom. II. Contempl. della Natur. Part. XI. Cap. V. p. 114. seqq. Trad.

tum inveniunt ſibi peculiare. Idem adnotat inclytus *Spallanzanus* (*a*). Ill. *Pluchius* (*b*) probe animadverterat, quaſcumque Inſectorum Matres perpetuo iis arboribus, plantis, materiebus reliquis ſua ova permittere, quæ nutriendis filiis proprium ipſis cibum præſtare queant, ita ut in *Braſſicæ* foliis nunquam reperiantur *Salicis* erucæ, neque illius erucæ hujus comedant folia.

### *Obſervatio Sexta.*

*Quæ ova deponunt Inſectorum Matres, fortiſſimo ea glutine ſelectis nidis adnectunt, ne facile excutiantur.*

§. 473. Et hanc miram præ ſuperius adnotatis Naturæ providentiam ſummumque ſtudium in conſervanda tuendaque omnium Animantium ſpecie accurate obſervavit laudatus *Spallanzanus* [*c*] in ovis roſarum foliis tenaciter adnexis. Hoc glutine ipſa pice fortiori utuntur *Pediculi*, dum capillis ſua affigunt ovula, in quibus ſejungendis Matresfamilias, etſi oleo prius illa madefaciant & ſtrictiſſimo impellant pectine, ſæpius tamen oleum & operam perdunt, capillos potius Gnatis ſuis, quam ſpurcam avellentes progeniem.

### *Obſervatio Septima.*

*Aliqua Inſecta omnium penetrabiliorem frigoris potentiam eludunt, & quovis anni tempore generatione multiplicantur.*

§. 474. „ *Majores noſtri* [ ſunt verba Ill. Genſelii [*d*] ] *vix obſervarunt quod horrenda iſtorum depopulantium Animalculorum* [ vites ſcilicet vaſtantium ] *rabies tot annos, in tanta copia duraverit*, ſubque nive & glacie illæſa, *tam in li-*

(*a*) Apud Bonnet. Tom. I. ibid. Part. III. Cap. XVIII. not p. 53. ſeqq.
(*b*) Tom. 1. Spettacol. della Natur. Dialog I. p. 21. ſeqq Trad.
(*c*) Apud Bonnet. Tom. II. l. ſ. c. Part. XII. Cap. VIII. not. p. 197.
(*d*) Conſtit. Epidem. Infer. Hungar. ann. 1713. apud Sydenh. Tom. I. p. 511.

*limosis, quam saxosis locis, in primis intra cortices arborum permanserint* ". Egregius *Spallanzanus* [*a*] *Brassicæ* brucorum chrysallides, aliorumque, qui zona ex jactis veluti sericeis filis in aera suspenduntur, arte supra gelu quæsitum frigus contempsisse vidit; illorumque aliquos quovis anni tempore folliculos sibi parate, hisque expeditos adscitisque alis in medium avolare comperit. Insectorum illæ species, quæ apud *Bonnetum* (*b*) *rotifera* vocantur, nonum frigoris gradum *Thermometri Reaumuriani* innoxie sustinent.

## *Observatio Octava.*

### *Quorumdam Insectorum genera nec igne perimuntur, multorumque aliorum ovula ab igne illæsa manent.*

§.475. Superius [§.474.] innuta *rotifera*, sabulo ad quinquagesimum gradum *Thermometri Reaumuriani* excalefacto contecta obrutaque, ex laudato *Bonneto* [*c*] haud ita læduntur, quin aquæ aspersione iterum reviviscant. Idem Præcl. Auctor [*d*], distributis quorumdam *microscopicorum* Insectorum ordinibus, in diversarum stirpium, foliorum, florumque infusionibus hermetice obsignatis, peracta binorum horæ quadrantium ebullitione ad vigesimum octavum caloris gradum, inferiorum ordinum varia inspexit evoluta Animalcula, observationemque hisce claudit verbis: „ *Videtur igitur Insectorum germina esse, quæ hujusmodi ebullitionis vim sine noxa sustinent*. Hoc peculiari experimento, mirari desinamus oportet, Ceræ, Sacchari, Cocolatæ, Panis, Avellanarum, Castanearum, & id generis torrefactarum rerum invisibilia *Teredinis* ovula vel fortissimi Ignis vim eludere, intactaque ab illo manere: sicuti & liquido eruitur, haud recte infusionum Animalcula ovulis vel per

(*a*) Apud Bonnet. Tom. I. l. c. c. Part. XI. Cap. XX. not. p. 147.
(*b*) Tom. VI. Considerations sur les corps Organisès Part. II. Chap. V. Art. CCCXIX p. 226.
(*c*) Ibid.
(*d*) Ibid. Chap. VI. Art. CCCXXXI. not. p. 321.

per Aëra veluti volitantibus, vel a Matribus tempore infusionis aeri patentis in ipsam depositis, hactenus accensita fuisse; quum sub hoc *Bonneti* periculo *hermeticum* vasorum obturamentum utrumque prohibuerit; sed certius ab ovulis, stirpium, herbarum, florumque substantiam componentibus, perque nutritionem appositis esse repetenda: Piper enim, Nux myrystica, Cinnamomum, Aromata, Lignaque omnia exotica, sub Alpium culminibus, vel quovis loco infusa, sua perpetuo dabunt peculiaria Animalcula, quorum ovula nec illi Atmosphæræ adhærere, nec eorum Matres, sub oculos cæteroquin vitro haud armatos certe venientes, illuc diversari posse concedendum.

*Observatio Nona.*

*Sunt & Insectorum Matres, quæ in aliorum Animalculorum corpora, sua ovula incubanda, fætusque inde natos ad perfectionem usque enutriendos, infigunt.*

§. 476. Quæ *Ichneumonum* nomine vocantur Insecta, ex *Bonneto* (*a*) *Erucarum* Corpora pro nido habent, illarumque carnibus nutriuntur; quousque musceruIæ evadant. Ex *Spallanzano* [*b*] *Brassicæ Erucæ*, multarumque Plantarum *Pediculi* id Pestis genus ab *Ichneumonibus* perpeti visi sunt. Nec abs re est, quin credamus, ipsos *Ichneumones* suos pati *Ichneumones*.

*Observatio Decima.*

*Insecta, ubi ex inter sese dissitis speciebus in unum coierint locum, hostilia ad internecionem usque ineunt certamina.*

§. 477. Clariss. A. *Nollet* [*c*] diversas Insectorum species

(*a*) Tom. II. Contempl. della Natur. Part. XI. Cap. V. not. p. 114. seqq. Trad. Et Tom. I. ibid. Part. V. Cap XVI. p. 109.
(*b*) Apud Bonnet. Tom. I. l. c. & Tom. II. Part. XI. Cap. II. not. p. 104.
(*c*) Lezion. di Fisica Speriment. Tom. I. Sez. II. Esper. III. p. 34. seqq.

cies ex variis plantarum frustulis per infusionem evolutas, microscopioque observatas, bellum inter sese gerere miratus est: perturbate enim nulloque ordine per liquidum omnia discurrunt; alia ut prædam captent captamque vorent; alia ut prædones fugiant: „ *Pluries*, subdit Auctor [a], *Insecta aquæ dulcis cum* Ostrearum *Aquæ*, *aut* Aceti *Insectis*, *ut simul convenirent*, *expertus sum*. *Priora perpetuo protinus periere* ". An Aceti *antinarcotica* vis & *alexipharmaca* ab Animalculis morbosa Insecta perimentibus? Utinam ab Illustriss. *Pringlio* [b] suscepta mistionum atque infusionum experimenta microscopicis machinamentis, illarum Insecta horumque effectus quæ detegerent, subjecta fuissent! Aliquod fortasse firmioris Pathologiæ, Therapejæque haberemus initium.

### *Observatio Undecima.*

### *Insecta in Brutis Animantibus, Plantisque incolentia, diversa in iisdem excitant Exanthemata.*

§. 478. Commendatus Ill. A. *Spallanzanus* [c] *Gallas*, *Tubercula*, *Cirros*, *Vesiculas*, *Tumores*, *Verrucas*, *Spongias*, idque genus alias largifluas veluti procreationes, quibus *Quercus*, *Robura*, *Ilices*, *Populi*, *Ulmi*, aliæque Plantæ onustissimæ semper sunt, & quidem *figura*, *colore*, *magnitudine*, *substantiaque* multigenas; adhuc & qui Boum, Taurorumque dorsa, latera, aliasque partes obsident, varios *Tumores*, *Pustulasque*, nihil aliud esse deprehendit, quam diversarum specierum Vermiculorum habitationes & veluti nidos; tam ab aculeorum succo mordaci comitatis punctionibus, quibus eorum Matres Muscæ natura donatæ, terebratis Arborum Animantiumque corticibus cutibusque, ova eosdem excludentia illuc affigunt, quam ipsorum Vermiculorum

(a) Ibid. p. 36.
(b) Offerv. sulle Malatt. dell' Armat. Append. Trad. . . .
(c) Apud Bonnet. Tom. II. L. f. c. Part. XI. Cap. V. not. a p. 115. ad 117.

rum rosionibus fabrefactos: quos quidem, ubi adoleverint, dilatato tumoris foramine, foras erumpere, in chrysallides verti, indeque in Muscas, eosdem Morbos, quos eorum Matres, Plantis Armentisque allaturas, sat accurate observavit.

*Observatio duodecima.*

*Paludes, Lacusque innumera enutriunt Insecta, plurimos Endemicos Morbos afferentia.*

§. 479. Hoc assertum unius Magni *Hoffmanni* doctrina ratum esse, satis est ut demonstremus: „*Duplicis*, ait (*a*), *generis est illud Venenum, quod ex aquis stagnantibus putridis per aerem dispergitur, inque eo continetur, ex quo Morborum gravium Epidemicorum* [ rectius Endemicorum ] *& Malignorum origo & causa petenda venit: & vel putredino-verminosæ, vel acris causticæ indolis est.* = *Aquæ paludosæ seminarium sunt fæcundum putredinis verminosæ.* = *Ubi enim Paludes, Lacunæ, & Aquæ putridæ sunt, ibi semper ingens, præsertim sub Solis æstu, variorum* Insectorum *copia conspicitur. Non semel sed aliquoties ejusmodi Aquas examinavimus instrumento statico, easque deprehendimus levissimas, forsan propter copiosam admixtam ætheream Materiam* [ fortasse & propter Animalculorum, majus quam ipsorum ovula spatium occupantium, sursumque tendentium, ingentem copiam ], *quæ etiam putredinis earum parens est. Deinde* semper innumerabiles minutissimos variæ figuræ & generis vermiculos *in iis turbidis conspeximus. Porro ejusmodi Aquæ vasi stanneo infusæ, ignis calore admoto, in innumerabiles resolvuntur bullulas, fundo vasis adhærescentes, forsan propter viscositatem, in quam Calor agit* [ fortasse propter aliorum Animalculorum ex ovulis ignis vi evolutionem [ *Obs.VIII. §.475.* ] initumque inter diversa ipsorum

(*a*) Tom. II. M. R. S. Pathol. Gener. Part. II. Cap. IV. §. XII. seqq. aliquibus omissis. cum Schol. p. 113. seqq.

rum genera certamen [ *Obs.X.* §. 477. ] ]. = *Insueta vermiculorum in Aere hospitantium copia & Morborum Malignorum causa existit, & eos quoque præsagit.* = *In hujus adserti veritate confirmanda adsentientem maxime habemus & antiquitatem, & peritissimos Medicos. Varro* de re rustic. Lib. I. Cap. XII. *Causam Labis Morbosæ* Insectorum *copiæ asserit his verbis:* Advertendum etiam si qua erunt Loca palustria, & propter easdem causas, & quod arescunt, crescunt Animalia quædam minuta, quæ non possunt oculi consequi, & per Aera intus in corpora per os & nares perveniunt atque efficiunt difficiles Morbos. *Idem ante Varronem sensit Lucretius dum canit:*

. . . . . . . . Obnoxia cuncta putrori
Corpora, putrores *Insecta animata* sequuntur.

*Neque ab horum Sententia recedit Columella, qui* Lib. I. de re rustic. Cap. V. *scribit:* Nec Paludem vicinam esse oportet ædificiis, nec junctam militarem viam, quod illa caloribus noxium virus eructat, & infestis aculeis armata gignit animalia, quæ in nos densissimis agminibus involant, ex quibus sæpe contrahuntur cœci Morbi, quorum causas *ne Medici quidem* perspicere queunt . . . . *Putridæ stagnantes aquæ ingentem quoque copiam effluviorum salino-causticæ & volatilis indolis in Aerem emittunt, quæ partim ex ipsis aquis, partim etiam ex* Insectis *sale volatile turgidis expirant.* = *Insecta fere omnis generis copioso caustico sale imbuta sunt, unde pleraque cuti applicata vesicas excitant, & interius sumpta vehementi* rosione *& stimulo partes solidas inflammant, atque in spasmos conjiciunt, & virulentas vires habent* [ Ut & Insecta ipsa ex *Bonneto* & *Spallanzano* [ Obs. II. §. 469. ] aliis Insectis tam ubertim scatent, ut ex his conflari videantur; & Cantharides cuti applicatæ sex fere horarum incubatione opus habent, ut vesicas excitant, inque cadaveribus, ægrotisque in ambitu Corporis motu destitutis, nullum exserunt effectum. An non quia *microscopicorum* Insectorum ovula incubari nequiverint? ] . . . . *Ipsæ Aquæ stagnantes feraces admodum sunt salibus acribus & causticis; cujus rei documento esse possunt* plan-

*plantæ, quæ in stagnis & humilioribus locis proveniunt, quarum pleræque acrem, plures causticam & virulentam naturam possident, quæ observatio nunquam, quod sciam, antea notata est. = In hujus rei confirmationem exemplo esse possunt* Acorus, Arum, Anthora, Ænanthe, Aconitum, Alsine, Aquatica, Cicuta aquatica, Colchicum, Flammula Jovis, Gladioli *&* Iridis *species*, Ros Solis, Persicaria acris, Equisetum palustre, Ranunculus aquaticus, Caltha palustris, Nastrutium aquaticum, Beccabunga; *quarum pleræque sunt venenatæ, & pecoribus etiam, si iis vescantur, exitiosissimæ* ". Hactenus Magnus *Hoffmannus*. At enim vero, *Lens palustris* ex infusione orbiculos inclyto *Spallanzano* [*a*] exhibuit ex Animalculorum congerie, ordinatisque stratis conflatos, qui horum stratuum successiva ad centrum usque divisione tot innumerorum Insectorum, aqua innatantium, scaturigines evasere. Et jam cunctas Plantarum species laudatus *Bonnetus* ( Obs. II. §. 469. ) a *Fungis* ad *Ulmos*; a *Musco* ad *Abietem*; a *Lichene* ad *Quercum*, omnes ex pene infinitis, unicuique ipsarum propriis, Animalculis veluti construi, & in hos resolvi, compertum habuit.

*Hucusque a §. 468. ad 479. adnotatæ Observationes, illius naturæ nobis esse videntur, quæ, si accuratis experimentis fuerint illustratæ, universam Morborum Pathologiam explanare, physicam Remediorum rationem reddere, & Scientiam Medicam ab Instabilitatis labe vindicare peroptime queant.*

§. 480. Non ii sumus, qui ad institutam hanc Propositionem, illud Magni *Hippocratis* (*b*) præsumamus: ,, *Quicunque de Natura Humana amplius differentes audire consuevit, quam ejus ad Medicinam pertinet, huic non est commo-*

(*a*) Apud Bonnet. Tom. VI. Considerations sur les corps organisès Part. II. Chap. VII. Art. CCCXXXI. not. p. 332.
(*b*) Tom. I. de Natur. Human. num. I. p. 263. cit. Edit.

*modum hunc meum sermonem audire* "; sed tantummodo qui æquos Lectores obtestemur, secum reputent, quæ sequuntur Ill. *Ballonii* verba (*a*): „ *Sæpe illud usuvenit, ut quæ nobis obvia sunt, & sub sensum cadunt, ea nobis in nihilum habeantur; contra ea mirari soleamus ac amplecti, quæ a nostris sensibus sunt remota: & tamen in iis, quæ ob oculos aut ponuntur*, aut fere incidunt, *vis magna poni debet, quod eorum observatio ad* communem *rerum eximiarum* effigiem *imprimendam* plurimum *sit profutura* ". Jam enim §. 467. innuimus hactenus vulgatas Morborum *Theorias*, nimium abstrusas potius ideas, quam sensiles notiones tradidisse: Nec quæ nuper invecta sunt Systemata ab illis longe absunt. *Putredo*; *Miasma*; *Effluvium*; *Gas mephiticum*, *putidum*, *phlogisticum*; *Sal acidum*, *corrosivum*; & id genus alia, nomina quidem sunt rerum, a quibus *Inertiæ* proprietas haud sejungi potest; quæque aliam requirunt Caussam, magis adhuc ignotam, ut in motum adigantur. Propositæ vero a §. 468. ad 479. Observationes corpora exhibent motu perniciosissimo natura prædita, aculeis, dentibus, terebris, proboscidibus, rostris, unguibus ad lædendum armata; & quatuor Morborum generibus, quatuor dant iisdem producendis aptissima Insectorum Genera, & quidem I. (Obs.I. §.468.) *Epidemica*, *Europæ* prorsus exotica, *Æthiopicis* vero Regionibus, hisque, si quæ sint, similibus hucusque incompertis, vernacula, sive dicamus, *Endemico-epidemica*, quorum est extra suum domicilium generatione propagari, unde ipsorum contagii ratio; II. (Obs. II. §. 469.) *Sporadica*; III. (ibid.) *Pancoina*, sive *Constitutionalia*; IV. demum (Obs. XII. §. 479.) *Endemica simplicia*, sive malumus quovis destituta contagio, utpote quæ extra proprium larem infœcunda evadant, in *Europæ*, cunctarumque Orbis terrarum Regionum Paludibus, Lacubus, & quibusvis malesani Aëris Locis nidulantia, iisque propria atque peculiaria. Nec minus & Remedia specifica vi prædita promittunt (Obs. X. §. 477.), & Chemiæ Cultoribus *Fermentationum*, *Explosio-*

Yyyy 2

(*a*) Oper. Med. Tom. III. Præfat. ad Libr. Paradigm. p. 411.

*plosionum*, *Cohobationum*, *Fixionum*, *Solutionum*, *Putrefactionum*, reliquorumque *Phænomenön* clariores offerunt explicationes. His vero missis, Variolarum *Phænomena*, atque *Pathemata* perquam apte explanant.

### *Variolarum Phænomenön atque Symptomatön physica Explanatio*.

§. 481. Observatione prima (§. 468.) facillime assequimur Variolarum *primi Phænomeni* (§. 466.) solutionem. Insectorum varioliferorum equidem *Semina* vel ab uno Æthiope iisdem arrepto, vel fomitibus illuc ab ipsis refertis, in Europam antiquitus plus una vice (Concl. XXXII.) invecta, generatione sese propagantia (Obs. III. §. 470.) Variolosam non semel excitarunt Pestim populariter grassatam; iis autem extinctis (§. 440.) ad sæculum usque decimum nullus apud nos illis præsto fuit locus, ubi sponte oriri potuerint. Post id vero temporis iterum in Europæas Nationes asportata, *Rhazianæ* Hypotheseös adminiculo (§.442.), Europæ contubernalia, uti Bombyces, evasere. *Phænomenon secundum*, *tertium* & *quartum* ab eadem Observatione prima (§. 468.) suam obtinent physicam rationem. Hujus enim Pestis *Semina* a loco, quem primum in Europa occuparunt, quum solo Hominum commercio in alia transplantari potuerint, haud extempore, sed lente serpendo ab una in aliam Civitatem, ab hac in illam Regionem, &, ab eorum in quovis loco particulari deflagratione, post longa variaque temporum intervalla proseminari recurrereque necesse fuit. Cumulatis tandem ipsorum *Seminiis*, & *Insitione* summopere multiplicatis, hodienum supra *Endemicorum* Morborum morem magnis in Civitatibus perpetuam fere tenent sedem. *Quintum Phænomenon* suam reperit evolutionem in Observatione quarta [§.471.], quæ quidem & apte adhuc explicat, undenam ut Contagiosorum alii contactu, fomitibus & in breve distans; alii contactu atque fomitibus tantum; alii vero solo contactu in sanos prosiliant. *Phænomenon sextum* & a superius indicatis, & a quinta Observatio-

ne

ne [ §. 472. ] explanatur, dum parvissimi Varioliferi Papiliones, qui sensim e suis chrysallidibus, cutis crustas & veluti squamas ad binos menses fere perstantes constituentibus, foras erumpunt, germinibus locandis aptum nidum in sanorum corporibus inveniunt. *Septimum Phænomenon* eamdem habet rationem ac *secundum*, *tertium* & *quartum*. *Phænomenon octavum* Observatio prima [ §. 468. ] simul & septima [ §. 474 ] aperte explicant; uti *nonum* Observatio tertia [ §. 470 ]. *Decimum Phænomenon* in aprico ponit quinta Observatio [ §. 472. ], quæ non minori facilitate *undecimum* ac *duodecimum* enodat. *Phænomenon decimumtertium*, sicuti magnam habet vim ad probandum, Variolosam Pestim habere efficientem causam organicam & animatam talis individuæ speciei, ut germina sibi similia, eosdemque effectus perpetuo producentia generet, sic in prima Observatione [ §. 468. ] inque universa Physica Scientia suam nanciscitur explanationem. Explicatur *decimumquartum Phænomenon*, ex deficiente varioliferi Papilionis [ Obs. IV. §. 471. ] vi in longum distans sese per Aera librandi; dummodo Fumi vehiculo ( Phœn. XV. §. 466. ) ipse non innitatur. Observatio octava (§.475.) *Phænomenon decimumquintum* captu reddit facillimum. Omnium difficillimi implicatissimique *decimisexti Phænomeni*, *cur*, nimirum, *Variolosæ Pustulæ priusquam suppurentur vel colliquescant*, *contagiosæ non sint*, rationem cunctorum fere Insectorum *Metamorphosis* (Obs.VII. §.474.) dilucide reddit. Exorta enim illa ex ovulis Vermiculorum habent formam; ad maturitatem provecta, circa se folliculos formant, ac in illos sese includunt, dicunturque Chrysallides; alis vero adscitis, ruptisque folliculis, in Papiliones sive Muscerulas gignendis germinibus idoneas vertuntur, perque Aerem avolant. Sub Vermiculorum igitur ætate, ante scilicet Pustularum suppurationem, liquamenve, ovula matura, quæ contagium dispergere valent, minime possident, nec in vicinos queunt insilire; uti efficiunt confecto jam pure, inque Muscerulas ipsorum aliqua conversa; & quidem ex Observatione prima ( §. 468. ) & undecima ( §. 478. ). Si Variolarum causa ani-

animata non admittatur, *Phænomenon septimumdecimum* nunquam extricari posset, undenam videlicet, *ut inflicto sanissimis corporibus per insitionem Variolarum Miasmate, ad septimum pluresve dies hominum sanitas haud immutetur*: quum contra per Insectorum Historiam ex Observatione prima [ §. 468. ] & quinta [ §. 472. ] ob ovulorum incubationis necessarium tempus facillime expeditur: nec minus involutum remaneret *Phænomenon decimumoctavum*, quo *minima vel sensum aufugiens variolosi puris particula in infinitum sese multiplicat*, si generandi & in immensum propagandi potestas [ Obs. III. §. 470. ] ipsi adimeretur. Quamnam vero implicationem haud facile sub quavis alia Hypothesi expediendam non offert *decimumnonum Phænomenon*, *summa*, nimirum, *variolosi Miasmatis rebus adhærendi tenacitas*, *summaque volandi facultas*, quod tamen in propatulum venit per sextam Observationem [ §. 473. ]? Observatio prima [ §. 468. ] simul & decima [ §. 477. ] claram reddunt rationem *Phænomeni vigesimi* ob initum inter naturalia, sive hominibus propria & variolifera Insecta certamen. Et quodnam nimium pervicax, suorumque Hypothesium tenax ingenium exsuperare potens non est *vigesimumprimum Phænomenon*, ut id, quod melius est, intelligat, dum diversæ Speciei offert *Miasmata* in unum ægrotum, & sub idem tempus convenientia, quorum singula Morbos sibi proprios, *Variolosa* scilicet Variolas; *Petechialia* Petechias; *Morbillosa* Morbillos perpetuo eructant; quum disparis naturæ Venena in unum coeuntia vel elidantur innoxiaque maneant, vel fortior reliqua destruens sibi peculiaria edat pathemata? Naturalis autem Insectorum Historia Observatione nona [ §. 476. ], & undecima [ § 478. ] hujusmodi insolentis Phœnomeni claram exhibet expositionem. Ex Observatione prima (§ 468.), quinta ( §. 472. ), & sexta ( §. 473. ), facillimo negotio extricantur *Phænomena vigesimumsecundum*, *vigesimumtertium*, atque *vigesimumquartum*: Insectorum etenim Matres iis corporis partibus, quæ maxime Aëri patent, hujusque subsidio incubationi favent, filiosque Aëris pabulo defraudare nequeunt, ovula committunt, quorum multa vi cir-

circumeuntis Sanguinis in motum acta, per universam certe corporis superficiem dispergunrur, & quidem tardius evolvenda. Horum Phœnomenorum reliqua ex citatis Observationibus innotescunr.

§. 482. Ex Varioloforum Symptomatōn congerie, Phœn. XXV. §. 466. adnotata, illud leviter hîc adumbrare assumimus, quod a Medicinæ incunabulis ad nostra usque tempora tanrorum Virorum ingenia torsit atque exagitavit, individuam, scilicet, omnium fere Morborum & præsertim Variolosæ Pestis comitem, *Febrim*. Hyporhetica inertia, atque incomperta spiritalia Entia declinare studentes, Paradoxa complecti videmur. Decima equidem præ cæteris Observatio [ §. 477. ] non aliam nobis sistit Febris notionem, quam: *Inter Animantibus innata, & extrinsecus in ipsa irrumpentia sive exotica sive vernacula aut Constitutionalia Insecta, vel inter ipsorum innatorum diversas Species ultra propria loca excurrentes, initum Bellum*. Perennis equidem in celeritate & frequentia auctus Cordis motus, a præpedita quavis ex morbifica causa in externis Corporis partibus libera & æquabili *Succi Nervei* atque Sanguinis meatione & Circulatione, & a majori in ipsum Cor horum liquidorum affluxu, Febris ideam ab effectibus captu satis facilem designat, sed horum productorum efficientem Causam haud determinar. Si illud sub Crisi *Hippocratis*, *Galenique* Naturæ Certamen; si ipsius Naturæ sub quavis Febre *Sydenhami* Conamen ad morbificam marceriem extrudendam; si plurimorum Recenriorum Entis Spiritalis adversus Morborum omnium causas Nisus, accepta Animalculorum *Pugna*, probe intelliguntur, & vel difficillima omnium Febrium Phœnomena hoc animatum principium accurate Meditanribus aperra occurranr explicataque; si denique vel unius Corticis Peruviani Infusio ex Obs. X. §. 477. Vermiculos dare queat Epidemicarum Intermittentium Febrium Insecta perimentes; æqui Medicinæ Proceres perpendanr, an indicara Febris Definirio physicam rationem nanciscatur, necne. Cætera porro Variolarum Pathemata [ ibid. ], Virium, nimirum, Animique prostratio; Faciei, Oculorum, totiusque corporis punctiones, pruritus, mor-

morfiunculæ, ardor, rubor, calor &c. &c.; fcalpendi tentigo; carnium, offiumque erofiones, reliqua cuncta, animatam caufam evincere videntur, quam a materia inerti nec mente concipere potuimus.

*Propofita ( a §.467. hucufque) Variolarum Pathologia ratis Obfervationibus confirmatur.*

§. 483. Poft Celeberrimi *Joannis Pringlii* judicium, Doctoris *Bonomi*, qui primus efficientem *Scabiei* caufam detexit, experimentis innixum [a], Medicorum nemo tam pertinax inveniri poterit, qui *Epidemicam Scabiem* ejufque Contagium ab Animalculis non repetat: dum laudatus *Pringlius*, ipfius per unum *Sulphur* Curationis momentum in illorum pofuit interneccionem [b]. Cl. Hyacinthus *Ceftonus* in Epiftola quadam ad Celeberrimum *Redium* hæc Animalcula teftudinis formam præfeferre; fex pedibus, acuto capite, binis corniculis five antennis roftro annexis ornato, agilioríque prædita motu vitrea lente deprehendiffe fcripfit, & fub hac Lue inexplebilem fcalpendi libidinem ex ipforum moleftiffima cutis rofione oriri definivit. Quæ in Scabie contingunt Cutis Pathemata, fere omnia comperiuntur in *Exanthematibus* Variolarum, Bubonicæ Peftis, Morbillorum, Rubeolarum, Lepræ, Elephantiafis, Scorbuti, Lichenis &c., & fi qua intercefferint minima difcrimina, a difpari Infectorum fpecie eruenda erunt; unde nulla fubeffe videtur ratio, cur has cæterafque Peftilitates ab animata Caufa, fpecie inter fefe diverfa, non eruamus. Perilluftres Viri *Bonnetus* & *Spallanzanus* [c] inter Plantarum & Animantium, præfertim Cutis, Morbos perfectam intercedere Analogiam affirmarunt, illorumque efficientes caufas ab Animalculis affeveranter repetierunt. Neque per fomnium fufpicari poterimus hos graviffimos

(a) Offervaz. fulle Malatt. dell' Armat. Part. III. Cap. VI. p. 108. feqq. cum Not. Trad.
(b) Ibid.
(c) Tom. II. Contempl. della Natur. Part. X. Cap. XVI. & XVII. a p. 31. ad 33. cum not. Trad.

mos Naturalis, & præsertim Insectorum, Historiæ Promotores in re gravi Litterariæ Reipublicæ illudere voluisse, nullis cæteroquin medicis hypothesibus addictos. Idem *Spallanzanus* [a] Prunorum, Melorum, Pyrorumque tam foliorum, florum, fructuum, quam tenellorum ramorum pestiferas vastationes ab Insectis perpetrari observavit. Ill. *Ramazzini* est, quæ sequitur, Planrarum fere omnium Pestis descriptio: „ *Sub initium*, ait [b], *Junii* [ ann. 1690. ] *denuo*, *sicut anno anteacto apparuere signa* Rubiginis. *Vim* rubigalis Morbi *prima persensit* Morus, *nec illi quidquam profuit ipsius prudentia*, *cujus Symbolum in censu Plantarum audit*. Mox *eadem* Rubigo, *pessimus omnium Frugum Morbus*, *&* paulatim augescens Frumenta *& omnia* Legumina, *sed præsertim* Fabas *occupavit*. *Neque solum in locis humilioribus*, *ubi computruerunt aquæ*, *sed etiam in* editioribus, *ut supra* viam Æmiliam, *& in ipsis* Collibus. *Luctuosum sane ac deplorandum spectaculum omnium oculis fuit* campos circumquaque *non virentes*, *sed* atratos *&* fuliginosos *intueri*. *Sicut enim anno huic præcedenti* hæc Lues rubro colore *fruges infecerat*, *ita hoc anno non creta sed carbone notando*, *easdem magna* atredine *resperserat*. *Sic* Frumentatio *pessum ivit*, *frumento partim a* Rubigine *absumpto*, *partim ob aquarum colluviem in lolium converso*. *Sed neque* Plantarum fructibus, *qui æstatis principio vel sub opera maturescunt*, Pestis hæc *pepercit*. *Nunquam in tota* Estensi Ditione, *Uvarum sicuti rerum omnium maxime feraci*, *parcior fuit* Vindemia, *botris ab eadem* Peste *paulatim* exesis. Nucibus *tantum*, *quarum præter morem anteactis annis magna penuria fuerat*, *hæc* Rubigalis Lues *non nocuit*. *At neque* hortensis familia *vim hujus* Morbi *cuncta depascentis effugit*. *Nam* Olera *fere omnia sydereo veluti afflatu* ustulata *sunt*. *Adjecta quoque altera clades*; *nam* Erucæ *&* Bruchi *hortos omnes depopulati sunt*, *nudis stolonibus relictis*. Melonum *sicut & reliquorum Fru-*



(a) Ibid. Part. XI. Cap. XIX. Not. p. 145. seq., & Part. XII. Cap. VI. not. p. 191. seqq.

(b) Dissert. I. de Constit. Anni 1690. §. VI. Apud Sydenh. Tom. I. p. 124. seqq.

*ctuum magna fatuitas* , *ut & ipsa animalia illorum esum quandoque respuerent* ... *Vegetabilium Familiam* suis Morbis laborare, *iisque diversi generis*; *multosque gravissimos Auctores de iis scripsisse*, *ut* Varronem, Plinium, Columellam, *aliosque*, *jam satis perspectum est*. Rubiginem *vero*, Frugum omnium & Fructuum communem Morbum, *ut illam* Theophrastus *appellat*, *adeo exhorruerunt* Antiqui, *ut ad avertendam hanc* Pestem *sibi Deum finxerint*, *quem* Rubigum, *teste* Varrone, *appellabant*, *unde* Rubigalia Festa *emanarunt*, *quæ a* Numa Pompilio *regni sui anno undecimo*, *referente* Plinio, *instituta sunt*; *& ad VII. Kal. Maii celebrabantur* ... *Hanc* Pestem *Græci* Erysibin, *latini* Rubiginis *nomine appellavere*, *sive a* rodendo, *ut* Varroni *placuit*, *seu quod* rubro colore *Fruges inficiat*. Uredinem *quoque*, *seu* Carbuncularem Morbum *vocavit* Plinius, *quod Fruges* exurat, *veluti hoc anno contigit*, *quum Fruges & Plantæ omnes carbuncularent* ". Hactenus *Ramazzinus*. Nec minoris momenti sunt ad Institutum nostrum facientes binæ Observationes a Cl. *Jo. Richa* litteris traditæ, quarum prima sic se habet (a): „ *Insecta*, *quod attinet*, *horum numerosam adeo extitisse progeniem haud meminimus unquam*, *ac eorum præsertim*, *quæ* Coleoptera, *seu* Vaginapennia *nuncupantur*, *quod alas suas velut in vagina recondant*. *Hæc inter novum quoddam spectatum Animalculum albis nigrisque maculis tam pulchre variegatum*, *ut vestem Damascenam Phrygia acu intertextam jurares*. *Medio vere*, *quum florescere primum cœpit* frumentum secundarium (*secale vocant nostrates*) *summo illud mane exoriri*, *perque Aera vehi* denso examine *visum*: *Vespere dein sese super* spicea *serta colligere*, *ac* mori *infesto prorsus aculeo*. *Hæc namque cernere sequenti mane* exusta *prorsus*, *ac fere absumpta*. *Odore teterrimum aderat*: *forte* Scarabæus minimus, *seu* Fullo, Charletons, *si molem ac vestem vario artificio fulgentem spectamus*: Ephemeri *vero species potius*, *si vitæ illius brevitatem respicimus* (Aliam Frumenti

(a) Constit. Epidem. Taurin. ann. 1721. §. XLVII. apud. Sydenh. Tom. II. p. 565.

ti Pestis speciem refert Ill. *Bonnetus* (*a*) : hæc enim scribit: „ *Compertum est a DD.* Fontana *&* Roffredi *frumentum* rachiticum *parvissimis scatere anguillis* , *quæ forsan illius sint* rachitismi *causa*, *appellarique merentur* Pestis *Frumenti* , *Hordei* , *Segalis &c.* ) . *Erucarum* , *ac Bruchorum magna soboles* , *velox interitus* , *ut & Animalculi cujusdam* Vitibus *summe infensi Italis* Taliadizzo , *Græcis* Ips *ab* ipto *idest* blapto , *noceo* ( Et aliam Vitium ab Animalculis Pestilitatem uberi calamo descripsit Cl. *Genselius* (*b*)). *Quia proprium ejus est in* Vitibus *versari* , *easque erodere*. *Hinc* Vini *proventus modicus*. *Vix paucæ per æstatem obstrepere auditæ* Cicadæ. *Subdulce* Mel *& subaquosum*. Fœni *exigua perceptio*. Seriei *haud ingens* : *Copiosior* Tritici. *Hocce in horreis collecto* subolescere visa Insecta *quædam non alata*, *illius summitates diro spiculo* depascentia *instar Teredinis* “ . Alteram hisce verbis exposuit [*c*]: „ *Quæ altera emiserat folia* Morus ( *ut a principe Arborum exordiar*, *quæ haud exiguas Incolis opes præbet* ) exusta *ac veluti* absumpta *cernere erat* Rubigine *illane*, *aut* Flavedine *potius anceps hæreo*. Flavedinis *enim vestigia ubique aderant*, *seu* Rubiginis *minus intensæ atque ad* flavum colorem *vergentis*. *Cæteræ fere Arbores tum frugiferæ*, *ut* Armeniaca malus, Cerasus, Ficus, Nux, Olea, Pyrus; *tam steriles ac infelices*, *ceu* Cornus, Fagus, Oleaster, Salix, Tilia, Pinus, Abies: *ipsa dein* Virgulta, Arbustaque, Fruges, *ac hortensis universa* Familia *haud obscura* Epidemieæ *hujusce* (*sit venia verbo*) Rubiginis *indicia præbuere*. Uvarum *quoque proventus*, *qui veris initio aureus sperabatur*, *ob eamdem causam nonnisi parcissimus extitit* :.. *Quælibet Herba* peculiarem *alit* Erucam *sui vastatricem* “ . Parcamus pluribus , nulli dubitantes , quin horum Insectorum Matres aptis suffitibus, quales forsan ex pice, sulphure &c.

 vel

(*a*) Tom. VI. Considerations sur les corps organisès Par. II. Chap. V. Art. CCCXIX. not. p. 217.
(*b*) Constit. Epidem. Infer. Hungar. apud. Sydenham Tom. II. p. 510.
(*c*) Constit. Epidem. Taurin. ann. 1722. apud Sydenham ibid. §. XIII. seqq. p 578. seqq.

vel perimi vel a Planta longe abigi possint ; si Agriculturæ Curatores in id serio incumberent.

*Qui hactenus adversus Animatam Epidemicorum Morborum Causam insurrexerunt vel Plaeclarissimi Medici, tantum abest, ut eam a veritate alienam evincerent, quin potius solidius confirmarunt.*

§. 484. Omnium, quantum scimus, acerrimus viventis Variolarum causæ magis irrisor quam oppugnator Cl. est *Drelincurtius*, uti liquet ex sequenti magniloquo textu (*a*): „ *Quid demum?*, sic exclamat, *Variolarum virus ferinum esse probaturus, post tot illarum* theriomata *ulcera tetra ipsa* theria *feras ipsas, seu beluas feroces suis in cubiculis occupabo. Tunc etenim non unicum hac putredine natum pythonem proferam, sed animantum turbam ( nulla quidem Crocodili proceritate Niliacis in undis ludentem, sed Acarorum parvitate ) in cœnoso constrictoque Puris stagno natam atque ludibundam: Vermiculos volo dentatis rostris hamatos, Variolarumque vesiculis conclusos, ubi suis morsiunculis partes subjectas arrodunt. Testes seculi hujus adduco* Zacutum, Rhodium, Formium, Borrellum, Germanicas *demum* Ephemeridas. *Nolim enim tam vilis animantis in natales altius inquisivisse* ( admirandorum horum animantum in narales profundius Præstantissimi Viri jam inquisivere, aliique inquirere non desinent ): *operosum quippe foret Joelis v. g. manes evocasse. Hos interim, ni me ludibria fallunt, si consulimus, non in Variolatorum cadaveribus vermium* syndromen *per vasa majora natare cum* Bauhino *comperiemus, sed & ipsos* autophoros *in flagranti veluti delicto, carnes subjectas non cadaverosas, sed vivaces suffurari deprehendemus. In Variolis enim, anno Christi* 1574. *in Insula* Rugia, *& vicina Urbe* Stralesundensi *sævientibus, tanta fuit putrefactio, ut detractis Pustularum crustis in subcutaneo ulcere vivi vermiculi fuerint reperti. Mitto tum vulgatius istud*

(*a*) Apud. Manget. Tom. IV, B. M. P. §. XX. p. 668.

*istud de Lumbricis Variolarum vel naribus, vel alvo fugientibus, tum fabulosum alterum illud de Vermiculis alatis per mediam tepentemque Variolatorum Urinam volitantibus. Isthæc enim postrema apud me* Lipi *sunt* ton lipon *gerræ gerrarum*. Credat Judæus Apella, *non ego, qui pelle Christianorum insternor, nec temere credo* ". Hæc *Drelincurtius*. Non ea sunt Naturæ opera, ut circumlocutione facetiisque concuti, aut vellicari patiantur. Cl. Auctor miscuit quadrata rotundis, & ab *Insectis* sine microscopio *invisibilibus* ad visibiles descendit Lumbricos, qui Variolas, & cunctos fere febriles Morbos sæpissime comitari solent; dumque amœnæ studuit dicacitati, passus est in re tam gravi ludibria se fefellisse. Gravissima res Hominum Salus non jocis phantasiæque libidinibus circumvolvenda ac pertractanda, sed ratis Observationibus, peraptis Analogiis, firmisque rationum momentis, ab Hominum Morborumque Natura erutis tuenda, fartaque servanda. Si *Zacutus*, *Rhodius*, *Formius*, *Borrellus*, *Germanicæ Ephemerides*, *Bauhinus* per ipsum allegati Testes *Judæi* sibi audierant *Apellæ*; *Malpighius* certe, *Vallisnerius*, *Redius*, *Spallanzanus*, *Reaumurius*, *Bonnetus*, *Needhamus*, quanti Viri! Naturalis & Insectorum Historiæ Scrutatores hac culpa minime notandi, quum invisibilium Animalculorum Orbem, postremis hisce temporibus magnopere auctum, microscopicis Observationibus summo labore ac patientia institutis, penitus confirmarent; unde sophi Posteri minime, ut *Drelincurtius*, hisce Vermiculis fidenter illudebunt. Ill. Jo. *Mangetus* dum Pestis causam ab Insectis removere conatur, eamdem magis obsignat: „ *Verum*, ait (*a*), *quis non videt hallucinatos esse gravissimos Auctores, dum bestiolas descriptas in Carbunculis pestiferis & Bubonibus, easque alis sibi adaptatis* inde avolare videntes, *continuo concludunt* ibi causam Pestis latere? *Animalcula omni corruptioni sunt familiaria. Sic putris* Caseus *vermiculis scatet*; Acetum, *quod est Vinum corruptum* ( & tamen horæos fructus, olera, carnem, alia corrumpi prohibet ) *iis abundat*; Febrientium *Sanguis vermibus*

(*a*) Tom. IV. B. M. P. Pestis num. 6. p. 22.

*bus plenus est*; infinita *rursus* alia *recensere possemus. Quid igitur mirum si in* pestilentiali *corruptione ejusmodi fiant generationes? Et quis non videt, si in hac formatione poneretur genuina* Pestis *causa*, omnes alios Morbos pestilentiales *eodem jure dici debere, siquidem in corruptione eos concomitante fiunt ejusmodi productiones, quod non tantum de Sanguine Febricitantium* in genere, *sed* de eo *&* humoribus variis in omnibus prope aliis Morbis peccantibus *asserere & demonstrare possemus?* ". Confer. §. 480. & 482. Dies diem docet. Non inde vero sequitur, *Morbos omnes eodem jure pestilentiales dici debere*, quum Insecta *Sporadica*, *Pancoina* & *Endemica* sub Morbis, quos efficiunt, generatione in sanos non propagantur, sive, quod idem est, contagiosa non sunt. *Mangeti* edisserendi rationem amplexus est & Praeclariss. Jo. *Astrucius*, & ipse Animalculorum Adversarius. Prae caeteris enim haec loquutus est (*a*): „ *Porro si pro vero semel admitteretur* Luem Veneream *ab* Animalculis *Sanguini innatantibus produci*, idem quoque pari jure sentiendum esset, *non modo de* Peste, *ut olim* Athanasio Kirchero *e Societate Jesu, ac nuperrime* Joanni Saguens *ex ordine Minimorum visum est, sed etiam de* Variolis, Hydrophobia, Scabie (Confer. §. 483.), Lichenibus, caeterisque affectibus Contagiosis; *imo vero de* Morbis omnibus: *Atque adeo* universa Medicinae Thaeoria pessum itura *foret* [an non hucusque in tenebris diversatur?]; *quum nihil quicquam dici possit, ut probent* Luem Veneream *ab* Animalculis *dependere, quod perinde non puguet, valeatque ad probandum ab* Animalculis *similibus, sed* diversi generis *caeteros quoque Morbos deducendos esse; quo tamen nihil absurdius affirmari posse crediderim* ". Nos tamen nihil aptius convenientiusque affirmari posse credimus, spectato simplicissimo in rebus edendis Naturae ordine. Pathologorum interim quisque probe animadvertat, *Mangetum* simul & *Astrucium* intime Morborum, praesertim *Epidemicorum*, Analogiam perscrutatos, dilucide compertum habuisse, eorumdem efficientem causam *genere uni-*

(*a*) Tom. I. de Morb. Vener. Lib. II. Cap. II. p. 120.

*univocam*, at *specie diversam* esse debere. III. tandem *Meadius* non aliam adversus animatam Contagiosorum Morborum Causam adstruere potuit objectationem, quam quæ sequitur: „ *Explicare*, ait (*a*), quomodo *Merces in sinu gerere possint semina* Contagionis, *adeo semper ardua res visa fuit*, *ut fuerint* [ *Kircher*, *Langius &c.* ] *qui sibi imaginarentur*, infectionis *instrumenta* Insecta *esse*, *quorum* ova *facile per omnia loca circumferrentur*, *&* hausta [ nulla quidem necessitas ut hauriantur, sed ut eorum Animalcula evolvantur, inque sana corpora insiliant ] *morbum facerent*. *Qua quidem* Hypothesi, *nullis plane Observationibus nisa* [ an vero Epistolæ a Doctore Bonomo *ad* Redium scriptæ per ipsum Meadium confectum *Summarium*, inque *Transactionibus Philosophicis* anno 1703. insertum (*b*), nullam ipsi obtulit Observationem, unde hac super re certior fieret? Confer. obs. VI. §. 473.], *egregie*, *ni fallor*, *carere possumus*. *Si*, *ut conjectura mea est*, *materia Contagii* agilibus partibus *componatur*, *generatis potissimum* corruptione animalium, *difficile non est intelligere quomodo* reposita *conservari possit in mollibus porosis corporibus*, *arcte compressis* ". Hæc vero nondum compertæ indolis agiles particulæ inanimatæ inertesque explanarene poterunt stupendam cujusvis minimæ variolosi puris particulæ potentiam sese in infinitum propagandi [ Phœn. XVIII. §. 466.], uti explicant ( Obs. III. §. 470.) jam comperta Insecta?

## *Conclusio Quadragesimaquarta*.

Si igitur in compertis habemus, *Epidemicam* Scabiem, quæ sub Contagiosorum Morborum Genere recensetur, ortum suum suamque contagionem debere Vermiculis [ §. 483.], adhuc posthabitis, quæ a §. 467. hucusque excitatæ sunt, Observationibus simul & Phœnomenorum explicationibus, alibi

(*a*) Oper. Med. Differt. de. Pest. Part. I. Cap. II. p. 174.
(*b*) Apud Pringlium. Osservaz. sulle Malatt. dell' Armat. Part. III. Cap. VI. not. p. 108. Traduz.

bi adnotatum (§. 38.) Magni *Newtoni* Principium, quod *Effectuum Naturalium ejusdem Generis eædem sunt Causæ*, clare evincit, omnes Epidemicos Morbos, tam *acutos*, quam *diuturnos* unicam possidere genericam ipsorum efficientem causam, Animalcula, nimirum, specie inter sese diversa, pro diversis, quæ ipsorum quilibet excitat, pathematibus, & pro variis inficiendi modis; unde qui *Acuti*, Insecta habere videntur alis donata, in vicina sana corpora ad aliquod *distans* prosilientia; quibus destituuntur qui *diuturnos* efficiunt, per *fomitem* atque *contactum*, rependo scilicet atque serpendo contagium inferentes: Quæ hujus Operis secunda erat unicæ Propositionis (§. 60.) demostranda particula.

*Adhuc repulsa Variolarum vivente Causa, nostrum Institutum circa earumdem omnimodam Extinctionem ratum manet.*

§. 485. Eane sint hæc fragmenta, quæ a peritioribus probis Artificibus aptiori lapillo dolata, meliorique dispolita ordine, multisque aliis adaucta, solidum construere possint Ædificium; an potius arenæ exiguæ in auras vel levi flatu asportandæ dispergendæque, haud moramur. Sane pathologicam disquisitionem discutiendam assumpsimus; probe gnari, aliud inde ad nostrum Institutum accedere momentum, si rem acu tetigissemus, nec tamen eidem officere, si aliter evenisset, quum illud inconcussæ innitatur Basi, illæ nimirum *Historiæ*, quæ Epidemicorum omnium Morborum originem Europæis Nationibus *exoticam*, qua facile extingui poterunt, demonstrat: unde quæ de ipsorum Causa exagitavimus, inter tot vulgata, tamquam minus incerta, & proprius ad veritatem accedentia selegimus, & quidem prorsus deserenda, ubi apertiora firmioraque Peritiorum proferet Sententia, in quam lubentissime ituri erimus.

*Ad-*

1. *Rem actam improvide importuneque reagisse, quinimo & crambem ad nauseam usque recoquisse nobis visi sumus, quamprimum spectavimus Praeclarissimum Equitem Rosa in* Plencizium *durius animadvertisse, utpote quia Animalculorum sententiam pro evolvenda Pestilitatum causa iterum in medium protulisset: ancipites haerentes num hic Ill. Auctor ipsissimum nostrum pensum absolvisset, unde quae ipsi iniusta fuerat reprehensionis nota, in nos certe recideret. Diligentiae itaque nec labori pepercimus, ut hic Neapoli summopere rara* Plencizii *Opera Medica per* Equitem Rosa *citata assequeremur. Repetita illorum inquisitio tandem voto cessit, eaque, etsi in aliorum cesserant usum, satis tamen integra a* Michaele Stasi *Bibliopola vel duro pretio comparavimus. In re proposita non erit equidem temporis jactura, si & Equitis* Rosa *integrum judicium, &* Plencizii *contracta hujus Doctrinae principia hic recensemus, ut quisque probus rerum Aestimator justam sententiam queat pronunciare. Ill.* Rosa, *ubi* de Origine Contagiorum animali, *sequentia loquutus est* (*a*): „ Reliquum est, post haec omnia, ut manare ex animali substantia credamus contagiorum illa principia, quae nequeant hactenus ex reliquis Naturae fontibus derivari. Sed anceps ingruit ab initio, eaque non levis admodum dubitatio, non modo organicis, sed num etiam animatis, ac pene viventibus corpusculorum elementis, contages omnes pestilitatum constant. Prorsus enim ex animali substantia, & penitus animata, atque actu viventia, creditum est aliquando, contagiorum elementa posse, & oportere censeri. = Quo loco non minus authoritate veterum, quam recentiorum testimoniis permoveri necesse est. Quandoquidem animatorum sententiam repetitam ab veteribus *Varrone*, *Columella*, *Vitruvio*, *Kirckerius* primus inter modernos proposuit; *Lancisius* & *Reaumurius* inter recentes probabilibus argumentis fulcire conati sunt [not. 62. . . . Eadem fuerat *Christ. Lang.* opi-

*Pars II.* Aaaaa

(*a*) De Epidem. & Contagios. Acroas. §. IX. n. 162. seqq. p. 114. seqq.

opinio ... sed ante alios multa super his, & perdocte, ut cætera, *Vallisnerius* ( sopra i Vermi pestilenziali de' buoi, e in generale ). Sed perobscuræ rei, & experimentis hactenus inaccessæ, inconsulta recentiorum quorumdam securitas fidem pene omnem ademit [ not. a. Quos vide apud Vallisnerium l. prox. cit. ] . = Nam quanquam credere ex *Varrone* & *Columella* facile sit, crescentia in palustribus animalcula, *quæ non possunt oculi consequi*, quum *intus in corpora per os, ac nares perveniunt, difficiles morbos efficere*: Tum item *infestis aculeis armata animalia, quæ in nos densissimis agminibus involant*, emitti a paludibus, *ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum caussas ne Medici quidem perspicere queunt*: intelligas tamen, hæc, maximam partem, originem primam pestilentium Morborum ab animali materie perspicue demonstratam proponere [ *Confer. nostrum Opus Add. IV. num.* 10. ]; eamdem viventem actu in corporibus, nullatenus indicare. = Repugnat autem quam maxime, quæ aliorum fuit conjectura, receptis in corpus ovulis, aut vermiculis, innumera insectorum examina, toto sanguine, totis humoribus propagari, adolescere in præsentem hominis pestem, disseminari in venenata contagia [ *Confer. nostrum Opus Phæn. XVIII.* §.466.; *Obs. III.* §.470, *&* §.481. ]. Ut obdormisse illi penitus videantur, qui talia sibi percepta oculis videri voluerint [ *Conf. ibid.* §. 484. ], & verminosa pestilentium omnium principia, in visceribus germinantia, nimis oscitanter obtruserint: quorum nec origo certa [ *apud Europam nulla, quum omnia sint exotica ut Concl. XLIII.* §.465. *&* 468. ] nec exitus constat [ *Confer. ibid.* §. 483. ], quibuscum pestilentium nec phœnomena, nec vices consentiunt; in quibus iterum æqua ratio, & observatio vacillat [ *Confer. ibid.* §.480. *&* 481. ] [ not. 64. Non licet prætermittere hoc loco docti hominis, & Cel. inter Germanos Medici *Antonii Plenciz* sententiam, qui expensis, & repudiatis aliorum de ea re opinionibus, huc tandem descendit, ut crederet materialem contagii caussam in *miasmate verminoso*, seu principio aliquo *seminali verminoso* fore quærendam: proin *vera animalcula in omni* con-

*contagio* verſari ; itemque ſcatere omnia his animalculis corpora. Et quoniam contagium in animali corpore ſine putredine eſſe non queat ; ideo corpora quoque eadem *putreſcere*, quando *ſeminium verminoſum animari*, *evolvi*, & *multiplicari* cœperit. Contagiorum autem eſſe ſua, & viventum ſpeciebus, & ſingulorum corporibus ſemina ; quæ certis hic illic conditionum poteſtatibus evolvantur [ Plenc. Op. Med. T. I. Vindob. 1762. ]. Quibus argumentis *fateri quidem neceſſe eſt*, *extricari multa ſuper contagibus*, & *durationis*, & *inſitionis*, & *propagationis phænomena*; qualia idem *Plenciz* abunde explicavit. Sed illud porro non poſſe explicari perſpicuum eſt, *cur ſibi talia poſtliminio videri certa Plenciz voluerit*, atque aliis probanda, quæ diſputata olim celebrium Philoſophorum argumentis, refutavit jamdudum omnis Medicorum obſervatio, & authoritas [ *Quo decet rega tantum virum obſequio dixerimus*, *in Phyſicis explorandis*, *quouſque alicujus rei natura ea evidentia elucefcat*, *qua e.g. Sanguinis Circulatio perſtitit*, *dari cuique in ævum Poſtliminium*, *nec ullam adeſſe Sententiarum* Præſcriptionem, *ob quam ulterius illuſtrari demonſtrarive non debeant*. *An vero omnis Medicorum obſervatio & auctoritas Vermiculorum doctrinam refutaverit*, *quiſque per ſe decernere valet* ]. = Propter quæ, illud præcipue ex Veterum & *Recentium* authoritate *non difficulter recipias*, in paluſtribus ſæpe locis, ex fermentata putreſcentium colluvie [ *fortaſſe ex infinitis Animalculorum ſeminariis* ] inviſibilium inſectorum examinibus poſſe Aerem compleri ; ut inſpirari eadem, aut hauriri cum cibis neceſſe ſit ; quorum putrido tabo inquinari paullatim viſcera & ſanguinem oportet [ *cur non potius*: *quorum vitales actiones*, *morſus*, ſcilicet, *roſiones*, *voracitates*, *curſiones* &c. *ſolidorum ac liquidorum naturales motus perturbare oportet*, *uti ex variis Lumbricorum ſpeciebus*, *quæ ſub ſenſus veniunt*, *comperta res eſt*? ], ut difficiles morbi, facile etiam contagioſi enaſcantur ( *Endemici quidem*, *haud vero contagioſi*, *ſi de Europæ paludoſis locis ſermo eſt*, *ut præ cæteris Addit. V. num. 5.* ). Quem caſum venenatæ, aut etiam contagioſæ putriditatis, ex animali principio, in corporibus

ribus excitandæ, facili ratione pervincas. Sed vermium viva contagia per pestes in humoribus propagari, atque ipsa generatim ex vermibus contagia conflari, observationi rerum, & manifestis naturæ legibus æque repugnat (*Confer. nostrum Opus* §. 480. 481. 482. 483.). = Quæ si qui indubiis rationibus, & certa rerum observatione firmarint, ut regnare per graves Morbos nonnunquam in corporibus, universim, aut alicubi, animata insecta, & vivos vermes credamus; videant hi primum ne effectum caussæ antevertant (*pestilitatum phœnomena pathemataque omnia* (*ibid.*) *animatam ipsorum caussam suadere videntur*,); dein, ne epidemicam ex Aere constitutionem, pro contagiosa peste proponant (*ex magna vel repentina Aeris perversa constitutione* Pancoini, *nunquam*. Epidemici *sive* pestilentes *Morbi* ex Hippocratis *doctrina expectandi sunt*, *ut Addit. IV. num.* 11.); novissime in naturalibus quantum diffidcat, ut a singularibus experimentorum periculis, ad certa, & perstantia Naturæ constituta arguamus". (*Quicquid certi in Medicina occurrit*, *uno Analogismo ad Naturæ leges probe instituto ab ipsis rerum Perscrutatoribus perpetuo fuit tributum*). *Hactenus disertissimus Rosa*.

2. *Ill. Plencizium quod attinet*, *sequens est circa Contagii Naturam*, *&* *contagiosorum Morborum* *Caussam ejus doctrinæ Summa*. *Huic nimium involutæ obscurissimæque rei Medicæ Provinciæ hocce satis elaboratum præposuit exordium* (*a*): „ Quamvis evidenter demonstrari non possit, ante, & mox post universale Diluvium, Morbos contagiosos viguisse, probabile tamen est, iisdem, sicut aliis calamitatibus, eo tempore afflictum fuisse Genus humanum: interim ex *Sacris Litteris* constat, anno post Diluvium 827. sub *Moyse* & *Pharaone* morbum contagiosum pestilentialem, qui & homines, & bruta tenebat, extitisse; item eumdem grassatum fuisse anno 1203. sub *Samuele Propheta*, uti & anno 1282. sub *Daniele*. = Si profanos Autores consulamus, no-

(*a*) Oper. Medico-Phys. Tract. I. Sect. I. a §. I. ad IV. p. 1. seqq. Edit. Vindobonæ 1762.

nobis constabit ex *Platone*; & *Eusebio* tempore *Cicropis* primi Atheniensium Regis, anno post *Deucalionis* Diluvium 787. funestam Pestem exhausisse *Ægypti*, & *Æthiopiæ* Urbes. Item anno 1022. *Italiam*, 1150. *Græciam*, *Thraciam*, *Cretam*, & anno 1254. post *Trojæ* excidium iterato *Græciam*, & vicinas *Asiæ* regiones a Contagio Pestis infestatas fuisse; quæ omnia ut & reliqua Contagii Mala, quæ subsequis sæculis diversas occupabant Orbis partes, videri & legi possunt in *Herodoto*, *Hesiodo*, *Livio*, aliisque probatis Autoribus. = Ex his & similibus casibus B. L. cognosces, quod ex veterum Monumentis notitiam & historiam Contagiosorum Morborum haurire omnino possimus; ast ubique altum de *essentia* & *Natura Contagii* silentium reperies. Divus *Hippocrates* ipse in suis *Epidemiis* explanat *Pestem Atheniensem* Olympiade 79. grassantem ( *hic certe obrepsit Typographi error, ut liquet ex nostro Opere §.67.*), & a *Thucydide* suo contemporaneo nitidissime alias descriptam, absque eo tamen, ut inquirat in naturam talis Contagii. = Forsitan id factum est, uti plures etiam modernorum Celeberrimi Viri autumant, quod tales Morbi Contagiosi *aliquid Divini* præ se ferre videantur: sic enim nefas esse credunt, si humanum ingenium in *hæc divina* inquirere satagat, unde fit, ut credant, satius esse in rebus occultis, & obscuris propriam farcri ignorantiam, quam talia in medium adferre, quæ multis forte risum, & stomachum movere possint ". *Pag.* 6. *§. IX. ibid. præter contagium* quod *ab extrinseco advenit & alteri corpori communicatur*, *admittit contagium corporibus inhærens*, *sugillatque eos qui solummodo ab extrinseco adveniens asserunt*. *A p.*7. *§. X. ad p.* 12. *§.XVIII. ibid. discrimen inter Contagiosos Morbos & Epidemicos interesse affirmat*, *& concludit §.XVII.ibid.*: „ Quum itaque ex dictis constet, Morbos *Epidemicos* non semper cum Contagio conjungi, debemus necessario admittere, aliam esse caussam *Epidemiæ*, & aliam *Contagii* ". ( *Conf. nostrum Opus* §. 13. 14. 15. *& Addit. IV. n.* 11. ). *Pag.* 14. *§. XXI. ibid. probe hæc enunciavit*: „ Quia ordinaria Naturæ lege a certo semine certam tantum plantam exoriri observamus, idem

idem pariter dicendum sit de Morbis contagiosis; nimirum ipsos, eorumque causas specie inter se differre ". *Pag.27. §. XXXIX. ibid. contagiosam Hydrophobiam a causa interna aliquando generari adstruit. Pag. 32. §. XLVI. ibid. sic fatur:* „ Talis causa materialis *Contagii* verisimilius est *Miasma verminosum*; seu principium aliquod seminale verminosum specie diversum, a principio Mundi a Deo productum, unde Morbi contagiosi originem habent, & propter quod ipsi, uti plantæ, inter se specie differunt ", *subditque ibid. p. 34.:* „ Talia semina seu ovula sunt maximam partem tam exilia, & tam levia, *ut in Aere hinc inde volitare & nunc ad unam, nunc ad aliam plagam deferri valeant*". *Et p. 35. §. XLVII.:* „ Ex his deducere possumus talia semina *Contagii* ad diversas plagas ab Austris transferri posse, ibique morbos contagiosos causare. Talem constitutionem epidemicam & pestilentem describit *Hippocrates* lib. III. Sect. III. ". *Pag.36. §.XLIX. ibid. ex Loewenhoeckio aliisque Cl. Auctoribus refert unicæ guttulæ Aquæ ad minimum* 2750000. *Animalculorum inesse, uti guttulis cerevisiæ, vini &c. ut ibid. §. LV. p. 42., adjicitque ibid. §. LVI.:* „ Hoc autem adhuc clarius patebit, si vegetabilium propagationem paulo intimius perscrutemur: etenim experientia constat ex unico semine *Zeæ* 2000. alia una evolutione evolvi; item ex uno semine *Innulæ* 3000. alia; ex uno semine *Helianthi* 4000.; ex unico semine *Papaveris* 32000.; & tandem ex unico semine *Nicotianæ* 40320. alia semina provenire & evolvi. Vid. Linnæi Fundam. Botanic. Si hæc semina ex unico semine jam educta iterum & aliquoties terræ ad germinandum committantur, exurget profecto exinde numerus indefinitus seminum, quæ omnia in unico illo supra dicto semine continebantur: qui numerus major erit numero animalculorum in unica gutta v.g. aquæ contentorum ". *Pag. 52. 53. sect. II. §. LXIX. LXX. Obs. V. peraptam exhibet celebratæ* Putredinis *notionem:* „ In illis rebus, *inquit*, quæ putrescunt, observantur vel nudo, vel saltem armato oculo innumerabilia animalcula; talia videri possunt in *aqua, vino, cerevisia, aceto*, in *humoribus* nostri Corporis pu-

putrefcentibus, ut in omni materia *purulenta*, five illa fit *variolofa*, *cancrofa*, *fcabiofa*, aut *ulcerofa*... Si hæc rite ponderentur, quæ præmifimus, natura *Putredinis* in aprico effe videbitur: ficque optimo jure dicemus, tunc aliquod corpus *putrefcere*, quando *feminium verminofum animari*, *evolvi*, & *multiplicari* incipit: hæc enim animalcula egerunt multa excrementa fale volatili [ *fortaffe invifibilibus aliis Infectis* ] conftantia; item multa alia feminia, feu ovula ulteriori evolutioni infervientia; ex quibus, quæ liquida funt, turbida & male olentia redduntur, folida vero plus minus male olentia, mollia & friabilia fiunt: unde non immerito *Kirkerus* Putredinem *animatam* judicavit; quin immo *Helmontius* contra fuam de Putredine fententiam oftendere conatur, quod *Putredo Hebraice vermem* fignificet ". *Pag.61. §. LXXVII. ibid. hujus fententiæ adverfarios ad experimenta ope Microfcopii facienda provocat, fubditque*: „ Huc fpectat notabilis obfervatio, quam habet Clariff. *Loewenh.* in Epift. 115. ad Dominum *Hermanum von Zæle* fcripta; in qua oftendit, quod *Ligni* & *Arundinum Putredo* ab *exiguis animalculis* dependeat, quæ ibidem in extenfo legi poteft. Idem teftatur fe expertum effe Eruditiff. *Hartfoekerus* in Epift. ad Dominum *Andry*; in qua clariffime exprimit dari in *Cancro* vermiculos perpetuo rodentes; quod etiam Dominus *Andry* in *Lue Venerea*, aliifque corruptionibus perpetuo obtinere in fuo elegantiffimo Tractatu *de Vermibus* probavit ". *Pag. 62. §. LXXVIII. non infirmam eruit rationem ex methodo curandi Luem Veneream*, *Scabiem*, *cæterofque ulcerofos Morbos per* Anthelmintica, Sulphur, Mercurium, Corticem Peruvianum *&c. Pag. 66. §. LXXXI. ibid. fatis firmis rationibus evincit* Pus *nihil aliud effe quam Animalculorum congeriem, & quidem variolofum apprime diverfum a venereo*, *fcabiofo ob Animalculorum diverfam fpeciem*; *indeque patere rationem ait p. 77. §. XCI. ibid.* Infitionis *Variolarum*, *fimul &* inertiæ *feminiorum contagioforum*, *antequam evolvantur*. *Pag. 80. §. XCVI. & XCVII. habet*: „ In *Purpura* dari pariter vermiculos legi poffunt *Select. Med. Francf. Tom. I. p.* 102. *&* 106. item *Galizius*

T.11.

T. II. p. 50. ... Easdem obſervationes habet *Lanciſius* p. 341. in Epidemia ab Aere verminoſo. = Cuilibet notum eſt *Dyſenteriam* eſſe Morbum contagioſum [ *eſt & Sporadica, Pancoina, & Endemica minime contagioſa* ], verum in excrementis Dyſentericorum videri poſſunt innumerabiles vermiculi. Vide *Bonet*. Med. ſept.coll. p. 567., item D. *Bono* apud *Valliſnerium*, atque plures ". *Pag.* 88. §. *CVI. ibid. demonſtrat ex Vermiculorum doctrina facile intelligi poſſe*, quare a Variolis Variolæ, a Peſte Peſtis, a Lue venerea Lues venerea *contrahatur, & propagetur, quod de aliis Morbis contagioſis ſentiendum. Pag.*91. §.*CVIII. hanc adnotavit objectationem, quod nimirum* „ Miaſma contagioſum cum altero conjungitur, ut Miliaria exanthemata cum Variolis, Morbillis, Petechiis, & eumdem eodem tempore affligunt ægrum. Item Scabies, aut ulcera derepente ſiccata, & retropulſa in Miliaria degenerare ſolent. Adeoque ſignum eſt, eamdem eſſe ubique cauſam materialem, & ſecundum magis tantum & minus differentem "; *quam quidem p.* 100. §. *CXV. ibid. hiſce extricavit*: „ Obſervamus quarto, quod quædam Inſecta deponant ſua ovula ad corpus aliorum animalium, ibidem fovenda ac tandem evolvenda, quæ ratio aliquibus impoſuit, ut crederent, unum animal in aliud mutari, quum tamen nonniſi fotum & nidum pro evolutione præſtiterit ... Item eſt genus muſcarum, quæ *ichneumones* vocantur; iſtæ deponunt ovula ad corpus *aranei* & *erucarum*; talia ova pariter ibidem foventur, & excluduntur: ſed ut breviter efferam, quod omnes norunt, nimirum vix aliquod animalium genus eſſe, in quo & ex quo non propullarent diverſa Inſectorum genera; quin immo ipſa Inſecta habere alia inſecta a ſupradictis Clariis. Autoribus demonſtratum & omnibus notum eſt. *Pag.*105. 106. §. *CXX. ibid. etſi contagioſorum Morborum cuncta ſemina ab initio creationis extitiſſe affirmet, dubius hæret Auctor, an Variolæ* Divo Hippocrati *notæ fuerint*; *deinde pag.* 114. 115. §. *CXXVIII. concludit*: „ Ex quibus colligimus, quod ſeminia, quæ Morbis contagioſis inducendis paria ſunt, debeant eſſe *quaſi exotica & peregrina*, noſtrique humoribus heterogenea &

& infesta; sive hæc ab externo adveniant, sive *in nostro corpore jam præexistentia*". *Hoc ipsum in quæstionem vocat pag.* 120. §. *CXXXIV. quam ita solvere nititur pag.* 121. „Nostra hac super quæstione est opinio, talia semina non semper advenire ab externo, sed ipsis corporibus inesse, &, si requisitæ circumstantiæ adsint, sæpe evolvi & propagari: hujus asserti ratio est primo, quia Microscopia docent, quod fere in omni liquido, & solido putrescentibus, alia quoad figuram, magnitudinem, partiumque constituentium diversitatem observentur animalcula: sic alia videntur esse in *vino*, *aqua*, & alia in *aceto*; item alia in maceratione *piperis*, quam in granis v. g. *frumenti*; aut alterius cujusque vegetabilis". ( *quænam vero conclusio ex animalculis innatis & sporadicis ad animalcula contagiosa & exotica noviter in Europam invecta, ut Concl. XLIII. §. 465.?*). *Pag.* 131. *seqq.* §. *CXLV. seqq. Auctor ipse non alia ex sua de Contagio animato doctrina emolumenta & commoda in Rempublicam profluere statuit, quam sperandum fore, ut imposterum efficaciora & certiora* quam hucusque factum est Antidota adinveniantur & approbentur, quæ ipsum *Miasma* contagiosum immediate attingant aut plane destruant, *quod in optatis adhuc manet a Boerhaavii temporibus: alterum, quod meliori regimine, nec nimis scilicet calido, neque nimium frigido Contagiosi Morbi erunt pertractandi: tertium denique, Artem Veterinariam, ( summo Reipublicæ damno nostra in Insula obliteratam ) concernit, quo Brutorum Morbis melius occurri posse statuit. A pag.* 142. *ad* 163. §. *CLVI. seqq. ibid. de Brutorum Animantium Morbis contagiosis pertractat, quorum efficientem Causam tam propriis, quam* Rodii, Boni, Vallisnerii, *aliorumque experientiis a Vermiculis promanare ostendit. Tandem p.* 163. *seqq.* §. *CLXVII. seqq. Sect. III. Vegetabilium* Rubigalem *Pestim, & suis, & Ill.* Needhami *microscopiscis tentaminibus nihil aliud esse evincit, quam pene infinitorum Vermiculorum Congeriem. Hæc ex accuratissimo* Plencizio *de Contagio in genere. Ex Tractatu de Variolis hæc pauca libare sufficiet*: „ Dilucidanda, *ait* (*a*), & enodanda venit



(a) Tom. II. Tract. II. de Variol. Cap. I. §. IV. & V. p. 23. seqq. cit. Edit.

celebris alias inter Medicos quæſtio: num videlicet Variolæ ſemper & omni ævo genus humanum afflixerint? aut quo tempore, ſaltem in *Europa* vigere cœperint? Alii vero hanc quæſtionem proponunt: An Variolæ Veteribus notæ fuerint, necne? = Fateor, quamvis hæc quæſtio *exigui*, aut *nullius*, ſive in re Medica, ſive *in Republica* videatur eſſe *commodi*, acerrime tamen celebres inter Medicos ad hæc uſque tempora decertatum fuiſſe. Ego ne crambem toties jam coctam recoquere videar, in his diu non morabor, ſed Benevolum Lectorem ad lectionem eorum *Autorum*, qui data opera, perquam erudite de hac quæſtione tractarunt, remittam. Inter multos alios præeminet elegantiſſimus Tractatus *De Variolarum Novitate*, celeberrimi & eruditiſſimi Viri D. *de Werlhoff* contra doctiſſimum pariter Virum *Gothofredum Hahnium*, qui veterum monumenta ſummo labore conquiſivit & collegit, unde Variolas a veteribus delineatas, & deſcriptas eſſe probat: Alter vero pro ſua, quæ in omnibus eſt ipſi communis modeſtia, & eruditione, oſtendit Variolas eſſe Morbum novum, & veteribus ignotum. Hic invenies B. L. in utramque partem, quam profundiſſime & eruditiſſime decertatum eſſe, ut vix aliquid ſupereſſe rear, quod ſuperaddi poſſit ". ( *Supererat demonſtratio, quæ Variolas origine Æthiopicas, a Thucydide, Hippocrate, Herodoto, Galeno Aetioque inſpectas atque deſcriptas; Europæ omnino exoticas, facillimeque apud ipſam extingui poſſe evinceret: magni quidem ſummique momenti & in re Medica & in Republica Inſtitutum: nobiſque hic ſuperaddendum ſupereſt, num probe ab eruditiſſimis Judicibus definitum ſit, in hocce noſtro Opere* Nihil prorſus Novum comperiri, *poſtquam clare noviſſe debuerant, hæc penſa* neminem *hactenus nec* quidem *tetigiſſe?* ). *Pag.79. Cap. III.§. LXXII. ibid. hæc Auctor ſcribit*: „ Si materia *purulenta* varioloſa examini ſubtiliſſimi Microſcopii ſubijciatur, exhibet innumerabilia animalcula, eorumque ſeminia, ſeu ovula ultro multiplicabilia ". *Et ibid. §. LXXVII. p.* 84. „ Eadem eſt ratio de fermento Panis ( *ac nimirum de Putredine* ) quod magnæ panificii maſſæ mixtum eamdem in ſui indolem mutat.

tat. Ego ut hanc metamorphosim, vel dixero potius multiplicationem, intimius cognoscerem, solvi in aqua portionem fermenti Panis & alterius massæ, cui fermentum Panis mixtum erat: Hanc solutionem examinavi Microscopio, & observavi eadem animalcula, in fermento Panis, & in massa, cui tale fermentum mixtum erat ( *observasset post diurnum temporis spatium & in Massa, cui nullum fermentum admixtum fuisset, ex sola mora incubata extricataque ipsissima Animalcula: Nostræ enim Mulieres probe norunt, maxime æstivo tempore, Panis fermentum sine fermento in crastinum præparare. Confer. Obs. II. §.* 469. ); adeoque signum est, quod eadem massa naturam fermenti adipiscatur, quia animalcula fermenti ( *simul & ipsius massæ evoluta* ) in eadem multiplicantur. Hoc ipsum observavit Celeberrimus *Baker*, aliique in glutine acescente, quod componitur ex farina, aut amylo & aqua. Vide ejus *Part. I. Cap. IV.*". *Longum esset differentias, quæ inter nostram, & Eruditissimi, Doctissimique* Pleneizii *de* Animata Contagiosorum Morborum Causa *doctrinam intercedunt, hic enumerandas inire. Quibus Auctoris Opera præsto erunt, & hujusmodi arriserit comparatio, in propatulum certe veniet, Cl. Auctorem improbos summaque Laude dignos hac super re substinuisse labores; non pauca, melius quam Nos, uberioribusque experimentis explanasse; aliqua præterisse; quæ vero* Europæ *utilia ac summopere profutura erant, vel non attigisse, vel potioribus ambagibus implicasse: uti est illud, ut unum apponamus exemplum, hisce verbis expressum (a)*: „ Ex hoc fundamento ( quod, *nimirum*, miasma variolosum per contagium, sive per insitionem corpori communicatum, non soleat statim in actum deduci; sed intra octiduum, & rarius primo efflorescat ) asserere etiam possumus, quod talia *Miasmata Variolosa* in fibrillis nerveis *diutissime inertia latere possint*, antequam ab aliqua causa *externa* in actum deducantur. Item debemus admittere, quod sæpe *talia Miasmata* contagiosa a parentibus *hæreditario* titulo possideamus, *quæ diu* intr-



(*a*) Ibid. Cap. III. §. LXXXVI. p. 93.

*inertia* in nostro corpore *latent*; cum tempore vero, aut ab aliqua causa *externa* in actum deducantur, aut quando talia seminia proprium, & quasi præstabilitum suæ maturitatis terminum attigerint, evolvantur, & efflorescant ". *Semina equidem Pestilitatum diuturnarum, uti Luis Venereæ, Scorbuti, Scabiei &c. actu hisce coinquinatorum Corpori inhærentia, & sub Generationis* Electricismo *miseræ Proli communicata, a seminibus Acutarum post aliquot hebdomadas a perpessa Peste prorsus percuntibus, Auctor non discriminavit. Porro si Auctoris assertum firmo inniteretur talo, nulla esset causa, cur* bubonica *Pestis, cæteræque acutæ Pestilitates hæreditario adminiculo genus humanum non contaminent. Confer. nostrum Opus §. 35.*

3. *Si nostra igitur, quæ cunctis Hominibus a Natura ingenita est,* Philautia *nos non fallit, adhuc in extricanda Contagiosorum Morborum Causa* aliquid novum *ingenuis Pathologis obtulisse videmur, ad faciliorem, ubi id probarint, illorum consequendam* Extinctionem, *certioremque* Therapejam.

*Quæ ad nostra usque tempora adversus fere omnes Pestilitates veluti specifica faustis successibus commendata sunt Præsidia, vivente principio opem tulisse videntur.*

§.486. Ill.Thomas *Willis* refert (*a*) felicissimum Practicum *Henricum Sayr* sub Peste *Londinensi* anni 1645. opem medicam ea affectis impavide præstitisse, solis plenioribus & quidem frequentibus generosi vini haustibus præmunitum, quibus dirum Malum, Mortemque ipsam contempsit. Apud *Swietenium* hæc leguntur (*b*): „ *Idem Auctor* (Sorbait) *testatur Vindemiarum tempore, dum* Musta *fermentescerent, Pestim circa* Mosellam *grassantem miraculi instar suppressam fuisse*: Viennæ *pariter tum durante, tum finito Vindemiarum tempore observatum fuit Pestim manifesto decrescere.* Gas *enim illud sylvestre* Helmontio *dictum* (Priestleyo Aer fixus), *pe-*

*ne-*

(*a*) Oper. Omn. De Febrib. Cap. XIII. p. 66.
(*b*) Tom. IX. in Boerhaav. §. 1408. p. 138.

*netrabilis nempe admodum vapor ex* Musto *fermentante exhalat, & per Aërem undique spargitur. Vapor ille si magna copia inspiretur, dum quis locum, ubi* Mustum *fermentat, incautus ingreditur*, omnes Cerebri functiones turbat illico, *imo & subitam sæpe mortem inducit, uti nimis notum est. Hujus tamen pars novo vino mista manens, illud adeo reficiens & petulcum reddit, ut fiat Senibus languentibus summum remedium, uti in seipso expertus fuit nobilis Venetus* Cornaro, *qui centenario major defecit tandem ad ultimam horam usque sanus & vegetus* ". Cl. *Sylvius de le Böe* de se ipso narrat (*a*), quod octo mensium spatio, grassante Peste, antequam ad infectos ægrotos accederet vulgaris *Aceti vini* cochleare unum sumebat, & per id temporis nullam perceperit noxam: ubi vero, defervescente Peste, hoc prophylacticum prætermisit, quoties domum Peste prius coinquinatam ingressus est, toties Capitis dolore fuerit prehensus. Ill. *Meadius* sic fatur (*b*): „ *Aliud* ( Pestis prophylacticum ) *præsidium est in omnibus, quæ inflammationem Sanguinis impediunt, quæ nisi forte plane contagium arceant, certe mitiorem ejus vim efficient. Optimus in hunc finem ex consilio etiam* Arabum *est repetitus usus* Acidorum Fructuum, Pomorum Granatorum, Aurantiorum Hispanicorum, Limoniorum, Malorum Acidorum *&c. Ante omnia autem* Acetum vini, *parva copia sumptum, gratiusque stomacho redditum infusione radicis gentianæ, galangæ, zedoariæ, baccarum juniperi &c.* ". Ex *Diemerbroeckio* habemus (*c*): „ *Si vero ab ægrotorum vel ædium infectarum fœtore* ( sub Peste Noviomagensi ) *me vel tantillum alteratum sentirem, statim, postpositis omnibus negotiis quantumvis necessariis, qualicumque diei hora foret, duarum triumve* Tabaci *fistularum fumum suctione trahebam: nam, ut verum fatear*, Tabacum *pro primario præservativo in Peste semper habui; & revera tale esse non sola ratione ductus sed experientia edoctus comperi* ". Ex *Swietenio* (*d*) hæc: „ *Opti-*

(*a*) Prax. Medic. Append. Tract. II. §. 489. ad 491. p. 423.
(*b*) Oper. Medic. De Pest. Part. II. Cap. II. p. 188.
(*c*) Apud Manget. Tom. IV. B. M. P. p. 35.
(*d*) Loc. c. c. p. 130.

*ptimus Parochus, qui Peste decumbentibus Sacra administrabat, simulac egressus fuerat ex infecta domo, vicinam ingrediens* Tabaci *fumo utebatur, sicque liber mansit ... Sed &* Bensa, *qui Pestem annis* 1712. 1713. 1714. *in* Austria *grassantem descripsit, commendavit pulverem* Tabaci *naribus attrahendum* ". Si stemus Naturalis Historiæ Observationibus II. §. 469., & X. §. 477. Mustum, Vinum, ejusque Acetum, Acidique Fructuum Succi, & Nicotianæ Folia, non alio, quam vivente principio vim suam exserere comperientur, & quidem adversus Animatam Morbificam Causam: „ *Experti sumus*, inquit Præclar. Baglivius (*a*), *cum amico* Romæ 1694. Lumbricos *humanos vivos positos in* Spiritu Vini, *& in Aqua in qua fuit infusa* Sementina *post quinque horas periisse; positi in* vino, *in dissolutione* aloës, *extracti* camedriös, *& extracti* Tabaci *periere post novem horas* ". Optandum ut, loco extracti, infusionem foliorum *Tabaci* ad experimentum adhibuisset. *Francavillæ* qui Bombycum opificio præsunt, cautum habent, ne aliquis *Tabaci* fistulam dum fugit, Bruchorum domum ingrediatur, observationibus edocti *Tabaci* fumum has bestiolas interimere. Quatuor abhinc annis in Oppidi nostri agro, vulgo *Zafarana*, invidus Agricola cuidam patrifamilias iratus foliorum Mori nutriendo Bombyci paratorum acervum *Tabaci* pulvere infecit. Quæ Erucæ ex hoc acervo pastæ sunt brevi omnes periere, reliquis illo non pastis superstitibus. Piaculum detectum & ad Magistratum delatum justa pœna maleficus persolvit. De Sulphure Ill. *Geoffroy* sequentia præ cæteris scripsit (*b*): „ *Hippocrates usurpabat Sulphur ad affectus hystericos ... Ab omni ævo ad cutaneos affectus tanquam efficacissimum remedium comprobatum fuit*. Scabiem *enim*, Psoram, Lichenes *tum intus exhibitum, tum extus adhibitum sanat. Externe applicatum* Tumores *duros discutit*, Bubones *maturat ac digerit ... Sulphuris per cutis poros transpiratio facile percipitur ex* odore *sulphureo, quem exhalant corpora eorum, qui*

(*a*) Prax. Medic. Lib. I. de Lumbric. p. 34.
(*b*) Tom. I. de Mat. Medic. Part. I. Art. IV. Cap. III. p. 99.

*qui Sulphur intus sumpserunt, & ex* colore *fusco vel nigro, quo inquinatur argentum vel aurum, quod gestant ... quo fit ut Cutis & Pulmonis* Ulcuscula *facillime* (per Sulphur) *sanentur* ". Huc pertinent Observationes per *Swietenium* hisce relatæ (*a*): „ *Egregius Medicus* ( Lobb ) *aliquot casus recenset hominum, qui nunquam Variolas passi, cum ægris tamen hoc Morbo decumbentibus versati diu, imo & partim in eodem lecto cubantes, liberi manserunt ab hoc Morbo, dum bis in die* Æthiopem mineralem *ad drachmam semis sumerent, addita adhuc aliqua quantitate Sulphuris* ": Pertinent & quæ alibi (*b*) ipse Auctor ex *Desaultio*, *Hydrophobiam* ab Insectis propugnante, solisque Anthelminticis præsertim Mercurialibus superatam evincente, retulit; & præ cæteris sequentia: „ *Postea in ducentis animalibus a* rabidis Canibus *vulneratis hæc cura adeo feliciter cessit, ut ex tanto numero* ne unicum *quidem periret, unde conclusit Cel. Auctor* (Desaultius) *Morbum hunc gravissimum, saltem ubi primum gradum non excesserit,* Mercurio, *sive salivam moveat, sive non moveat, cedere. Neque tantum in Animalibus, verum etiam & in Hominibus eadem Cura successit* ". Nec prætereundus Cl. *Sigismundus Grassius* hæc loquutus (*c*): „ *Variolarum mentio monet ut laudetur in hoc Morbo* Mercurius dulcis, *forsan quum sit hostis* ut Lumbricorum, *ita &* colluviei animatæ, quam ope & fide Microscopii *statuunt hodierni Philosophi in Morbis Malignis* (suppl. contagiosis). *Observavi remedium hoc, si detur in Morbi suspecti principio, vel præservasse plane, etiamsi alii in eadem domo Variolarum malignitate torquerentur, vel saltem a nimia eruptionis abundantia liberasse* ". Notabiliora hac super re offert Cl. *Franciscus Bouchardus* (*d*): „ *His*, inquit, *& multis similibus experimentis edocto mihi, super ea re jampridem meditanti major utique dubitandi occasio incessit, num* Mercurius *convenienter paratus & usurpatus, ut* Luis Venereæ,

(*a*) Tom. IX. in Boerh. §. 1392. p. 60.
(*b*) Tom. VI. §. 1146. p. 215. 216.
(*c*) Apud Manget. Tom. IV. B. M. P. p. 719.
(*d*) Apud eumdem ibid.

reæ, *fic Variolarum fit* alexicacos? *Qua de re quod fentio dicam ubi de* Morbis Analogis (quibufnam vero tam peculiaris analogia, quam Morbis contagiofis, ut fuperius inferiufque?), *eorumdemque* analoga curatione. *Quid interea ftatuendum, viderint inter fe Sapientes, utrius Morbi naturam, fymptomata, caufas, folutionis modum perfcrutati*, Mercuriique *dotibus non vulgari modo informati* ". Quidnam in hifce Morbis efficiat Mercurius habemus ex Ill. *Aftrucio*. Refert enim (*a*), *Arabes*, omnium primos vel ab ipfo *Serapione*, Mercurium ad *Pediculos* enecandos, *Scabiem* (de cujus animata Caufa §. 483. haud amplius ambigitur), *Herpetem*, *Impetiginem*, cæterafque *Cutis defœdationes* fanandas ufurpaffe, adjicitque (*b*): „ *Oportuit hæc figillatim memorare, quandoquidem conftat inde olim petitam fuiffe ex* Analogia (& fi analoga Curatio cur non item horum Morborum efficiens Caufa?) *Methodum illam curatoriam*, *feu* Therapejam Mercurialem, *quæ nunc ad* Luis Venereæ *curationem ufu potiffimum viget* ". Alio in loco (*c*) meminit Cl. *Jacobi Regnaultii* Parifini publica difceptatione *Hydrargyrofin* adverfus *Elephantiafim* propugnantis; ficuti ubique fui laudati Operis varios recenfet Auctores, Mercurium pro expellenda *Podagra*, *Arthritide* (ex Lue Venerea forfan promanantibus), *Lepra*, ipfaque *bubonica Pefte &c.* veluti *fpecificum* laudantes.

*Conclufio Quadragefimaquinta:*

Ab *analoga* igitur (§. 486.) Contagioforum Morborum Curatione atque *Prophylaxi*, folis fere *Anthelminticis* obtenta, haud facile eludendum elucet argumentum, quod devincit ipforum efficientem Caufam ab Animalculis conftitui.

*Etfi*

(*a*) Tom. I. de Morb. Vener. Lib. II. Cap. VII. p. 147.
(*b*) Ibid. p. 148.
(*c*) Tom. II. ibid. Lib. VII. p. 362.

*Etsi Epidemici omnes Morbi tam acuti, quam diuturni plurimis phœnomenis atque pathematibus inter sese ita conveniant, ut suum proprium constituant Genus; non aliud tamen perpetuo individuum ipsis inest Pathognomonicum Signum, quo ab aliis Morborum Generibus, Endemico, Pancoino, atque Sporadico, sejunguntur, certissimoque internoscuntur, præter unum, quo cæteri carent, Contagium.*

§. 487. Pestilitates omnes cum iisdem fere symptomatibus procedere, quæ a Morbis *Endemicis*, *Constitutionalibus*, atque *Sporadicis* non semel excitantur, quas variis in locis, & præsertim §. 453. adnotavimus, Observationes clarissime evincunt. Unum, quod sibi sollicite tuentur, illisque nunquam cessere, Contagium quidem est, quo Civitates, Provincias, Regna, atque Imperia depopulantur, & quo uno a reliquis Morborum Generibus discriminari simul & dignosci patiuntur. Quamvis vero malignitatem & sævitiem suam modis omnibus obvelare valent, eo ipso, quod proprium sibi assumunt, contagioso charactere ab Artis peritis si assequentur, facile extingui poterunt, utpote quæ ab arrepto Homine in sanos non proserpant, nisi postquam in vigore fuerint constituræ ( Phœn. XVI. §. 466. ); unde semel detectæ, facillimo negotio sub ipsorum incunabulis jugulari, inque paucis circumscribi sinunt, uti quamplurimæ *bubonicæ* Pestis Historiæ aperte nos docent. Id probe attendentes Sapientissimi *Venetæ Reipublicæ* Præsules, quum ad decimiquinti sæculi usque finem hominum Vastatricem *bubonicam Luem*, libere & sine sepimento per totam Europam divagatam infinita perpetrasse excidia comperissent, magnanimo ausu, humanissimoque in homines studio, jam ab anno 1484. quadraginta dierum custodias pro hominibus, mercibusque de Peste suspectis in suis portubus, finibusque sanciverunt: quod Institutum a reliquis Europæ Nationibus illico amplexatum (*a*) diram *bubonicam* Luem perpetuo in vin-



(*a*) Confer. Meadius Oper. Med. Dissert. de Peste Part. II. Cap. I. p. 182.

cula conjiciſſet, ſi a Scholis Medicis ejus Diagnoſis in ſolo Contagio eſſet definita.

*Hactenus præpoſtere prætermiſſa Contagii, individui bubonicæ Peſtis comitis, conſtantiſſimique Pathognomonici ſigni, animadverſio, innumeras* Europæis *regionibus attulit ſtrages: ſicuti & adverſus reliquas Peſtilitates hucuſque non adhibitæ, ne proſerperent, cuſtodiæ.*

§. 488. In dubium a quopiam minime vocari poteſt, Peſtilitatum omnium nuſquam nec unquam fallax *Prophylacticum* præſidium illud, *Infectorum* ſcilicet a *Sanis Separationem*, eſſe vetuſtiſſimum, & nedum Medicis ſed omnibus compertum hominibus [Conf. §. 440.]; quapropter rectiſſime hîc inquiri poterit: Undenam ut ab anno 1484. a *Venetis* reliquiſque *Europæ* Principibus, firmatis jam probis circumſpectionibus, ne exotica *bubonica* Peſtis in noſtras irrumperet Nationes, ipſa tamen pluries & fere centies ab eo tempore Europam diriſſimis affecerit plagis? Peſtilitates equidem *Lauſannenſis*, *Noviomagenſis*, *Italica*, *Veneta*, *Romana*, *Bruxellenſis*, *Londinenſis*, aliæque ſæculi XVI., & XVII.; & *Inferioris Hungariæ*, *Maſſilienſis*, atque *Meſſanenſis* cum reliquis hujuſce ſæculi; quot Civitates atque Provincias depopulatæ ſunt, irritis inſtitutis cuſtodiis! At enimvero ſollicite inquirendum erit: num idipſum ex *bubonicæ* Peſtis natura ſævitieque, quæ in vincula conjici minime patiantur, ortum ſit; an potius ex hominum incuria, luctuoſiſque Medicorum hypotheſibus? Pro hujuſce graviſſimi quæſiti aſſequenda explanatione, a diſertiſſimo *Meadio* recenſitas Obſervationes præſcrutemur oportet: „ *Rationem*, inquit (*a*), *idem Axioma* (Peſtis nimirum Contagione propagatur) *ſuppeditat, cur multi intra occupata Morbo* mœnia *tutos ſe præſtiterint, clauſa nempe porta* vitantes *commercium eorum, a quibus ſuſpicio erat maculatum iri contagio. Quum poſtremo* An-

(*a*) Ibid. Part. I. Cap. I. p. 169.

Angliam *Pestis inviseret*, *& per* Cantabrigiam *Civitatem dominaretur*, Collegia *Universitatis* immunia *præstitit hæc providentia*. Romæ *etiam*, *quam annis* 1656. *&* 1657. *Pestis vexabat*, Monachi, Monachæque *eodem modo a cœnobiis suis eam arcuerunt*; *qua in re* negligentius *custoditæ* Neapolitanæ Religiosorum *domus pejus etiam habitæ fuere*: *quin in nullos* Romæ Carceres *intravit Pestis*, *quos quidem spurcities sua debebat recipiendæ aptissimos fecisse* ". [ Confer. Phœn.XIV. §.466.]. Pestis igitur Miasmata ad distans satis circumscriptum insilire possunt, non autem ad magnam distantiam: Sed & quavis in Civitate irrumpant, paucissimos sub initio opprimunt: „ *Primum* [ ipsius *Meadii* verba sunt (*a*) ] *fit adventus Pestis* Romam *anno* 1656. *adductæ*, *ut affirmatur*, Neapoli *vestibus*, *aliisque mercibus*, *primo ad portum* Neptuni, *hinc ad vicinum* Castellum Sancti Laurentii, *denique*, post aliquam ibi moram, Romam. *Alterum exemplum desumptum est ex narratione de ortu Pestis* Massiliensis, *cui eo certius fidere licet*, *quod multa cum accuratione conscripta sunt*. *Apparet inde clarissime ex* Oriente, Levant, *allatam fuisse cum Mercibus*. Primus *enim ægrorum* Nauta *fuit ex navi asportante* merces: proximi, *qui merces curabant in custodiam datas*; *paullo post* Chirurgus, *quem* Magistratus Massiliensis *miserat ad examinanda corpora mortuorum* . . . *Tertium exemplum est Pestis*, *quæ hoc ipso anno* [ 1743. ] *pene totam depopulata est* Messanam. *Digna fide narratio publicata* Londini *docet*, Genuensem *navem ex* Oriente *&* Messanam *appellentem*, *quum compertum esset*, *nautarum* unum, *qui tetigisset cistas vestibus ex* lana xylina *plenas*, *emptas* Patris *in* Peloponeso, *in itinere* Peste *periisse*, *in custodiam datam fuisse*; *interim autem* clanculum vestes istas in terram asportatas *fuisse*. *Quum &* Patronus *navis*, *& Nautæ* aliqui *morerentur*, *incendio consumptam fuisse*. *Aliquo tempore* latuisse *eas merces*, *postea in* publico *venditas fuisse*, *eoque mox facto in* ea Urbis parte, *in qua apertæ sarcinæ erant*, *Morbum prorupisse*, deinde *per totam Urbem dominantem* ".



(*a*) Ibid. Cap. II. p. 173. seqq.

Sed & hominum commerciis, haud vero Aëris ministerio ab una in aliam Civitatem Pestilentia proserpit: „ *Vicissim*[a] *vidimus etiam, corruptissimum Aerem non solere infectionem ad longam distantiam spargere; sed ex una in aliam Urbem Pestem circumferri ab hominibus, & mercibus infectis: & innumerabilia sunt exempla Urbium, in quibus magnam hominum stragem edidit Pestis, proximis Urbibus, & Pagis immunibus. Inde fit, ut ex una in aliam Urbem Pestis pergat viis valde perplexis.* Thuanus *narrat, Pestem quondam in* Italia *primo anno* Tridenti, *&* Veronæ *fuisse, altero* Venetias, *&* Patavium *venisse, omissa* Vincentia in medio *posita; insequente tamen anno etiam hanc tetigisse: manifesto argumento*, non ab Aere transportatam fuisse Verona Patavium, Venetiasque; *oportebat enim obvia quævis infectum Aerem tetigisse. Simile nuper exemplum* Gallia *præbuit, quum ex* Provincia *in compluribus miliaribus distantem Agrum* Gevaudan *impetum Pestis faceret* ". Sed & in Civitatem Pestis irrupta, opportuna Infectorum ab hominum commercio *Separatione*, suis in incunabulis suffocari patitur: „ *Magistratus* Ferraræ (*b*), (est *Meadius* ipse, qui loquitur) *Urbis* Italiæ, *quum anno* 1630. *omnis circa Regio infecta* Peste *esset, observantes, quanta damna Vicinis sua consilia afferrent*, metu turbandæ mercaturæ omni modo Morbum celantibus, in domibus suis ægros relinquentibus, *decreverunt, si ipsos sors tangeret, alia omnia facere. Itaque, quum primum essent certiores facti*, Peste hominum aliquem mortuum esse, sine mora totam eam Familiam in Nosodochium transtulerunt, *ubi omnes, septem autem erant, mortui sunt. Suppressus hoc modo vehemens certe* Morbus impeditus est progredi. Septies, octiesve uno in anno ingressum tentans Morbus, semper uno ictu ea Methodo succubuit. *Exemplum hujus Urbis deinde sequutæ sæpius aliæ Civitates vicinæ* adeo felicem Methodum expertæ sunt, *ut commodi publici causa videretur in* Commentariis Ferrariensis *Populi pa-*

(*a*) Idem ibid. p. 175.
(*b*) Idem ibid. Part. II. Cap. II. p. 183. seqq.

*palam pronunciare:* Solum contra Pestem Præsidium esse, quam potest fieri, mature eam detegere, atque ita in ipsis initiis opprimere (*Muratori Governo della Peste lib. I. c. 5.*). *Æque memorabile est exemplum, quod anno* 1657. Romæ *Pestis dedit .... Quum jam diditus Morbus esset per divites, pauperesque, fureretque violentissime, Papa* Gastaldium Cardinalem *Commissarium generalem Curandæ Sanitati fecit, delata ad ipsum ad aliquod tempus Auctoritate* totius Sacri Collegii, *ut quod videretur ipsi necesse fieri, faceret. Itaque severo imperio* vetuit ægros, aut suspectæ valetudinis homines domi suæ perstare. *Ægri*, quamprimum *alicubi aliquem esse compertum erat*, asportabantur *in* Nosocomium *extructum in* Insula *aliqua* Tiberis, *reliqui autem, qui in eadem domo erant*, in alia Nosodochia *extra Urbem*, *mittendi inde in* Insulam quamprimum Morbo corriperentur. *Eodem tempore curavit bona eorum deferri* in locum Aeri expositum *ibi repurganda. Hæc sua imperia exsecutus est summa cum accuratione*, neque concessit vel primæ sortis Hominibus, ut essent exempti: *quæ quidem* Cardinalis *severitas primo contra ipsum querulas voces movit*, mox tamen omnium ipsi gratias promeruit: *spatio enim* duorum mensium *pene totam Urbem* repurgavit a Peste, *quæ jam totidem annis tyrannidem ibi suam exercuerat. Observatumque sigillatim est, quum antea sicubi in domum aliquam* Pestis *irruerat, raro quemquam ejus Familiæ non corriperet*; hac Methodo *effectum fuisse, ut sanorum, qui domibus infectis cedere jubebantur, vix quini quique ex centenis inficerentur.* = *Neque possum non observare etiam* Massiliæ *sopitam* hocipso modo *quievisse* Pestem *per binas septimanas*, extinguique penitus facile *videtur potuisse, nisi fuisset intempestiva Incolarum securitas ob hanc intermissionem tanta, ut plane negatum irent, Pestem in sua Urbe fuisse . . . Præter hæc aliarum Regionum exempla, est & proprius ejusdem generis, nostræ. Tempore postremæ* Pestis in Anglia, *quum* primum pedem *inferret in Urbem* Pooltn Dorsetshire, *compressa statim fuit a* Magistratu, qui ægros in Nosocomia afferri *jubebat* ". Hæ a *Meadio* recensitæ Observationes clare docent, *bubonica* Peste affectos, haud sub

Morbi

Morbi initio; sed circa ejus vigorem contagium sanis affricare; quod probe ipse *Meadius* perspectum habuit, sequentia scribens [a]: „ *Negari quidem nequit, malignas aliquas Febres contagiosas esse, verumque contagia venenum esse, sed distincta velim originem Morbi, & communicationem cum aliis mortalibus. Alia occasione copiose de hac re dixi (Discursu de Peste); hoc loco saltem moneo, quando cum alio inficiens Febrem communicat, qui ea correptus est*, solere id fieri in fine Morbi, *nempe quum, quemadmodum de* Hydrophobia *dicens observavi, fermentans sanguis magna copia agiles particulas in glandulas ejicit &c.* ". Confer. Phœn. XVI. §. 466. Ratis igitur nec facile vellicandis Observationibus clare liquet, I. *Bubonicam* Pestim vel in ipsa Civitate, ubi debacchatur, probe declinari posse, una sanorum a contaminatis circumspectione; II. Eamdem, quævis in loca primum irrumpit, haud multos, sed paucissimos aggredi; III. Ab una in aliam Civitatem minime per Aerem, sed per infectos homines, mercesve ejus tabo conspurcatas, transmeare; IV. adhuc longe lateque quavis in Provincia furentem, opportuna conquinatorum a sanis *Separatione*, tam in Civitatibus, quas occupare contendit, quam in iis, quas immaniter depopulatur, extingui prorsus ac propulsari posse; V. demum, homines *bubonica* Peste correptos, minime sub hujus diri Morbi initio, sed eo vigente declinanteque contagium sanis hominibus, mercibusque affricare. Qui hæc intime accurateque perpenderit, inficias non ibit, hominum interneciones, post initas *Venetas* custodias a *bubonica* Peste in *Europa* perpetratas, haud hujus truculentæ Luis Naturæ, facillimis coercendæ vinculis, tribuendas esse; sed potius hominum incuriæ ac nequitiæ, & præsertim hypotheticis Medicorum disceptationibus. Hoc assertum haud dilucidius demonstrari poterit, quàm quibusdam *bubonicæ* Pestis in Europam irruptionis Historiis in medium adductis. Dum anno 1576. Lues *bubonica* Venetias clan-
cu-

(a) Ibid. Tent. VI. de Venenat. ex Terra halit., de Aer., Aquisque Venenat. p. 149.

culum irrupiſſet, deque ejus præſentia contentio exorta eſſet, *Venetus Senatus*, ut de vera ejus Morbi natura certior fieret, Præclariſſimos *Hieronymum Mercurialem*, & *Hieronymum Capivaccium* ex *Patavino* Lycæo arcerſiri curavit. Hi Cel. vero Viri, prætermiſſo individuo *Luis* comite atque indiſſolubili *Pathognomonico* Signo, nimirum *Contagio*, *Epidemicumque* Morbum ab Aere, uti hactenus ratum, promanantem faciliique, qua neſcimus, methodo expugnandum definientes, infelici cautionum jam initarum remotione, eo Peſtim adigere, ut priuſquam *Patavium* privato itinere regrederentur, illa in immenſum ſic exardeſceret, ut brevi centum Hominum millia orco tradiderit [*a*]. Ingreſſa anno 1713., quæ superiori anno 1712. *Hannoveræ* graſſata fuerat, *bubonica* Peſtilitate in *Inferiorem Hungariam*, Artis Medicæ Periti *Bubones*, *Anthraceſque*, quibus ſtipata incedebat, haud *peſtilentes*, ſed vel *ſporadicos*, vel ab Aere *epidemicos* pronuntiarunt, ſpretoque *Contagii* charactere innumera mortalium capita Libitinæ cenſui addixere [*b*]. *Meadius*, qui primum *vulgaris* Peſtis *pathognomonicum* Signum *Bubones*, *Anthraceſque* determinat, de Peſte *Maſſilienſi* anni 1718. hæc præ reliquis ſcribit [*c*]: „ *Magnæ hoc calamitatis Cauſſa fuit, quod ita Peſtis morti ægros dabat*, antequam ullæ ſe proruptiones monſtrarent. *Miſſi ad examinanda mortuorum corpora Medici, & Chirurgi, quum non invenirent pathognomonica ſigna* [ Anthraces nimirum ac Bubones, vel hac obſervatione ex Peſtis pathognomonicis exturbandos ] *retulerunt Magiſtratui*, non eſſe Peſtem: *atque in hac ſua opinione perſtiterunt, donec ipſorum aliquis cum Familiæ parte infectione periret. Hæc horum virorum Affirmatio impedivit neceſſarias cautiones* “; indeque, referente Cl. *Jo: Richa* [*d*] ſex menſium ſpatio in *Maſſiliæ* Urbe ejuſque Agro plus, quam quinquaginta hominum millia deſiderata ſunt. Nec Pe-

(*a*) Apud Swietenium Tom. IX. in Boerhaav. §. 1412. p. 151. 152.
(*b*) Ex Genſelio Conſtit. Epidem. Infer. Hungar. ann. 1713. apud Sydenh. Tom. I. p. 512.
(*c*) Op. Med. Diſſ. de Peſt. Part. I. Cap. I. p. 166.
(*d*) Conſtit. Epidem. Taurin. ann. 1720. apud Sydenh. Tom. II. §. LXXI. p. 541.

Pestis *Messanensis* anni 1743. intra menses tres quadraginta mortalium millia cum octoginta nobilium Familiarum internecione obtruncasset, florentissimumque tunc temporis ejus Urbis, totiusque Siciliæ commercium pessumdedisset, exterisque Nationibus concessisset, si, vulgato ingruentis Pestis rumore, triginta tres rei Medicæ Expertissimi Viri, apertum jam *Contagium* prætereuntes, jurejurando non essent testati, id genus Morbi longe a Pestis natura distare [*a*]. Plurima, immo tot, quot a sæculo decimoquinto hucusque in *Europam* invectæ sunt *Bubonicæ* Pestilitates, sine erroris formidine coacervari exempla poterunt superioribus persimillima; quum ex hactenus demonstratis in compertis ab omnibus haberi debeat, Pestim *bubonicam*, ubi sub suæ aggressionis initio probe detecta fuerit, expedita opera suffocari extinguique posse. *Multa* superius proposita compescendæ distringendæque sunt *Epidemicæ* Febres *Ardentes* & *Phreniticæ*, *Intermittentes Mali Moris*, *Hungarica* sic dicta, *Petechiales*, *Dysenteria*, *Morbus vervecinus* vocatus, *Angina* ulcerosa, omnes acuti contagio muniti. Quid enim vero? Siccine oculis legi poterunt truces Mortalium clades, quas edidere *Epidemicæ* illæ Febres a *Fracastorio* [*b*]; *Sylvio de le Böe* [*c*]; *Ramazzino* [*d*] tribus diversis annis, & ab *Huxhamio* [*e*] duodecies intra viginti annos lethaliter grassatæ, *Italiamque*, *Bataviam* atque *Plymuthum* depopulatæ; quasque inter innumeras exempli loco hic retulisse juvat? Nulla ab hisce Artis Præsulibus, sed neque ab aliis, quantum scimus, pro ipsarum inhibendo Contagio neque per somnum concepta est animadversio. Scilicet, *Epidemicis* Morbis humano Generi *contagione* exitiosissimis impune grassari liceat, dummodo *Bubonibus*, *Anthracibus*, *repentinisque Mortibus*, quibus una Pestis *bubonica* stipatur, destituantur! Subditorumne excidia a reliquis contagiosis Morbis

(*a*) Stor. dell'anno 1743. Lib. III. a p. 250 ad 264.
(*b*) De Morb. Contag. Lib. II. Cap. VII. p. 88.
(*c*) Prax. Med. Tract. X. p. 523 seqq.
(*d*) Constit. Epid. III. apud Sydenh. Tom I. & II. ....
(*e*) Tom.I. & II. de Aer. & Morb. Epid. sparsim.

bis patrata Rempublicam impendio haud magis commovebunt, quam quæ a Peste *bubonica* conficiuntur? Longo luctuosoque *Veterno*, quo hactenus detenti fuimus, proh Juppiter! expergiscamur; cunctaque persentiat *Europa* suum robur, divitias suas, suamque Fœlicitatem, quam omni studio assequi captareque nititur, frustra se expectare, nisi Populorum frequentiam, una Pestilitatum omnium *Extinctione* obtinendam, consequuta fuerit. Quod hactenus quandoque factum est, universim fieri nihil prohibet. Mense Februario anni 1780. in *Neapolitano Incurabilium Nosocomio*, Febris quædam contagiosa Puellarum *Tinea* affectarum Stationem ingressa est. Res ad Nosocomii Moderatorem Ill. *D. Marcum Antonium Carafa* delata est. Initur a Neapolitanæ Medicinæ Proceribus Concilium, quo decerneretur quomodo Epidemicæ Febri occurrendum, ne in sanos proserperet. Salutifero consilio statutum, sanas Puellas a prope triginta infectis secerni, & si qua e secretis aliqua in Febrim incideret, in contaminatarum locum protinus transferri. Hisce probe peractis, contagiosa Febris „ *intra duorum mensium spatium* [ sunt verba Eruditi *Natalis Littieri* [a] ] *sævire ac propagari desiit* ". Epidemicam Petechialem Febrim anno 1785. ab *Augusta* Civitate, ubi populariter grassata est, in Patriam nostram Juvenis *D. Franciscus a Paula Caltabiano*, qui illic Sororem infectam inviserat, asportavit. Altera ejus Soror *D. Angela* quæ Fratri jam tali Peste decumbenti, & e vivis dein sublato, intimius ministravit, eadem arripitur, & feliciter curatur. Hanc Pestim aptis circumspectionibus nos jugulasse videmur, caute providentes ne in sanos contagione transiliret (*b*).



(*a*) Differt. de Remed. Febrifug. nostrat. &c. Art. VI. §. LIV. p. 52. Edit. Neapoli.....

(*b*) Confer. nostr. Commentarium, cui titulus *Memoria per servire alla perfetta Estinzione del Vajuolo e degli altri Morbi Contagiosi &c. p.45. Napoli* 1787.

Quum igitur *Bubonica Pestis* multigena ac varia existat [ §. 62. ]; sub versipelli morborum adhuc Sporadicorum larva ſtiolissime grassetur [ §. 452. & 453. ]; & sub suæ aggressionis initium *pathognomonicum* non aliud signum præbeat quam unum *Contagium* [ §. 488. ], cæteris Pestilitatibus individuum comitem [ §. 487. ]; meridiana luce clarius liquet, Europam non aliud possidere *prophylacticum* Præsidium, quo se ab illius aggressionibus clanculum repentibus certo certius tutari valeat, quam *generalem Multam* adversus omnes contagiosos acutos Morbos instituendam: quæ nihil aliud importat, nisi opportunam sollicitamque unius vel alterius infecti hominis sub primo cujusque contagiosi Acuti Morbi impetu a sanis *Separationem*: quæque ob perspectam Contagiosorum Morborum exoticam originem [ Concl. XXXI. & seq. ], intra brevissimum binorum, ad summum trium annorum curriculum, nedum a *bubonicæ* Pestis grassatione Europæas Nationes immunes reddere, sed ab universa Pestilitatum, tot hominum myriades quotannis interimentium, cohorte aptissime liberare valet; quod in optatis semper habuimus, & idipsum nostram demonstrat totius Operis ( §. 60. ) unicam Propositionem.

*Variolosa, Morbillosa, atque Rubeolosa Pestilitates, clariores præ reliquis Pestibus acutis habent characteres; unde facilius expeditiusque in tota Europa prorsus extingui possunt.*

§. 489. Jam properamus ad Metam, quam in toto hocce Opere construendo accuratius præ oculis semper habuimus, *Variolarum*, videlicet, *Morbillorum*, ac *Rubeolarum facillime in tota Europa obtinendam Extinctionem*. Has equidem Pestilitates *Thucydidis* atque *Hippocratis* temporibus in *Græciam* atque *Thraciam* ( Concl. XXII. ), *Diodori Siculi* diebus in *Syracusas* [ §. 410. ], *Herodoti Medici* ætate iterum in *Græciam* ( §. 413. ], & sub *Claudio Galeno* in *Italiam* [ §. 425. & 426. ] ab *Æthiopica* pla-

plaga hominum commercio per contagium irruptas, haud sponte nec senio confectas, sed opportunis adversus ipsarum contagium circumspectionibus [ §. 440. ] extinctas atque ab Europa prorsus deturbatas esse, illa evincit Observatio, quod, a sæculo saltem decimo ad nostra usque tempora, simulac eædem veluti Morbi hominibus *connati* habitæ, nec adversus ipsarum contagem ullæ adhibitæ sint cautiones, in quamcumque Regionem invectæ sunt, ibi firmam posuerunt & etiamnum detinent sedem. Ipsis vero eadem hodierna, ac vetusta inest natura, prorsusque idem proserpendi mos. Quæ de unis Variolis hic apponimus Observationes, de Morbillis atque Rubeolis adhuc erunt intelligendæ. Variolæ ab uno ipsis contaminato homine, ab indusiis suo tabo conspurcatis, quovis tempore, & ubique locorum suas exordiuntur mortiferas grassationes. *Pamphili de Narvaez* Mancipium Variolis obsitum in *Americanas* vastissimas Regiones hanc Pestim quovis hostili bello truculentiorem *primum* invexit (*a*). *Batava* Navis per linteamina pure varioloso maculata, *Hottentotis* incognitum hunc Morbum affricuit (*b*). Variolatus gregarius Miles hac *Lue* universam Urbem *Eboracum* infecit (*c*). Infantulus hac Peste extinctus *Vindobonæ* ejus epidemicam grassationem attulit (*d*). Miseri *Saltzburgenses* patria ejecti in *Plymuthum* Variolas adducunt (*e*). Juvenis *Amstelodamo*, ubi Variolæ grassabantur, discessus in Urbem *Leidam* Morbum asportavit (*f*). „ *Dum indusium* (sunt verba laudati *Swietenii* (*g*)) *Juvenis, qui hoc Morbo* (varioloso) *laboraverat in* Dania, *lavat Mulier in* Insulis Ferrœnsibus *inficitur*, *&* propagatur *Morbus magnam stragem edens* " . In cunctis Variolosarum grassationum probe elaboratis Historiis, ut plurimum hæc præmittuntur verba: *Variolæ sporadicæ vagantur; modo ingrediuntur*



(*a*) Astruc. Tom. II. de Morb. Ven. Lib. VII. p. 376.
(*b*) Mead. de Variol. Cap. I. p. 34.
(*c*) Lister. apud Manget. Tom. IV. B. M. P. p. 683.
(*d*) Swiet. in. Boerh. §. 1382. p. 16.
(*e*) Huxham. Tom. II. de Aer. & Morb. Epid. p. 11.
(*f*) Swiet. L. s. c. p. 25.
(*g*) Ibid. pag. 23.

*tur*; *nunc incipiunt*, & alia hujusmodi: „ *Variolæ* ( sunt hæc *Sydenhami* verba (*a*) ), *quæ vel prorsus* delituerant, *vel* rarissime comparuerant, *caput* cœperunt *attollere*, *jamque* in dies *latius grassantes sub Autumno* Epidemicotatos *factæ sunt* ". Ex *Boerhaavio* (*b*) Variolosus Morbus „ *verno tempore* primo incipit; æstate crescit; languet *autumno* ". Quisnam ex hisce Observationibus Canonis instar non amplexabitur: *Variolosa Pestis quamprimum ad sanam Civitatem contagio transmittitur, ab uno alterove alibi ea infecto homine, vel a fomitibus illuc asportatis, quæ unum vel duos infecerunt, suæ grassationis initium ducit?* Liquet igitur, hunc dirum Morbum ex suo in sanos proserpendi more facillime exturbari posse: quod quidem & alii ejusdem characteres obtentu expeditissimum supra *bubonicam* Pestim, reliquasque pestilentes Febres reddunt: & quidem I., quod cæterarum Pestilitatum acutarum *Diagnosis*, quum uno Contagio, quo stipatæ sunt, innitatur ( §. 488. ], ut certe definiantur, expectandum ut, qui primus ab una ipsarum arreptus fuit, uni vel altero suum Morbum communicet; Variolarum vero *Diagnosis* hodienum simulac eruperint ipsis illitteratis, Mulierculisque satis clara est, unde, ut cognoscantur, haud opus est expectare ut primus contaminatus alios inficiat. II., quod, etiamsi reliquæ Pestilitates, nisi ad vigorem pervenerint, contagiosæ non sint ( ibid. ), attamen statutum diem, quo id efficiunt, hactenus non habemus, unde sub infectorum a sanis Separatione suspicio semper erit, ne separandorum assidentes, & ab illis contrectata linteamina, vestes &c. contagium suscepere: in variolosa vero Peste pro comperto habetur [ Phœn. XVI. §. 466. ] eam contagium sanis non affricare, nisi postquam ejus Pustulæ suppurationem colliquationemve attigerint; inde ante id temporis remoto a sanis Variolato, nullus relinquitur a propinquis vestibusque pertimescendi contagii locus. III. denique, quod, quum æquissimum sit, ut qui a sanis

(*a*) Tom. I. Sect. III. Cap. I. p. 40.
(*b*) Aphor. de Cognosc. & Curand. Morb. §. 1380.

ſanis ſeparantur Infecti neceſſario opportunoque ad ſanitatem recuperandam miniſterio minime deſtituantur, clarum eſt, eos, qui *Epidemico* alio Morbo coinquinatis inſervire debent, aptis circumſpectionibus uti debere, ne inficiantur illorum contagio: contra ac in Peſte Varioloſa, Morbilloſa, Rubeoloſa, quæ bis eumdem hominem non corripientes [ Phœn. X. §. 466. ], ægrotorum famulitium jam ſub pueritia hiſce morbis defunctum omni contagio illæſum manere ſinunt. Invictæ cæteroquin extant Obſervationes, quibus liquet Variolarum contagium anguſtiſſimo in loco conſtringi poſſe, ne ſerpat. En quas offert *Swietenius* (*a*): „ *Moris ibi* ( in Collegio nimirum Thereſiano ) *erat*, *ut Variolis correptus* ſepararetur *ab omni commercio cum reliquis per ſex ſeptimanas*, *computando ab ipſo Morbi initio*. *In ſpatioſis his ædibus loco remotiſſimo*, *cubicula alta bene perflata ſervantur in hos uſus*: *tamen a* 23. *Novembris* 1749. *ad* 10. *Aprilis* 1750., *quo ultimus ægrotare incæpit*, *triginta Variolis decubuerunt* ( & quidem contagio affecti a primo variolato poſt ſex hebdomadas in commercium revocato, ut ibidem ). *Siluit hic Morbus omnino* per integrum triennium. *Tertio Julii* 1753. *illuſtris Juvenis Variolis corripitur*; *a quibus quum feliciter convaleſceret*, *rogavit ipſe*, *ut* diutius *a reliquis* ſeparatus *maneret*: *memor enim prægreſſæ Epidemiæ Varioloſæ metuebat ne inficeret*. *Tulit ſolitudinis tædium* per integros tres menſes *animoſe hoc cum effectu*, *ut* nullus *ex Commilitonibus* infectus fuerit. *Anno* 1757. *Octobris vigeſima ſecunda die Variolis correptus fuit in* Collegio hoc *illuſtris Juvenis*, *quem ſequebatur alter vigeſima prima Novembris ejuſdem anni*. *Per* novem ſeptimanas ſeparati *ab aliis manſerunt*; *nec præter hos binos ullus infectus fuit*... *Dum anno* 1759. *Variolæ quammaxime graſſarentur* per urbem, in Collegio Thereſiano *quoque denuo cæperunt multos corripere*; *ita ut a vigeſimo Julii ad ſecundum Januarii viginti tres laboraverint*, *antequam ceſſaret Morbus*. *Notandum autem eſt* plures ex Academicis ſuos adire, qui in Urbe

(*a*) Tom. IX. in Boerhaav. §. 1403. p. 120. ſeqq.

be habitabant, in qua *dum Variolæ* quammaxime grassabantur, facile contagium contrahere potuerunt. *Siluit tunc Morbus per decem fere Menses in* Collegio, *donec duodecima Novembris, & nona Decembris* 1760. *iterum corriperet duos, quos tertia Januarii, & prima Februarii* 1761. *secuti sunt bini alii*. Solitis cautelis adhibitis, Morbus ulterius non fuit propagatus. *Anno* 1763. *Octobris decimaquarta die unicus Variolis correptus fuit; quo* remoto *ab aliorum commercio* per novem septimanas nullus alius *infectus est*. *Ex his constat a Variolis sanatos satis diu adhuc aptos manere, ut contagium aliis nondum hunc Morbum passis communicent: tempus autem ad quod aptitudo illa permanet*, licet novem septimanas non excedere *utcunque forte videri queat, non tamen satis liquido inde patet, ut certi quid exhibere possit hactenus* ". Hæc *Swietenius*, qui aliam ex hisce Observationibus sponte profluentem sequelam alibi (*a*) sic adnotavit: ,, *Videtur constare* observatis, Acrem contagium hoc (cujuslibet nimirum Morbi Epidemici) *ex corpore hominis infecti receptum*, non longe diffundere posse, *si accessu ad infectum locum, & omnibus cum eo commerciis, severissime interdicatur*. *Dum in* Nobilium Collegio *unus Variolis inficeretur, mox ab omni commercio cum reliquis* remotus *fuit*, *& post Morbum toleratum* per plures septimanas habitavit solus: *licet autem Variolæ grassarentur* epidemice, nullus *ex reliquis infectus fuit* ". Unum hic quæsumus ab ingenuis Medicinæ Præsulibus, num scilicet aliqua subsit causa, cur quæ in *Nobilium*, & *Theresiano Collegio* adhibitæ sunt pro coercendo Variolarum Contagio Cautiones, si in tota *Vindobonensi*, cunctisque adhuc magna Populorum frequentia confertis Civitatibus probe institutæ fuerint, non eumdem allaturæ erunt faustissimum effectum, ac in allegato *Collegio* præstitere? Jam hic supra spectavimus, Variolosam Pestim quavis in Civitate, quovisque Pago ab uno alterove suæ grassationis initium assumere. Jam per *Swietenium Vindobonæ* maxima hominum multitudine stipatæ Morbus variolosus

(*a*) Ibid. §. 1409. p. 141.

losus *per integrum* primo *triennium*, dein saltem *per decem Menses prorsus siluit*; silebit & futuris diebus nunc per menses, modo per annos: Non est igitur, cur, quum denuo in liberam Civitatem insurrexerit, sub primo ipsius impetu una paucorum infectorum a sanis *Separatione* omnino extingui non poterit. „*Disseminatio Contagii* (sunt hæc verba Cl. Scultzii [a] & quidem pro Variolis] *circumspectione inhiberi potest* “. Ex *Hoffmanno* [§.295.] „ *incursum Variolarum arcere per remedia fuit irritum*; optimum *vero* fuga tantum *contagii* “. *Sylvius de le Böe* [b]; *Diemerbroeckius* [c]; *Tissotius* [d]; ipse *Swietenius* [e], aliique quamplurimi, sub malignis Variolis Sanorum fugam a Variolatis summopere & cum optimo eventu commendarunt. An vero Sanorum a Civitate exturbatio commodior erit faciliorque, proserpente interim longe lateque Variolosa Peste ad reliquorum usque excidium, præ unius, trium, decem variolatorum a sanis *Remotione*, & quidem Variolosa suffocata contage? Quid? Ignavissimi *Ottentotæ*, quamprimum a *Batava* Navi Variolas in suas terras advectas senserunt „*postquam* [juvat hic *Meadii* verba ex §. 79. repetere] *experientia didicerunt Malum hoc* contagione *spargi*, *non defuit eis solertia*, *qua se defenderent*. Munimentis *itaque* ex vallis *contra hanc Pestilentiam* pugnabant; *quæ adeo* diligenter *qui adhuc erant sani* custodiebant, *ut* telis *occiderent*, *si quis ex vicinis*, *jam* vi Morbi repletis *ea transilire aggrederentur* “. Repetamus & illa *Helbigii* [§.75.] jam exscripta: „ *Quatuor ab hinc annis* (hoc sane sæculo) *in Insula Australi-Orientali* Moa *tertiam hominum partem Morbilli interfecerunt*. *Insulæ* igitur *illæ*, *quæ Hollandos adorarunt nondum*, hanc ob causam [nimirum Variolarum ac Morbillorum contagii suscipiendi metu] *navigantibus nostris* accessum ex mari

(a) Apud Trall. Vexatiss. nostra ætat. &c. apud de Haen Tom. III. Op. Phys. Med. Quæst. VIII. p. 140.
(b) Prax Med. Append. Tract I. Cap. IX. §. LXI. p. 403.
(c) Apud Manget Tom IV. B. M. P. p. 694.
(d) Inocul. Giustif. Artic. XIII. §. XCII. Concl. p. 149. Trad.
(e) L. s. c. §. 1403. p. 115.

mari in terram *negant* ". Si hæc ea non sunt, quæ nos Artium omniumque Scientiarum luminibus perfusos resipiscere cogant, *Turcarum* saltem *fatali* ignaviæ incuriæque in perpetienda *bubonica* Peste (§. 444.) in posterum illudere supersedeamus oportet, ne illi e somno tandem excitati in faciem nobis Juvenalis illud objectent:

*Clodius accusat Mœchos, Catilina Cethægos.*

*Conclusio Quadragesimaseptima.*

*Variolosa* igitur, *Morbillosa*, atque *Rubeolosa* Pestilitates [ §. 489. ] facillimo præ reliquis, expeditissimoque negotio a tota *Europa* exturbari, longeque abigi possunt.

*Tuendæ Sanitatis Publicæ adversus Pestilitates omnes aptiora expeditioraque præ hactenus adhibitis Instituta, quinis simplicissimis facillimisque Legibus comprehenduntur.*

§. 490. Quilibet Morbus, qui non ab alia causa oriri potest, quam a peculiari ipsius Seminio, ubi hoc non adfuerit, vel, si præsens sit, extinguatur, amplius nec excitari nec unquam oriri poterit: implicaret enim manifestam contradictionem. Hujusmodi esse indolis ac naturæ *Epidemicos*, sive *Contagiosos* omnes Morbos tam acutos, quam diuturnos innumeræ in hoc Opere exscriptæ ratæ Observationes clare evincunt, & sequentia confirmant *Swietenii* verba [*a*]: „ *Contagium sufficit in sanissimis etiam corporibus ad hunc Morbum* [ Variolosum scilicet ] *producendum: quare ergo incertam aliam causam ponemus, quum videamus &* in aliis Morbis Contagiosis *solum Contagium sufficere? Nemo enim facile credet, requiri fomitem quemdam morbosum in corpore præexistentem, ut quis a rabido Cane demorsus rabiosus fiat, ut cum Peste laborantibus conversatus eumdem Morbum acquirat, ut Dysenterici fæces lustrans eodem morbo corripiatur* ".

(*a*) Tom. IX. in Boerhaav. §. 1382. p. 19.

*tur* ". Quum itaque compertum maneat [ Concl. XLVI. ], Pestilitates omnes *Europam* etiamnum vastantes ab alienigenis regionibus uno contagio in ipsam advectas esse; nec sponte apud eamdem unquam vel usquam fuisse natas, utpote quæ nullum in ipsa suorum Seminiorum domicilium possident; liquet non aliam a Summis *Europæ* Principibus dandam esse Operam ad illas exturbandas conficiendasque, quam quæ præsentia earum *Semina* extinguere, & ne ingrediantur exotica prohibere valeat. Id ut auspicato consequatur, sequentes *Institutiones*, exequutuque facillimæ *Leges* probe sufficiunt.

*Institutio Prima.*

§.491. Supremæ Potestatis jussu omnes cujuscunque Civitatis, Pagique Ecclesiarum Parochi, Præfectique quibusvis festivis diebus inque Missarum sollemnitatibus cives suos aptissimis instruant colloquiis, falso hactenus creditum esse, *quemcumque hominem Variolas, Morbillos, Rubeolam necessario & ex naturæ ordine pati debere*; simul & falso assertum esse, *cunctas reliquas Epidemicas Febres, sive Contagiosos Morbos ab occulto Aëris statu, vitiata temporis constitutione, aliisve sensibilibus apud Europam causis exoriri*: illosque accurate moneant, nullum hominem contagiosum aliquem Morbum passurum in ævum fore, qui de illius contagio apte sibi cavere studeat. Hæ magni momenti *Institutio* tanquam Basis *Extinctionis* Pestilitatum respicienda erit.

*Institutio Secunda.*

§. 492. Quævis Regni Provincia in commodas Ditiones distribuatur; inque harum unaquaque Vir publicæ Felicitatis studiosissimus delegatur, qui a cæteris Reipublicæ muniis liber, sub una Principis tutela Judicem sibi præpositum habeat Generalem totius Regni *Sanitatis Publicæ* Magistratum. Hic accepta renuntiatione Variolarum, vel cujuscunque *contagiosi acuti* Morbi in aliquam suæ Ditionis Civitatem Oppi-

dumve recenter irrupti, quantocyus Supremum Magistratum de his certiorem faciat, omnibusque suæ Ditionis *Sanitatis Publicæ Præfectis* Locum Variolis contagiosove Morbo invasum significet per Tabellarium, qui ex ære publico cujuslibet Civitatis ratam accipiat mercedem; ut illorum quilibet cives suos de Civitate Variolis vel Contagioso Morbo arrepta commonefaciat; quo Variolosam Pestim qui nondum sustinuerint, a Civitate hac labe maculata probe sibi caveant.

### *Institutio Tertia.*

§. 493. In omnibus Regni Civitatibus, Oppidis, Pagisque tot seligantur *Sanitatis Publicæ Inspectores*, quot Populorum frequentia, Stationumque numerus requirunt, prudentia, probitate, inque rebus gerendis dexteritate clari; iisdemque ac Ditionum *Inspectores* fulciantur privilegiis, Magistratusque Loci auctoritate auxilientur, quo eorum mandata ad rem opportuna probe observentur. *Hi quidem*, simulac resciverint, in Locum suæ jurisditionis aliquem ex Contagiosis Morbum irrupisse, per Tabellarium [§. 492.] Ditionis *Inspectori* illum protinus nuntiare debent; suisque Civibus domum morbo arreptam indicare.

### *Institutio Quarta.*

§. 494. Ære publico in quavis Regni Parochiali Ecclesia duo vel plures Cassæ perpetuo præsto sint, quarum rimulæ multa obstruantur pice, ut nihil intus ad exrra effluat; unisque contagioso quocumque Morbo occumbentibus claudendis efferendisque destinentur.

### *Animadversio.*

§. 495. Quatuor hæ a Supremis Regni Potestatibus præscribendæ *Institutiones* a nemine, uti remur, probo ingenuoque viro Ærarii Regii emolumentis, hominum commerciis, privatisve Familiis adversæ, vel minimum incommodæ prædicari

cari poterunt; ſed neque hujus indolis erunt, quæ ſequuntur ad inſtitutam Peſtilitatum *Extinctionem* aſſequendam probe ſervandæ Leges.

## *A Supremis Poteſtatibus ſtatuendæ Leges.*

### *Lex Prima.*

§. 496. Cives omnes tam nobiles quam plebei, & præſertim Medici, Chirurgi, Barbitonſores, Obſtetrices, ſimulac hominem Variolis, aliove contagioſo Acuto Morbo teneri aſſequuti fuerint, ſuæ Stationis *Sanitatis Publicæ Inſpectori* illum protinus manifeſtare teneantur, ſignatis ægroti nomine, familia, domuſque loco; quique huic mandato non obſequuntur, aliqua plectantur Supremæ Poteſtatis arbitrio infligenda pœna; ſimulque munuſcula ære publico ſolvenda Popello proponantur, qui occultum infectum *Inſpectori* detexerit.

### *Lex Secunda.*

§. 497. Quamprimum in Civitate quovis Contagioſo Morbo jam libera aliquis Homo Variolis corripiatur, aut detegatur aliquam ex Epidemicis Febrem contagione in ſanos proſerpere, præſertim ſi conſtiterit primum hac Febre correptum in loco, ubi id genus Morbi epidemice graſſatum eſt, illam contraxiſſe; ejus Civitatis *Salutis Publicæ Inſpectores* curent ſummo ſtudio, ut Variolatus, antequam ejus Puſtulæ purulentæ evaſerint, contagioſa vero Febre detenti, priuſquam Morbus ad vigorem pertingerit, (Phœn. XVI. §. 466.) in ſolitariam, & ab hominum commercio diſcretam domum transferantur; & ſi ex Magnatibus fuerit, in aliquod ipſorum ædium remotum cubiculum; illiſque binos addicent Famulos Variolas jam paſſos, & ægrotis propinquitate conjunctos, cunctis ad ægritudinem percurandam appoſite pro infimæ ſortis hominibus ære publico comparatis. Ægrotos hoſce bis de die ſelectus Medicus adeat, circumſpi-

ſpiciens ne ipſe ſub viſitatione contagioſo inficiatur tabo, peculiari indutus chlamyde pice obſita, ſub egreſſum deponenda; accurateque Aceto, Vinique ſpiritu Faciem manuſque ſuas perlavet; quæ probe obſervari adhuc debent ab iis, qui a Civitate ad Ægrotos accedunt neceſſaria afferentes. Qui Ægroti Variolis, vel contagioſo morbo defunguntur, ſicuti & Famuli, ad Civitatem non accedant, niſi poſt binos menſes a ſuperato Morbo (§. 489.), & quidem recentibus induti veſtibus, ſulphureaque loti balneatione. Qui occubuerint, Caſſa (§. 494.) protinus includendi, cumque ea ſepulturæ mandentur, celebrata funerea pompa abſente cadavere. Ægrotorum, Famulorumque veſtes, linteamina, induſia &c., ſepoſitis expurgentur locis, apertoque ad plures dies pateant Aeri, juxta *Swietenii* obſervationem hiſce relatam verbis (*a*): „ *Notum eſt publicæ ſecuritatis cauſa, merces ſuſpectas & veſtes per plures dies quotidie exponi Aeri & vento, ut latens in his contagium diſſipetur in auras atque evaneſcat*: & optimo cum ſucceſſu *quidem*".

*Animadverſio*.

§. 498. Haud inficias imus hanc Legem aliquibus moleſtam privatiſque Familiis acerbam videri. At enimvero: „ *Salus Populi* (ſunt verba Ill. *Meadii* (*b*)) *ſuprema Lex eſt. Conqueraturne de accepta injuria, cujus in Altum disjicienda domus jubetur ad ponendos limites Flammæ omni circa Regioni periculum intentanti, ſi cogitet* vicinorum quemvis *ita ex periculo evadentium*, idem ipſius cauſa damnum paſſurum fuiſſe, *ſi mutata vice alter alterius in domo habitaſſet*"? Privatone commodo ſtudentes, omnium maximum Reipublicæ Bonum, Civium nimirum Salutis, Vitæque conſervationem prætereamus? Varioloſamne Peſtim, ipſa bubonica Peſte truculentiorem, longe lateque in Cives debacchari, aliaſque Peſtilitates millenos atque millenos interimere

(*a*) Tom. IX. in Boerh. §. 1409. p. 144.
(*b*) Oper. Med. Differt. de Peſt. Præfat. p. 165.

mere ſinamus potius, quam uni alterive Familiæ aliquid moleſtiæ, & ad breviſſimum quidem tempus inferamus? Id vero haud privatis judiciis, ſed Supremæ Poteſtatis arbitrio, cujus ſemper fuit publicam utilitatem privatæ præferre, decernendum eſt.

*Tertia Lex.*

§.499. Ubicunque Regni locorum Variolæ, vel contagioſæ aliæ Febres epidemice jam graſſantur, propoſitæ (§.497.) contaminatorum a Sanis *Separationi* nullus ſit locus; ſed Morbi Contagium aptis cautionibus cohiberi poterit, ne in reliquos proſerpat, & quidem I. Indicatis infectorum domibus ſigno in ipſarum ingreſſum appoſito; II. Selecto uno, alterove Medico, qui ſolis coinquinatis inſerviat; III Inhibitis non neceſſariis Civium viſitationibus; IV. Circumſcripto ægrotorum famulitio in binos treſve coercendo; V. Operam dando, ut ægrotorum ſtragula, linteamina, induſia, veſtes &c. privatis expurgentur locis (§.497.); VI. Morbo occumbentes illico caſſa claudendo, innutaque (§.497) cautione ſepeliendo; ſed præ cæteris VII. prohibendo ne qui a Morbo reſurgunt, ante menſes duos a ſuperata Peſtilitate in publicum prodeant, neque in ſanam emigrent Civitatem, ſed potius agrum petant, ſuperius (§. 497.) adnotatis circumſpectionibus.

*Lex quarta.*

§. 500. Qui maritimas, vel Provinciarum exterarum finitimas Civitates incolunt *Sanitatis Publicæ Inſpectores*, ſolertiam ſuam in id impendere debeant, ut quicunque Variolis aut aliqua contagioſa Febre correpti homines in ſuam pervenerint Civitatem, juxta Legem II. §. 497. a ſanorum commercio ſeparentur, allatiſque cautionibus ſubjiciantur: circa illorum vero ſocios optima ſanitate gaudentes, in ipſos animum intendant, ut quamprimum eorum aliquis eodem Morbo corripiatur, quantocius a ſanis ſejungatur, inque ægrotorum locum aſportetur; ſanos autem gerendis negotiis liberos linquant.

Ani-

*Animadversio*.

§. 501. In hanc legem nonnulli insurgent fortasse, objectentque: *Infectorum Separationem in irritum casuram, quum certo certius illorum sani comites vestibus suis pestifero tabo conspurcatis contagium in Cives propagaturi erunt*. Quibus reponimus, indefinitum adhuc manere quonam temporis spatio pestiferum *semen* vestimentis applicitum contagioni spargendæ aptum maneat. Certe Merces de *bubonica* Peste suspectæ, aperto Aeri ad certum tempus expositæ (§. 497.) probe expurgantur. Pestifera enim *Animalcula* Aeris adminiculo ab ovulis evoluta, ubi pabulo destituuntur, protinus intereant necesse est; quæ vero in sarcinis occlusa manent ovula in multum tempus intacta existunt: unde a vestibus, quas infectorum comites secum gerunt minus pertimescendum, sed potius a mercium sarcinis, indusiis, linteaminibusque, quibus ægroti usi sunt, in quas omnes *Sanitatis Inspectores* diligenter animadvertere debeant, ne in Civitatem immittantur. Nulli interim dubitamus, quin indicta a Supremis Potestatibus omnium Pestilitatum in suis Ditionibus *Separationis Multa*, qui ad ipsas Advenæ gerendis negotiis accedere coguntur, cautius sibi consulere velint, ne Variolosam Pestim, aliosque Epidemicos Morbos secum invehant, *Separationis* Lege plectendi. Cæterum proposita Lex (§. 500.) Commercio, Ærariis Regiis, Civiumque Libertati non officit: nec laude dignum videri debet, quod præ solo metu ne Ægrotorum Socii contagium (Lege cæteroquin II. §. 497. facile cohibendum) spargant, prætermissa infectorum *Separatione*, per summam incuriam ineluctabilis Variolarum, aliarumve Pestilitatum dira grassatio suscipiatur, quæ plurimos cives in desolationem conjiciet.

*Lex Quinta*.

§. 502. Detecta Variolarum exotica Origine, optimis rei politioris Institutis, integerrimæque Religioni repugnat hactenus a nonnullis commendata, ab aliis damnata hujusce

Pe-

Pestis insitiva *Prophylaxis*. Sub illa equidem *hypothesi*: *quemcumque hominem Variolas perpeti necessario debere*, Ill. *Swietenius* sic loquutus est: „ *Ante aliquot annos* (*a*) *Insitio Variolarum in* Hollandia *a Medicis non infimæ notæ laudabatur*, *& increscebat*: *Sed sensim iterum ille impetus deferbuit*, *ita ut fere oblivioni traderetur*. *Dum autem* Parisiis *ageretur quæstio de admittenda vel rejicienda Variolarum Insitione*, *placuit quibusdam* Hagam Comitum *accedere*, *ut ipsis a Celeberrimo Viro*, *Insitionis Arte claro*, *Variolarum Inoculatio adhiberetur*; *Sed quum nullus tunc temporis eo loco Variolis decumberet*, Magistratus Hagensis, ob metum contagii, publico Decreto *prohibuit*, *ne in illa Urbe tentaretur Inoculatio*, *uti nec in tota Urbis ditione*". Confer. §.149.. Mirum! Pro Variolarum *Insitione*, quæ hanc Pestim longe lateque diffudit, innumeris Civitatibus contubernalem reddidit, & ad Orbis Terrarum usque excidium propagare valet, plurima per Europam exstructa sunt *Nosocomia*, ingentia a non paucis Principibus profusa expensarum momenta, interminabiles in Scholis Academiisque initæ contentiones, & parum abest, ut, despectis infaustissimis vel nuper observatis *Insitionis* eventibus, humanum Genus Legibus ac vi huic Pesti perpetiendæ subjiciatur. His probe perpensis, quisnam dubitabit, quin Sapientissimi Europæ Principes *Insitionis* loco, hujus diræ Luis, reliquarumque Pestilitatum certam *Extinctionem*, brevissimo temporis intervallo nulloque sumptu assequendam, libenter suscipere velint?

*Variolarum*, *Morbillorum*, *Rubeolarumque certissima Extinctio binis simplicissimis*, *exequutuque facillimis Legibus concluditur*.

§. 503. Variolarum, Morbillorum, Rubeolarum Pestilitates illius sunt indolis & naturæ, ut in quavis vel maxima Populi frequentia stipata Civitate, postquam epidemice fuerint ad aliquot Menses vel annos debacchatæ, Puerorum sibi

(*a*) Tom. IX. in Boerh. §. 1403. p. 119. 120.

sibi subditorum pabulo tandem destitutæ sponte deficiant ; prorsusque ibidem commoriantur, haud iterum eumdem in locum regressuræ, nisi trasmisso in ipsum ab alia Civitate, ubi grassantur, contagioso earum *Semine* ( §. 489. ). Hodienum in tota fere *Europa*, qui hisce Pestilitatibus corripi poterunt, Infantes Puerique sunt, pauci Adolescentes, paucissimi ætate provecti, publicis Civitatum commerciis nihil tribuentes. Simulac igitur Lege cautum fuerit, ne aliquis Variolas, Morbillos, Rubeolasve passus ex Civitate illis detenta in aliam transmigret, antequam bini menses ( ibid. ) a superata Peste præterierint; nec vestes, indusia, lintea-mina pestiferis illis seminibus infecta, in alium locum nisi perbene expurgata asportari permittantur: Simul & alia Lege cautum sit, ne aliquis hasce Pestes non passus ex Civitate illis libera in Civitatem infectam, per Institutiones II. & III. §§. 492. 493. omnibus cognitam; se conferre valeat, nisi post quatuor Menses a deflagratis illuc Pestilitatibus; idque in omnibus Europæ Provinciis statuatur; si quis omnimodam harum Pestilitatum *Extinctionem* unius vel binorum annorum spatio quovis in Regno consequendam fore negarit, vel ipsarum Naturam hactenus evolutam haud probe nos assequutos esse demonstret, vel recta ratiocinandi facultate se destitui fateatur, oportet.

*Conclusio Quadragesimaoctava, & ultima.*

Summi igitur Europæ Sapientissimi Principes, quorum *Suprema Lex est Populi Salus Subditorumque Vitæ Tutela*, paucis *Institutionibus*, exequutuque facillimis brevissimisque *Legibus* ( a §. 490. ad 503. ) intra brevissimum temporis spatium suas amplissimas Ditiones ab omni Pestilitatum sæva colluvie expurgare possunt, & quidem nullo sumptu, nulloque commercii detrimento: quod Nos ab eorum studio de Hominibus bene merendi, deque suorum Progeniem a Variolis in ævum tuendi sollicitudine expectare non dubitamus.

Ad-

## *Additio Vigesimaquinta & ultima.*

1. *Quum in hocce nostro Opere humani Generis Causam non levis momenti, qualis est jamdiu amissæ ejus Sanitatis Restitutio, egissemus, arrogantiæ culpam nemo nobis inuret, si, alteri in illud prolatæ Sententiæ non acquiescentes, ab ejus Judicibus ad inclytas* Europææ Medicinæ Societates *simul & Populorum Felicitati studentes* Illustres *totius* Europæ Academias *provocemus; præsertim circa nuper exactum Articulum, qui ( a §. 490. ad §. 504. )* facillimam *in Europæis Nationibus Variolarum & reliquarum Pestilitatum acutarum* Extinctionem *proponit. Humani generis igitur incolumitatis, felicitatisque Protectores omnes huc adesse enixe rogamus obtestamurque, ut justa lance perpendent sequentem in nostrum Opus, cæteroquin ab ipsis Judicibus benigne commendatum, pronuntiatam Sententiam*: Siccome però, *subjicerunt (a)*, non si propone in questa Opera una *Scoverta*, che possa sperarsi, almeno per la parte dell'*Esecuzione*, così vantaggiosa, com' egli lo ha desiderato, o così *interamente nuova*, che formi un *Epoca* memorabile; così per quel che riguarda la sua domanda, che si pubblichi l' Opera nella Stamperia Regale, e sia fregiata coll' Augusto Nome della Maestà Vostra, non possiamo far alrro, che rimetterlo alla sua regale determinazione ": *Opere hocce nostro* Epocham *aliquam stabilire in rei Medicæ nullis limitibus coercita, nec unquam coercenda Provincia nec per somnium ausi sumus. Nullum in toto Opere comperietur verbulum, ex quo id vel argui poterit.* Hippocratis *Observationibus, ratisque Morborum Historiis adhærentes, quicquid ad Institutum evincendum nos duceret, hausimus, atque eoipso innixi ( recte an falso hucusque nescimus ) ratiocinationes & corollaria deduximus. Inde credidimus Nos omnium Recentiorum primos indicasse, I.* Contagiosæ Ophthalmiæ *genuinam originem* [ Addit. II. ]; *II. Discrimen inter* Hecticam simplicem *&* contagiosam [ Addit. III. ]; *III.* Generi-



(a) Ex Relationis ad augustissimum REGEM habitæ Exemplari.

cam Hippocratis *Morborum* Divisionem, *universæ Medicinæ e tenebris revocandæ peraptam*, *simul &* Epidemicarum Ardentium Febrium Æthiologiam [ Addit. IV. ]; *IV.* Pestilentis Dysenteriæ *a Morbis exoticis ortum* [ Addit. V. ]; *V.* Perniciosarum Intermittentium Febrium *alienigenam genesim* [ Addit. VI. ]; *VI.* Tuberosæ Parotidum Pestis *physicam rationem* [ Addit. VII. ]; *VII.* Morbillorum *Lares extra* Europam *positas* [ Addit. VIII. ]; *IX.* Pestiferæ Anginæ *ex Epidemicis germinationem* [ Addit. IX. ]; *X.* Rubeolosæ Pestis, *&* Contagiosarum Petechiarum *apud Nos omnino extraneam generationem* [ Addit. XI., & XII. ]; *XI.* Tussiculosæ Pestis *verum exortum* [ Addit. XIII. ]; *XII.* Variolosæ Pestilitatis Æthiopicum *domicilium* [ Addit. XIV. XV. XVI. XVII. & XVIII. ]; *XIII. Certiorem præ Recentioribus exoticam* Bubonicæ *Pestis Originem* [ Addit. XIX. ]; *XIV.* Pestis Sudatoriæ *novam apud Europam irruptionem* [ Addit. XX. ]; *XV.* Hungarici *sic dicti* Morbi *exoletam in Europæas Regiones novitatem* [ Addit. XXI. ]; *XVII.* Contagiosæ Hydrophobiæ *Europæ alienigenam indolem* [ Addit. XXII. ]; *XVIII. tandem* omnium expeditam exequutuque facillimam Variolarum Contagiosorumque Morborum apud Europam Extinctionem, *totius hujusce Operis* Summam, *unicumque* Institutum; *cujus ultimæ Propositionis demonstrationem sequentibus confirmari posse autumamus*.

2. *Ad longe avertendam, profligandamque bubonicam Pestim hactenus statutæ Leges, non solum Medicinæ Peritissimis, sed vel Lippis & Tonsoribus jamdiu perspectæ fuerunt; quarum aliquæ difficillimæ nimiumque operosæ haud ex hujusce diræ Luis Natura, sed ab extructis circa eam* Hypothesibus *conflatæ sunt. Supererat itaque, ut aptius enucleata Pestilitatum indole, earumque contagii proserpendi more, Methodus comperiretur, qua illæ sine maximis Societatis Publicæ detrimentis, & expeditiori præ veteri negotio exturbari extinguique possent; & quidem haud novas cumulando, sed latas contrahendo Leges. Id nos pro nostra virili, nisi fallimur, peregisse videmur, dum grassantes per Europam Pestilitates, & præsertim* Variolas, Morbillos, *atque* Rubeo-

beolas, *plurium pestilentium Morborum* Matrices, *paucissimis simplicissimisque circumspectionibus facillime suffocari posse* §.490. *seqq. & præsertim* §. 503. *aperte ostendimus. Ubi hoc ipsum a nemine ante nos peractum fuisse evincamus*, Aliquid integre novum, Reipublicæque perutile *nos invexisse quisquis ingenuus fateatur oportet. Inter Recentissimos, quos, postquam nostrum explevimus Opus, Variolarum* Extinctionem *ursisse comperimus, Ill. alibi laudatum* Michaelem Sarconium *omnibus palmam facile præripuisse ab* Equite Rosa [ Addit. XVIII. num. 10. ] *didicimus: nec suspicandum, hujus Viri solertiam, dexteritatem, exquisitamque eruditionem simul & peritiam aliquid, quod ad faciliorem executionem conduceret, præteriisse ex iis, quæ in* Avenzoare [*a*]; Claudio Chanvelio [*b*]; Christopharo Cachetio [*c*]; Diemerbroeckio [*d*]; Christopharo de Tharding [*e*]; Beero *ex Pauletio* [*f*]; Rastio [*g*]; Camusio [*h*], *& præ cæteris* Domino Pauletio [*i*], *egregiis Medicis qui Variolarum adstruxerunt* Extinctionem, ( *quique præter Avenzoarem, & Diemerbroechium, ne nomine quidem, sicut nec Opus ipsius* Sarconii, *nobis innotuerant* ), *hoc super magni ponderis argumento proposita ipse introspexerat, vel suo satis exercito judicio nactus esset, quod in* Institutionibus *ab ipso elaboratis* pro experienda Variolarum Exstirpatione [ *k* ], *quarum titulus*: Progetto per tentare la Estirpazione del Vajuolo, *non conclusisset. Reliquum est igitur ut perpendatur, num disertissimus hic Auctor suas ad id Leges in eam parvitatem facilitatemque redegerit, quas nos meditati sumus; quod sane assequi poterit ipsius & nostri Instituti adhuc paucis comparatis, postquam exscriberemus, dignissimum quod hic inseratur, suarum*

Fffff 2

(*a*) Sarconius Tom. I. Part. I. Cap. IX. §. 236. p. 461.
(*b*) Idem ibidem.
(*c*) Ibid. p. 462.
(*d*) Idem ibidem.
(*e*) Idem ibid. §. 239. p. 466.
(*f*) Ibidem.
(*g*) Ibidem.
(*h*) Ibidem p. 467.
(*i*) Ibidem.
(*k*) Ibid. a §. 240. ad 358. a p. 469. ad 491.

*rum Institutionum eloquens exordium, veluti Operi nostro magnum robur adjiciens.*

3. „ Non è facile, *sic fatur Ill. Auctor* [a], impresa l' arrestare il corso d' un Morbo contagioso, che siesi universalmente disteso. Sa per pruova l' *Europa* qual lungo tratto di tempo, e quali numerosi funesti avvenimenti abbiano dovuto precedere alla savia risoluzione di considerare la *Peste*, come l' estremo de' mali contagiosi, e come Morbo, che dovea colla forza estirparsi e tenersi lontano [ *Hocce in Opere Conclusionibus præsertim XXIV. & XXXI. Variolosam Pestim ipsa bubonica Peste truculentiorem evicimus* ]. Conviene che all' *Italia* si accordi l' onore d' aver saputo additare alle altre Nazioni la grand'arte di conservare la Salute delle intere Popolazioni immune dagli attacchi del supremo contagio. Dee ogni Nazione un tanto bene alla gelosa avvedutezza di quelle auguste Menti, delle quali abbondò in ogni tempo un *Senato*, che, dominatore supremo dell' *Adriatico*, fu sempremai chiaro per le più belle arti della pace, e della guerra. A cotanto nobile disegno *cospirarono* in modo *tutte le Potenze Europee*, che in oggi non sono esposti alle stragi della *Pestilenza*, se non se que' neghittosi, che si lasciano vilmente dal supremo contagio sorprendere ( *Lex unica, quæ bubonicam Pestim apud Europam longe lateque grassari inhibuit, Custodia fuit, ne Peste affecti, Mercesque de hujus Morbi tabo suspectæ Civitates ingrederentur* (§. 488.), *quam adversus Variolas, Morbillos, Rubeolasque facilius perfici posse* §. 489. *demonstravimus.* ) = I *Principi* sono i Tutelari della Pubblica Salute. Lo stabilire le Leggi, che possono mettere una Nazione a coverto delle insidie de' mali contagiosi, è un dritto unicamente riserbato alla *Suprema Potestà*, che l' *Altissimo* ha loro accordata sulla vita, e sulle fortune de' Popoli soggetti. Ad *Essi* dunque debbano indirizzarsi i voti di chiunque è nobilmente inteso a proccurare il *Bene* de' suoi simili ( *Ill. Auctor institutam Variolarum*

(a) Loc. s. c. p. 469. 470.

*rum Extirpationem vel Neapolis jam Civis HUMANISSIMO REGI minime proposuit* ). A' *Particolari* non rimane, che la gloria di ubbidire con onesto rispetto, e la prudente libertà di esporre con ingenua fortezza di animo, senza adulazione, e senza audacia, que' sentimenti, che possono cospirare alla gloria del Principe, e alla prosperità della Nazione ( *Nos compertam Variolarum, reliquarumque Pestilitatum exoticam Originem, ex qua ipsarum Extinctio sponte provenit, Patriam linquentes, longique itineris tædia & pericula subeuntes REGIÆ MAIESTATI subjecimus*). In conseguenza di questi principj tutto ciò, che anderemo ad esporre, non pretendiamo che aver debba altra forza, che quella, che aver debbono i voti d'un uomo, che non vuole nè tradire il vero, nè tacere sul danno altrui". *Commendati Auctoris Institutio prima, præpositis iisdem fere, quas nos* ( *§.* 491. 492. ) *adstruximus, Institutionibus, præter cautiones, quas urget pro Epistolis a Loco Variolis occupato transmittendis recipiendisque, hæc continet* (*a*): „ Per una necessaria conseguenza, ricevuto che siesi l'annunzio della comparsa del Vajuolo in qualche Paese, dovrebbe aversi cura di ordinare a ciascuno *di non aver commercio o personale, o per via di messi, o di lettere colle persone, e con gli abitanti del luogo contaminato*, senza l'intelligenza di coloro, che saranno da' *Supremi Magistrati* destinati ad impedire la propagazione del contagio . . . = Da ciò è facile il vedere che sarebbe necessario il *proibire da uno in un altro Paese il trasporto di qualunque genere, o di qualunque mobile*, che possa esser stato esposto agli effluvj de' Vajolosi". *Nos, circumscripto tempore* ( Phœn. XVI. *§.* 466. ), *quo Variolæ contagiosæ evadunt, satius esse putavimus* ( *§.* 447. ) *ut simulac in Civitate hoc Morbo libera unus vel alter eodem arreptus detegatur, antequam Variolosæ Pustulæ* suppurationem *vel* colliquationem *iniant, ab hominum commercio separetur, sine ullo ex ejus domo proserpendi contagii metu, uti ratæ, sæpiusque per* Swietenium *repetitæ* ( *§.* 489. ) *docue-*

(*a*) Ibid. §. 243. 244. p. 372. 473.

*cuerunt Observationes. Nullo dein prolato discrimine inter Variolas aliquam in Civitatem noviter irruentes, & inter epidemice jam grassantes, Auctor hæc fatur (a):* „ Quest' infermi (*ex infima nimirum plebe*) dovrebbero immantinente esser separati, e svelti dal seno delle loro povere famiglie per restar chiusi in pubblici *Ospedali*, che la *Clemenza del Principe* potrebbe far stabilire in luoghi rimoti dalla frequente abitazione; cangiando in uso di *Lazzaretto* di Vajolosi alcuno di quegli *Ospedali*, che, contro ogni principio di pulitezza sociale, si veggono stabiliti nel centro delle Città. Questo espediente è facilissimo a prendersi nelle grandi, e popolate abitazioni. Ne' piccioli luoghi non sarebbe meno difficile. Basta ogni casa di campagna per l'esecuzione di questo disegno. I fondi necessarj per lo sostentamento ec. ". *Et (b):* „ Il trasporto de' miserabili dalle proprie abitazioni agli *Ospedali*, addetti alla cura de' contagiosi, esige seria attenzione. Dovrebbero aversi delle *Carrozze* particolari non già vestite al di denrro *di lana*, o di materia porosa, ma foderate di tela, che volgarmente dicesi *incerata*, la quale esser dee intera, e non scoverta, e corrosa in alcuna delle sue parti. Per l'ora del trasporto converrebbe sceglier quella, in cui le strade sono meno frequentate dal popolo, e per istrada dovrebbero tenersi chiusi i cristalli. Terminato l'atto, si avrebbero le *Carrozze* a sprofumare con ogni diligenza, e dentro, e fuori, e dovrebbero quindi tenersi chiuse in luoghi separati da ogni commercio ". *Nos nec Nosocomia, neque Carrucas proposuimus, quum incipientibus aliqua in Civitate Variolis, unus, alter, quinque in privatis domibus ab hominum frequentia remotis facillime collocari poterunt; longe vero lateque grassantibus, nullam generalem coinquinatorum* Separationem *inculcavimus, utpote magnas Civibus perturbationes allaturam; sed indicatis facillimis circumspectionibus* [§. 499.] *contagii propagationem impedientibus, Vario-*

(a) Ibid. §. 346. p. 474. 475.
(b) Ibid. §. 249. p. 477. seqq.

*riolosæ Pestis* Extinctionem *ipsiusmet futuræ deflagrationi* [ §. 503. ] *demandavimus*. *Sarconius* [*a*] *domos Variolis occupatas civibus manifestari vult; at infra* [*b*] *subdit*: „ Dovrebbe ciascuno per costume avere sempre l'avvedutezza di tenersi cautelato e lontano dal letto di un Uomo, che non ha avuto il Vajuolo, e che resta attaccato da Febbre. Questa cautela è tanto più necessaria, quanto è dimostrato che non può sempre un Medico, per esperto che sia, decidere con precisione dalla prima Febbre, che il Febbricitante abbia Vajuolo. Questo male nel primo suo *stadio* ha spesso un aspetto, che ha molta relazione a varj Morbi acuti. Crescerà la ragione della cautela, quando si sappia che 'l Vajuolo gira, e grassa intorno, e che possa temersi che l' infermo abbia avuto anche lontano commercio o con qualche Vajoloso, o con altri, che vi trattarono. Deciso che fiesi che il Febbricitante sia attaccato dal Vajuolo, converrebbe separare dal medesimo il resto della Famiglia, e non lasciare dintorno a lui che que' soli, i quali possono essergli necessarj, e sopratutto quelli, che più se gli accostarono in tempo, che febbricitava, e non si era ancora da' Medici temuto il Vajuolo. Quelli che debbono da lui separarsi, dovrebbero abbandonare nella stessa casa gli abiti, che aveano indosso per non portare altrove quegli elementi del contagio, che in forza della contagiosa evaporazione, che emana dal corpo del Vajoloso, ricevettero col trattenersi a respirare l'aere della stanza occupata dal Vajoloso. Gli abiti, che si lasciano, non dovrebbero ripigliarsi, se non se dopo d'averli da persone idonee fatte purificare. Tutta quella parte della Famiglia, che resta separata, non dee aver più commercio alcuno con quelli, che rimangono nella casa dell' infermo. Le notizie cc. ". *Ab hisce implicatissimis, multiplicibus, exequutuque difficillimis Cautionibus hominum Societates nos vindicasse ac liberasse videmur, circumscripto* [ *Phœn. XVI. §.* 466. ] *tem-*

(*a*) Ibid. §. 350. p. 478.
(*b*) Ibid. §. 351. p. 480. seqq.

*tempore, sub quo Variolati sanos inficiunt.* „ Varj [ *sequitur laudatissimus Auctor* [a] ] sono i *Progetti* formati dagli Autori [ *superius quidem hic num.* 2. *ex ipso recensitis* ] , che altrove nominammo, *per la esecuzione della Separazione* necessaria a farsi de' contagiosi da' sani in una famiglia contaminata; ma quasi *tutti turberebbero di molto il commercio, e l'economia* delle famiglie " . *Nostræ igitur Institutiones hac in re supra hactenus excogitatas* Aliquid novi *habent, utpote quæ nec pubblicum hominum commercium, nec privatarum rerum administrationem turbare valent.* „ Ne' casi [b] di felice evento i Convalescenti debbono restare espulsi dal commercio per lo spazio almeno di 40. giorni [ *Ex Swietenii experimentis* ( §. 489. ) *id temporis curriculum non sufficit, quominus Variolas qui passi sunt contagionem in sanos transmittant, sed bini menses excurrant necesse est, ut quæ cæteræ ad rem adhibentur cautiones in irritum non cedant.* ) La stessa sorte debbono correre le persone assistenti. Nel caso di funesto evento i cadaveri *dovrebbero* chiudersi in casse impeciate e dentro e fuori, per portarsi a sepellire profondamente fuori di Città, usando l' accortezza di covrire il cadavere di molta calce nell' atto di riporlo nella cassa; evitando la funebre pompa, che nello stato presente serve di molta propagazione al contagio, giova a pochi avidi particolari, intesi a farsi ricchi sull' altrui lutto, e nuoce a molta innocente parte della Popolazione ". *Confer. nostr. Opus* §. 497. *Dignissima vero quæ probe animadvertantur sunt ea, quibus accuratissimus* Sarconius *suas clausit Institutiones*: „ Il Vajuolo, *inquit* [c], non è male che nasce con Noi. E' Morbo di acuto contagio: nel suo nascere non è mai epidemico, ma sempre singolare [ *nimirum quamlibet in Civitatem irruperit, paucissimos & singulatim aggreditur* ( §.489. *nostri Operis*), *haud vero in plurimos grassatur* ]: egli diventa comune, e, si propaga con que'

(a) Ibid. §. 353. p. 483.
(b) Ibid §. 355. p. 487.
(c) Ibid. §. 358. p. 491.

que' mezzi, co' quali ogni acuto contagio si moltiplica, e diffonde. Basta saperlo reprimere e chiudere negli *angusti primi cancelli*, ne' quali appare [ *quod paucissimorum infectorum a sanis Separatione perficitur* ]; e poi *bisognerà rinunziare al senso comune per non sperare* ( *ex nostris vero demonstratis*, ut non fateatur ) che ciò basterà *per non farlo divenir epidemico, e per vederlo estinto nel giro di pochi anni*. Io capisco bene che l'esecuzione di questo importantissimo disegno debba costare indicibile stento ( *Juxta nostras Institutiones nil tale pertimescendum* ). Quando in una popolazione giungono a stabilirsi i pregiudizj, lo svellerli non è facile impresa ( *facillima per Institutionem I. §.491.* ). Datemi Uomini forti e ragionevoli, che amino la propria conservazione, e quella de' loro simili, e tutto è eseguibile ( *Unum nos exposcimus Sapientissimorum Principum Mandatum, Subditorum longe inter sese dissitas voluntates in unum coacervans* ). Datemi Uomini o di cuor debole, o amanti di singolarizzarsi a forza d' inutili e piacevoli motti, e nulla di buono può lo Stato ripromettersi da costoro. Le grandi imprese non sono eseguibili, che dagli animi sovranamente grandi ( *quod Nos exagitamus Facinus Supremæ Potestates vel nutu perficere queunt* ) e unicamente intesi a proccurare il pubblico Bene ".

4. *Illustre Hispanorum Chirurgorum decus, alibi* ( Addit. XVIII. num. 11. ) *commendatus* Franciscus Gil *in citata* ( ibid. ) *sua Dissertatione* (a) *præter* Pauletium, Camusium, ac Rastium, *Doctoris* Escobaris *meminit, qui adhuc Variolarum proposuit Extinctionem; subdit vero* (b) *horum clariss. Virorum assertiones, utpote Observationibus destitutas, ab omnibus tanquam* Systemata *ac* Hypotheses *fuisse reputatas. Ipse vero Cl. Auctor, damnata satis firmis rationibus* (c) *Variolarum Insitione, refutatisque veluti noxiis, aut inutilibus, quæ adversus hunc Morbum hactenus usurpata sunt*, prophy-



(a) Dissertacion. &c. in Præfat. a p. XVIII. ad XXII.
(b) Ibid. pag. XXIII.
(c) Ibid. a p. 48. ad 68. & iterum a p. 116. ad 132.

lacticis *præsidiis*, (*a*), *nititur demonstrare* (*b*), *ratisque firmare Historiis, Variolosam Pestim proba solicitaque infectorum a sanis* Separatione, *ab unis Supremis Potestatibus imperanda, prorsus extinqui posse; adstruitque Leges* (*c*) *tam pro Civitatibus ab hoc Morbo immunibus, quam pro illis, ubi epidemice grassatur, in quibus nullam Variolatorum* Separationem *esse ineundam, sed aptis Cautionibus Contagium inhiberi posse ne serpat, probe animadvertit. In Præfatione pag. VII. refert, in Insula* Majorica *ex eo tempore, quo ad eam accedentes Variolati* Supremo Mandato, *tanquam* bubonica *Peste affecti, ab hominum commercio sejuncti fuere, Variolas non amplius viguisse. A pag. VIII. ad XII. extinctam Variolosæ Pestis grassationem recenset in* Nova *Americæ* Aurelia, *transvectis, jussu Ill. Comitis* Galvæ, *Variolis coinquinatis in domum oppositi litoris fluminis* Misisipi *dicti, & quidem in laudes exultationesque conversis præproperis civium querelis. Pag.* 90. *affirmat* Matriti *in vulgo sic vocato* Sitio *Sancti Laurentii, Variolas nunquam epidemice vulgatas una primorum Infectorum* Separatione *adhibita. Ill. Auctor hac in Dissertatione Hypotheses objectationesque refellere;* Ottentotorum, Tauricorumque, Variolas tamquam maximam Pestim declinantium, *exempla, uti Extinctionis* Lepræ *undeviginti millium Nosocomiorum erectione*, (*quod ex* Matthæo Paris *repetit*), *afferre; Reipublicæ, Potestatumque Supremarum ab hujusce Pestis extinctione plurima futura emolumenta enumerare; brevissimum, quo id summum Bonum consequi poterit, binorum annorum curriculum indicare non omisit; suumque Institutum juxta receptam Variolarum Historiam egregie validequc pertractavit. Quum vero genuinam, & Europæ exoticam Variolarum Originem compertam non habuerit* (Confer. Addit. XVIII. num. 11.), *Medicis insitum contentionis furorem superare nequivit; unde* (*d*) *Variolas &* hæreditarias *evasisse, & ab* Aere produci, *& a Deo ita*

(*a*) Ibid. a p. 68. ad 76.
(*b*) Ibid. a p. 77. ad 95.
(*c*) Ibid. a p. 95. ad 118.
(*d*) Ibid. p. 183.

*ita* creatas esse ut in ævum permaneant ; *sibi objectatum fuisse recenset* . *Cæterum posthabitis hisce Hypothesibus* , *in* Peruviana *Provincia* , Quiti *Magistratus ubi Auctoris Dissertationem præ oculis habuit*, *ejus judicium Litteratissimo Doct.* D. Francisco Santa Croce *discutiendum commisit* ; *quod optime scitissimeque hic peregit in suis Considerationibus super* Utilitatem, Momentum, Congruentiamque *Extinctionis Variolarum a* Gil *propositæ*: *quæ quidem in calce citatæ Dissertationis dignissimæ* , *ut contemplentur* , *extant* . *Præsens quod nostrum argumentum urget*, *id quidem est*, *an Cl.* Gil *laudatæ Separationis Leges* , *&* *assequendæ Variolarum Extinctionis firmitatem ad eam brevitatem*, *simplicitatemque redegerit* , *in quas nos* ( *§. 503.* ) *conclusisse videmur* . *In id Ingenuorum provocamus judicium* , *nulli dubitantes*, *quin facta comparatione nostras Institutiones omnium expeditissimas decreverint* .

5. *Cl. Domini* A. Sauri *judicium circa Variolarum Extinctionem* , *nuperrime a nobis lectum* , *&* *a Gallico sermone in Latinum versum sequens fuit* ( *a* ) : „ Ægritudo hæc, quam ex *Arabibus* repetimus, *fortasse* destrui poterit, inter ægrotos & sanos communionem inhibendo , præsertim quum Variolæ *suppurationem crustasque acquisiverint* ; accessum ad cadavera hoc Morbo interemptorum prohibendo; quicquid suscipiendo huic contagio aptum fuit , ex aqua frigida vel fervente , aceto aut lixivio lavando ; supellectiles , probe prius excussas atque lotas , aperto Aeri ad aliquod tempus committendo . Optandum, ut ad ostium domorum hac Lue contaminatarum *Scriptum* apponatur , quo unusquisque periculum assequatur . Salutare *Præscriptum* quod sanorum communionem cum variolatis coerceret , quovis anno triginta vel quadraginta millia subditorum Capita Reipublicæ ( *Gallicæ* ) conservaret ; tandemque hæc Lues *fortasse* tam rara , quam Lepra est , evaderet " . *Idem cordatus Auctor* ( *b* ) *refert* , *Parisiis in quodam Nosocomio*

 [ Pie-

(a) Tom. II. Physique du corps humain, ou Physiol. moderne p. 15. Not. a Paris 1778.
(b) Ibid.

[ Pietè ] *mille & sexcentum Pueros enutriente nunquam Variolas extitisse epidemicas, utpote quod qui ab illis corripitur statim ad ægrotorum Nosocomium* [ Hötel-dieu ] *transmittitur: indeque factum fuisse, ut ultra unius sæculi spatium, qui ex hac domo decimumquintum ætatis annum nacti demittuntur, Variolas nondum passi sint: meminitque Ill. Domini* Pauletii, *Variolosum Morbum Aeris ministerio communicari pernegantis: quin paulo supra hanc notatu dignissimam recenset Observationem:* „ Bini Pueri Variolis affecti sex alios non infecerunt, in eodem certe cubili dormientes, sed vallo ex tabulis sejunctos: Cautum tamen fuit, ut Mater, quum ad ægrotos accederet, quadam contegeretur veste, quam ab illis discedens prope horum cubilis januam linquebat, accurateque manus suas aqua aceto permixta ablueret, illorumque supellectilem diligenter seponeret ".

6. *Plurimi igitur & Præclarissimi Viri propositæ Variolarum Extinctioni adstipulantur; nec tamen ex ratis principiis eam perfici posse demonstrarunt, neque quæ ad ipsam consequendam adstruxerunt Institutiones, ad eam brevitatem, simplicitatemque, quibus Nos complexi sumus* (§.503.), *contraxerunt.* Aliquid *igitur* novum, Reipublicæque utilissimum *supra reliquos excogitasse videmur. At instant*: Id novi, quod celebras, ne hilum quidem ad Extinctionem conducit, quam fidentissime tibi auguratus es. Infectorum utut paucorum *Separationem* continet; a Variolis resurgentes ad duos menses in Civitatem sistit; hunc Morbum non passos in locum, ubi grassatur, transire prohibet. Hæc non ea sunt, quæ sine magna Populorum perturbatione confici queunt. Alia, si valeas, excogita, quibus, sine his, Variolosum Venenum prorsus extinguas. *His victas demus manus oportet; dumque invaletudinem nostram ad opportunius* Prophylacticum *investigandum ultro fatemur, ad animi aliquid solatium illud usurpare liceat*: „ Si quid novisti rectius istis, Candidus imperti, si non, his utere mecum ". *Verum enimvero: tam parvi sunt momenti quæ ab unis Variolis eructantur plures Pestilitates; quæ afferun-*

*feruntur universarum Familiarum perturbationes; quæ ubique locorum perpetrantur innumera Hominum excidia; quæ Magnatum extinguntur Progenies; quæ Principum, Regum, atque Imperatorum struuntur neces; multorum excæcationes; plurimorum membrorum obtruncationes; Puellarum turpitudines; Urbium Agrorumque depopulationes, quæ præcipua humani generis* Infelicitatis *extant causa, ut, quo hæc omnia certo certius longe abigantur Mala Infortuniaque, & quidem intra paucorum annorum spatium, privatorum paucissimi vel levissima incommoda binis duratura mensibus sustinere non debeant? Quid?* „ Sentiamo [ *hic repetendum venit, quod Addit. XVIII. num. 8. adnotatum fuit* ] che alcune Nazioni di *Europa* abbiano già incominciato a regolarsi sul *Piano* del Sig. Scuderi *con molto successo*; ed è desiderabile che almeno, finochè col rendersi universale l'inoculazione questa malattia diventi più benigna, *se ne arresti il corso co' mezzi suggeriti* dal Sig. Scuderi ". *Quid, si in difficilioribus, immo difficilissimis rerum circumstantiis, Febribus contagiosis decumbentium* Separatio *hic nuper decreta fuerit? Julio anni* 1787. *in Oppido prope* Casertam *vulgo* le Massarie *mortifera quædam Febris vulgata est. Ad investigandam ejus indolem atque Naturam Regio Mandato bini Sanitatis Publicæ Ill. Præfecti Dux* Vastogirardus, *& Dom.* Mazzæus d'Afflicto Roccæ Gloriosæ *cum præstantissimis ejusdem Sanitatis Publicæ Medicis DD.* Josepho Melchiore Vairo, *&* Francisco Dulcio *Oppidum petiere. Ab his assequutum, decretumque fuit Febrim Contagione proserpere, inque eorum Renuntiatione ad Salutis Præsides, sub* 27. *die signati Mensis commissa, hoc præ cæteris prolatum est judicium* [a]: „ A tutti questi espedienti, che Noi seppimo su due piedi proporre, aggiungemmo il consiglio di stabilire un *Ospedale*, il quale sarebbe *vantaggiosissimo*. Or quantunque ci sia l'*Ospedale* di *Maddaloni*, e quello di *Marcianesi*, tuttavolta perchè l'uno *non è capace di contenere tanta gente*, e l'altro

(a) Ex Relationis Exemplari, jampridem edito in nostro citato *Supplemento alla Memoria* ec. p. 61. seqq.

tro è situato in cattiva Aria, si è pensato di prendere *una Casa di Campagna*, dove potrebbe situarsi questo tale *Ospedale*... Il luogo proprio per questo sarebbe il picciolo *Monistero* soppresso di *Montevergine* nelle pertinenze di *Maddaloni*... Questo progetto dello stabilimento di un *Ospedale è della più grande importanza*, giacchè è diretto ad allontanare i Malati dal *Paese infetto*, e dove da quì a poco l'Aria deve ricevere una maggior infezione, e a levare quindi il fomite dell' *Epidemia* stessa. = E questo è ciò che da Noi si può far presente all' Eccellentiss. *Deputazione* in disimpegno del venerato incarico. = Napoli 27. Luglio 1787. = *Giuseppe Melchiorre Vairo* = *Francesco Dolce* ". *Per id temporis relatum, illorum ægrotorum a sanis* Separationem *sub* Casertæ *Præsidis cura diligentiaque felici cum eventu fuisse perfectam*; *at ante initam* Separationem *contagiosa Lues in viciniam sese propagaverat*, *in tria nimirum Oppida vulgo* Briano, Sala, & Puccianiello, *in quæ crudelius sævire cœpit*. *Unde eodem Supremæ Potestatis jussu laudatus* Franciscus Dulcius *illa adiit loca*, & *in sua ad Sanitatis Præpositos Narratione primo die Octobris* obsignata, sequens *adjecit Consilium* [a]: „ Per porre dunque freno a questa *Epidemia* ed interamente estinguerla, stimo in primo luogo, che gli Ammalati [*ultra trecentos recensuerat*] debbansi dividere, con ripartirsi in separate abitazioni, tenendole ben pulite e ventilate. A quale oggetto andai facendo varie ricerche per *tutti e tre i suddetti Villaggi*, per ritrovare un'Abitazione ampia e spaziosa, per formarne un *estemporaneo Spedale*, da passarvi l' infermi più gravi... Quindi dimandando a' Medici di poter ciò eseguire in uno de' *Monisterj*, ma distante assai dal Real Palagio [*Casertæ*], mi risposero che nel *Monistero* de' *Cappuccini* la cosa sarebbe riuscita più facile di tutte le altre parti; e tal sentimento lo sottometto al giudizio dell' Eccellentiss. Deputazione... Che è quanto debbo riferire in disimpegno de' venerati ordini datimi = Napoli

(a) Confer. *Supplemento* ec. f. c. p. 66. seqq.

poli il dì primo Ottobre 1787. = *Francesco Dolce* ". *En cunctarum Societatum perturbationes, confusionesque, in quas conjicit prætermissa sub cujusque contagiosi Morbi primo impetu binorum vel trium infectorum a sanis* Separatio! *En maxima a Summis Principibus sub difficillimis rerum conditionibus adhuc* Separationis *Legem imperandi necessitas! Quid? in tantorum hujusce Sæculi luminum claritate; sub tanto, quo perplurima Librorum copia scatet, Hominum Felicitatis promovendæ studio, suumne reperiet locum, haud quidem pro extinguendis Variolis, sed pro ipsis Insitione fusius proseminandis, æternumque perpetuandis, ab Ill. Dom.* de la Condamine *constructa, quæ sequitur, objurgatio?* [*a*]: ,, L'Innesto, lo ripeto, si stabilirà un giorno in *Francia* [ *magnis contentionibus, perturbationibus, sumptibusque statuta fuit; sed multiplicatis ab ea hominum excidiis, Legibus abrogata manet. Confer. Addit. I. post* §. 149. ] e recherà maraviglia, che non si sia adottato prima: ma quando verrà questo giorno? Oserò io dirlo? Quando un caso come quello che sparse fra noi nel 1752. timore sì vivo, e che si convertì in trasporti di gioja [ not. Il Vajuolo del Serenissimo Delfino ], sveglierà l'attenzion pubblica; ovvero nel tempo funesto, da cui il Cielo ci preservi, d'una catastrofe simile a quella, che immerse la *Francia* nel duolo, e parve far crollare il Trono nel 1711. [ not. La morte di Luigi Delfino, avo di Luigi XV. morto di Vajuolo li 14. Aprile 1711. di 49. anni. L'Imperador Giuseppe morì del medesimo Male a i 17. dell'istesso mese [ *ejusdem anni* 1711. ] di anni 33. Se fosse stato conosciuto allora l'Innesto, il dolore novello del colpo, che ci avea ferito, il timore di quello, che minacciava ancora le nostre più care speranze ci avrebbero fatto ricevere come dono del Cielo il preservativo, che noi sdegniamo presentemente; ma [ sia detto in disonore di quella fiera ragione, che non ci distingue sempre bastantemente da' bruti ] il passato, e il futuro saranno appena

(*a*) Memor. sull'Innesto del Vajuolo p. 121. seqq. Trad. Napoli 1755.

pena impressione su di noi; il solo presente ci muove. Non saremo noi saggi, che a forza di disgrazie? Non fabbricheremo noi un Ponte a *Neuilly*, se non dopo ch' *Arrigo IV.* avrà corso rischio, passandovi la scafa? Non allargheremo noi le nostre strade, se non dopo ch' Egli vi sarà stato assassinato? " . *Agedum, funesta hæc infortunia nuperrima & multiplicia contigerunt. Sub Autumno elapsi anni* 1788. *BRASILIENSEM PRINCIPEM, Hispaniarum INFANTES Conjuges DM. MARIANNAM, & Artium Scientiarumque Immortalem Mæcenatem & Cultorem DM. GABRIELEM, horumque tenellulum GNATUM Variolosa Pestis absumpsit; eademque sub hujusce anni initio, quod cum omni Sicula Republica acerbissimum semper habebimus, Regiarum Ædium attulit vastitatem, totius Nationis mærorem, AUGUSTORUMQUE PARENTUM animi ægritudinem. Unius enim mensis Januarii curriculo binos rerum dulcissimos PRINCIPES, primum novem annos natum, alterum, qui nondum primum ætatis annum tetigerat, immanis hæc Hydra nobis crudeliter abstulit.*

7. *Si itaque recte judicamus, comparatis, quæ super Variolarum Extinctionem ab aliis hucusque propositæ sunt, Cautionibus, cum illis, quas, nedum ad Variolas tantum, sed ad omnes contagiosos Morbos extinguendos adstruximus, procul dubio & reliquis exequutu faciliores, & ad promissum optatumque eventum præstantissimæ Nobis videntur: sicuti in hocce nostro Opere non unum solummodo* Repertum integre novum, *sed plura ex num.* 1. *hic recensitis extare.* Memorabilem *quod spectat* Epocham *nostrum non opperitur Opus, sed humani generis Utilitatem: non inde attamen, sed aliis fortasse ex causis, a Regio Prælo longe abigi poterat. Unde inquisitione potius haud rite peracta, quam recta æquaque ratione Judices prælaudati de nostro hocce Opere decrevisse videntur. At jam Sapientissimorum Virorum, quos* ( ibid. ) *appellavimus, judicio stamus, quod super omnia ingenue libenterque excipiendum testamur.*

*Pro-*

*Propositâ Variolarum, Morborumque Contagiosorum Extinctio Medicorum emolumentis obessene poterit?*

§. 504. Proh dolor! Quo Hominum Cœtus Scientiis Artibusque cultiores evaserunt, eo Auri sacra Fames eorum pectora usque exagitavit, ut ipsorum plurimi per fas nefasque unum turpe lucrum avidissime inhiare videantur. Inde Medicorum nonnulli suum in humanum Genus principatum amittere pertimescunt, ubi Morborum Contagiosorum dira cohors illud amplius non divexarit. Ab hisce minime sperandum, ut e sua discedant Sententia, quum *avaro nil scelestius*. Probis vero honestisque Artis Medicæ Cultoribus tria magni ponderis emolumenta ex Epidemicorum Morborum Extinctione ipsis advenire demonstrabimus. I. Adauctus Ægrotorum numerus sub Morbis *Sporadicis*, *Endemicis*, atque *Pancoinis* sive *Constitutionalibus*, in ævum humanæ prosapiæ instantibus inhærentibusque, ipsis præsto erit; utpote quod quibus a contagioso Morbo interituris semel operam suam navassent, pluries atque pluries in reliquis ægritudinibus opem Medicam præstabunt. Nec enim in dubium vocari poterit, summopere decurtatam in Terrarum Orbe Populorum frequentiam, Variolarum, cæterarumque Pestilitatum excidiis maxima ex parte deberi. *Confer.* §§. 56. & 176.: II. Ipsorum æstimationi, honestæque Famæ peroptime consulitur, dum ludibria ignominiæque, quæ tam in instituenda adversus Variolas reliquasque Pestes Curatione, quam in prognosi prædicenda adhuc disertissimos Medicos infeliciter incessere, non amplius eosdem urgebunt. *Confer.* §§. 144. 145. & 149.: III. denique, consulitur & ipsorum inæstimabili Vitæ, nullo thesauro redimendæ, nam qui Epidemicis Febribus, *Petechiali* puta, *Intermittente perniciosa*, *Hungarica* dicta, *Dysenterica*, *Anginosa* &c. infectos homines curaverunt, contagium suscipientes, vitam cum morte sæpius commutare hactenus coacti sunt. *Confer.* §§. 275. 395., *Sylvius de le Boë*, *Append. Tract. X.* p. 524. seqq., & *Ramazzinus apud Sydenhamum*... Hæc cursim innuenda erant.

Jam sistimus gradum ; & pro nostra virili parte, non ex *Hypothesium* figmentis, Medicinam contra Magni *Hippocratis* effatum [*a*] extra Corporis Naturam asportantibus, sed firmissimis ratisque *Observationibus*, *Analogia* & *Synthesi*, atque incorruptæ *Historiæ* monumentis, tribus quidem adminiculis, quæ in qualibet investiganda Veritate omnium tutissima ab hujus Assertoribus comperta sunt, quæ sequuntur, demonstrasse videmur, I. Totam Morborum Familiam ex ipsorum optimo Scrutatore Magno *Hippocrate*, non in plura, quam in quatuor summa *Genera* discriminari posse, in *Epidemicos* nimirum, *Endemicos*, *Pancoinos* sive *Constitutionales*, & *Sporadicos* [a §.18. fere per totam §.32.]; II. Unicuique ipsorum Generi peculiarem inesse characterem, quo a reliquis natura sejungatur [ ibid. ] ; III. *Populariter*, sive *communiter* grassari iis omnibus convenire [ ibid. & alibi ] ; IV. *Epidemicum*, *Pestilens*, atque *Contagiosum* Græcis omnibus atque vetustis Latinis Medicis synonima fuisse [ §§. 13. 14. 20. 387., & alibi ] ; V. Nullum apud Europam sponte, & absque exotico *Miasmate* natum fuisse, neque oriri posse Contagium [ §§. 23. 24. 41. & alibi ] ; VI. Atheniensium Pestim, a *Thucydide* sub *Morbi*, ab *Hippocrate* vero sub *Sacrorum Ignium* nomine descriptam, *Variolosam* fuisse [ a §.67. ad 251. ] ; VII. inde *Variolas* Origine *Æthiopicas* [ §.76. 82. ], *Europæ exoticas* semper advenisse, vetustis quidem sæculis post longa temporum intervalla [ a §. 408. ad 428. ], sub quibus tamquam Pestim omnium maximam aptis circumspectionibus fuisse propulsas atque extinctas [ §. 440. ] ; a sæculo vero decimo ad hunc usque diem falsis *Hypothesibus* nutritas [ a §. 2. ad 45. ] veluti Hominibus *connatas* ubique gentium proseminatas esse [ §. 437. ] ; VIII. *Ophthalmiam* [ §. 204. ] ; *Tabem* [ §. 214. & 328. ] ; *Febres Ardentes* atque *Phreniticas* [ a §. 252. ad 258. ] ; *Dysenteriam* [ §. 263. ] ;

(*a*) Lib. de Loc. in Homin. num. IV. p 364.

263.]; *Intermittentes perniciosas Febres* [a §.266.ad 275.]; *Tuberosum Parotidum Morbum* [a §. 320. ad 325.]; *Anginosum affectum* [a §.374. ad 377.]; *Febres Petechiales* [a §. 382. ad 388.]; *Morbum Vervecinum* sive *Tussim convulsivam* [a §.398. ad 401.]; ipsamque horrendissimam *Hydrophobiam* [a §. 448. ad 453.], quum contagione stipentur, pestilentes esse Morbos Variolarum, Morbillorum, atque Rubeolarum *Consectarios*; IX. Unde *Europam* hodienum tot Pestilitatum Species sustinere, quot Atheniensium Pestim, innumeris Scriptoribus infamem, constituerunt [*Concl. XXXI.*]; X. Piaculum itaque, humanoque Generi injuriosum videri debere, hanc plurium Pestium funestam scaturiginem in Europæis Regionibus non exhaurire, prorsusque pessumdare, uti alteram *Bubonicam* Pestim [*Concl. XXXII.*]; XI. Omnimodam Variolarum, & Contagiosorum omnium *Extinctionem* expeditissimo negotio, brevique temporis intervallo obtineri posse, & quidem una primorum ab ipsorum quolibet infectorum a sanis *Separatione* [*Concl. XLVI.* & a §. 490. ad 503.]; XII. *Multam* generalem adversus omnes Epidemicos Morbos ne populariter *Bubonica* Pestis grassetur certo efficere [*Concl. XLVI.*]; XIII. Genuinam omnium Pestilitatum Causam alienigenam & quidem animatam esse, *Insecta* nimirum *Æthiopica*, in *Europam* humano commercio asportata, continua generatione ad hunc usque diem sese propagata, inque ævum ni extinguantur propagatura; quibus extinctis, per infectorum a Sanis *Separationem*, qua sese multiplicandi vis ipsis præripietur, adhibitaque circumspectione ne denuo ad Nos ex *Africa* asportentur, nulla prorsus apud *Europam* in posterum sponte oritura erunt [a §. 466. ad 486.]; XIV. Ejusdem Originis exoticæ, ab eademque animata Causa proficisci *Bubonicam Pestim* [§. 443. ad 445.]; *Sudorem Anglicum* dictum [§. 446.]; *Morbum* vocatum *Hungaricum* [§.447.]; *Hydrophobiam epidemicam* [a §. 448. ad 453.]; *Elephantiacam*, ac *Leprosam* Pestim [§. 454. ad 456.]; *Lichenem*, sive *Mentagram* [§. 457.]; *Scorbuticam Luem* [a

 §.458.

§. 458. ad 460. ] ; *Luem Veneream* [ a §. 461. ad 464. ] , *Scabiosam* tandem , aliasque hujusce generis Pestilitates [ §. 465. ] , omnesque unam eamdemque possidere indubiam & fallere nesciam *Prophylaxim* , *Contagii* scilicet *Fugam* [ *Concl. XLVII.* ] ; XV. Perdendæ demum *Venereæ Pestis* Spem non infirmam affulgere , si abrogato *Natumajorum Jure* , rescissoque *Cælibatu* , Hominum quicumque juxta Sanctissimas Naturæ Leges & propria possideret bona , & necessaria iniret connubia , quæ infinitorum malorum Iliadem propulsarent(*Concl.XLII.*).Ubi hæc totius *Europæ* Sapientissimi Moderatores probe rata , compertaque habuerint , nulli dubitamus , quin , secum reputantes maximum , quod ipsos præ reliquis urget , officium id quidem esse suorum Subditorum Vitam Sanitatemque servandi tuendique , de hisce , deque humana Republica bene mereri , suæque in ævum servandæ Progeniei summopere consulere velint , Variolarum *Extinctionem* , & universalem *Multam* adversus reliquas Pestilitates suis in Ditionibus strenue imperantes . Huic maximi momenti rei operam si dederint , Posteri Europææ Nationes in tanta luminis affluentia , ac omnium Scientiarum cultura cœco *Turcarum* Fato sese præstasse minime animadvertent . IPSIQUE improbos nostros Labores , & quæ plurima passi sumus rerum Discrimina in irritum casura non sinant : probe gnari , CLEMENTISSIMUM REGEM PRINCIPEMQUE nostrum FERDINANDUM QUARTUM per Nos propositam atque demonstratam Variolarum Morborumque Contagiosorum EXTINCTIONEM Sapientissimis suis Legibus confirmasse (*a*) .

*PARTIS SECUNDÆ FINIS.*

*De*

(*a*) Origine della Popolazione di S.LEUCIO ec. colle Leggi di FERDINANDO QUARTO RE delle Sicilie ec. Cap. II. §. XV. p. XLVIII. Napoli 1789. nella Stamperia Reale.

*De horrendissima ex morsu rabidæ Canis Hydrophobia, ac lethalissima Atræbilis Excretione*

## *OBSERVATIONES MEDICO-PRACTICÆ.*

## HYDROPHOBIA

### *Observatio I.*

Vigesimo quinto die mensis Aprilis anni 1785. rabida Canis quadriennem dilectum fratris mei *Cajetani* filium *Salvatorem*, cujus §. 47. memini, sine ullo latratu impetiit momorditque, novem adactis vulnusculis sanguinem evocantibus, quatuor sinistra manu, totidem brachio dextero, altero superiori labello. *Prophylacticam* curationem ex *Desaultio* apud *Swietenium* propositam mihi in usum vocare placuit, unde vulnerata Pueruli loca, excepto labio, quod ipse ne tangi unquam permisit ad convulsionem plorans, Unguento Mercuriali fortiter adacto ad mensem inunguntur, perque idem tempus Pulverem ex *Æthiopis mineralis* scrup. sem. & *Corticis Peruviani* scrup. uno compositum, summo mane quotidie Puer assumpsit. Angor interim sollicitudoque me torquent; nam, etsi ipse interdiu inscius quale gerat in pectore vulnus, nimis hilariter vitam transigat, noctu tamen mecum condormiens, terriculosum per id temporis patitur somnum; pavidus expergiscitur; stricte mihi, præter morem, adhærere se cupit; evigilans ultra suetum lumen a cubile remotum, lucubratorium accensum exoptat; pulsus sub somnum in motu, magnitudine, ac robore inæqualiter inæquales habens, frequentes in illo emittit ejulatus, musculosque totius corpusculi tantum non perpetuo contremiscit. Elapso mense hæc omnia quieverunt, & Puer Pulverem aversatus pariter & Unguentum, horum nullum amplius admittit. Nono die Junii sub vesperas cum novenni Fratre agrum stadio dissitum non sine magno corporis æstu petiit. Domum regressus viribus fractus it cubitum, terriculosis insomniis impetitur; circa horam noctis septimam, ocu-

oculis apertis incongrua secum sermocinatur; a me de aliquo interrogatus, veluti alto pressus sopore. non respondit, cubilisque culmen, ac si mentis ecstasi teneretur, firmis intuetur pupillis, absente Febre, sed Pulsibus inæqualiter inæqualibus circa omnes fere eorum differentias. Hora noctis octava præsens sibi fuit, pollicitationibusque allectus fuetum Pulverem aucta quantitate assumit. Tum parum somni minus pavidus captat; expergefactus Pulverem vomit; dolet os ventriculi; fugaci horrore per vices corripitur; omnia refutat præter aquam calidam saccharatam ex succo limoniorum. Parumper quiescens jam summo die e lecto prosilit; omnia abhorret præsidia, asseverans quicquid ingerat ventriculi dolorem sibi augere. Aliquot grana Pulveris rad. *Ipecacuhanæ* vel clanclulum ei ingerenda pertentavi. Voto non cessit. Ante meridiem parum cibi farinacci, & aquæ, quum sit abstemius, assumens se ægrotare declarat, non absque sui animi tædio atque mœrore, cubileque sponte petit. Dormit tres ferme horas musculorum omnium motionibus agitatus. Post somnum cibum, potumque vomit aliqua viscosa materia commixtum, & animo jam dejectus de ventriculi dolore nimium queritur, cui pauca febrilis perturbatio adjungebatur. Tunc & ipse Ego dubius hæsi circa radicis *Ipecac.* propinatione. Ægerulus tamen quodvis remedium nec nominari patitur, unumque Coffææ decoctum exposcit, quod acceptum paulo post rejicit. Emplastrum *Jo. Procidæ* cum camphora ex aceto soluta Cordis Scrobiculo tunc sibi apponi permisit; & paululum interquiescens, panatellam ex jure gallinaceo exposcit, cujus pauca frusta comedit, parumque aquæ bibit. Ad tertiam noctis horam terrificum captat somnum; tum vero magno terrore expergefactus alvum deponit ex fœcibus figuratis odore nec colore culpandis, & sub ipsa alvi dejectione molesto impetu cibum revomit, viscosiori alba materia intermixtum: ac protinus acerbissimus ventriculi dolor; inquies; jactatio; frontis sudor frigidulus: suspiria luctuosa; respiratio frequens; pulsus frequentia cum inæqualitate; musculorum fere omnium tremor; extremorum quædam frigiditas; urens circa os ven-

ventriculi calor ; ſitis demum clamoſa ad opprimendum Puerum præſto ſunt. Quæ varia præparaveram remedia, uti & aquam calidam refellit: poſtulat vero frigidam; ſed uno alterove de ea ſorbillo veluti deguſtato perplexus ab ulteriori potatione deſiſtit, quaſi perquirens quidnam mali in ventriculo ſibi efficeret, quam ſumpſerat, aqua. Interim cicatriculam commorſi labelli rubeſcentem, & leviter tumidam evaſiſſe animadverti: Puerumque alloquutus, num labium doleret, ardere ſibi videri affirmavit, quod negavit de manus brachiique commorſis locis, quæ immutata manſerunt. Tunc adventantem in illum adhuc ſolo cogitatu horrendiſſimam *Hydrophobiam* mihi ante oculos ſiſto, extremique me premunt animi angores. Multa animo volvens circa horam noctis ſextam in id tandem conſilii veni, ut ad vitam Pueri tuendam, ejus ventriculo veluti *Aphthis* occupato tantummodo occurrerem; nullaque interpoſita mora ad Pharmacopolam hanc mitto formulam: Rec. Aqu. Plantag. unc. duas, Syrup. myrtill. unc. unam, Spir. Vitriol. gutt. duodecim, m. Interea temporis inanis vomendi conatus Puerum fatigat, irrequieta Sitis magis urget, ſed ipſe unico vel altero accepto aquæ frigidæ ſorbillo, & quidem trementibus manibus, cyathum expellit. Ubi præſcripta advenit *Mixtura*, bina ex ea cochlearia obnitenti Ægerulo vel vi ingerenda exhibui, non ſine ipſius defatigatione. Poſt horæ quadrantem, ſilente vomitu, Puer ipſe ſponte illam efflagitat. Offero bina alia cochlearia, dumque compoſitum ſpecto, interpello, cur frigidam non biberet, quum maxime ſitiret? reſpondit: *quia ventriculi dolorem mihi auget*. *Mixturam* lingua pertento; invenio non ſatis acidam. Vix elapſo alio horæ quadrante Æger iterum illam expetit, & ante horam noctis nonam repetitis vicibus totam exhaurit. Fruſtra tempus terendum non erat, unde ſecundo ad Pharmacopolam mitto pro ea renovanda; & loco Spiritus Vitrioli, qui parum evanidus mihi viſus fuerat, Spiritum Sulphuris per Campanam ad eaſdem gutt. duodecim ponendum præſcripſi. Ab hora nona ad decimam uſque, pacatis diris ſymptomatibus Puer ſomno corripitur, ſub quo aliquid cali-

calidi Sudoris circa frontem erumpit; ast identidem crebro respirat, frequenter exsilit, & obscuri tendinum subsultus eumdem perturbant. Tunc vero tanquam repentino terrore excitatus violento corripitur vomitu, quo epotam *Mixturam*, cum magna viscosi spumosique, & subfusci coloris, humoris portione exturbat, insurgente iterum Ventriculi dolore, erumpenteque per totum fere corpus subcalido Sudore, cum magno virium dispendio ad animi usque defectionem. A suscepta curandi indicatione hæc me non revocant; unde ex nova, quæ ad manum erat, *Mixtura*, unica vice Puerulo non reluctanti tria cochlearia sumenda porrexi. Ille veluti extemplo somno devincitur, quem ad sex continuas protrahit horas, perquam placidus, & calido sudore madidus. A somno expeditus cibum anxie expostulat, mihique circa id cunctanti sanum se esse dicit, nec aliud medicamen sibi fore necessarium. Ovi vitellum, quo ipse delectabatur, ex jure gallinaceo sorbet. Accedente prandii hora e lecto surgit, mecum sobrie manducat, dein favente Deo illibata ac prospera hucusque utitur Sanitate.

### *Observatio II.*

Quatuor elapsis diebus a superato tam gravi dilecti Fratris filii vitæ discrimine mihi renuntiatur alterius Fratris *Antonini* Caniculum Melitensem, qui eadem die, qua Puerulus, ab ipsa rabida cane fuerat demorsus, ab externa die cibum, potumque aversatum, lacrymis, capitis demissione, torvo intuitu, oculorum rubore, inquietudine, aliisque instantis rabiei indiciis arreptum esse. Præsidii secundam periclitationem omittere nolens, jussi, ut juvantibus aliis a robusto Famulo, qui sibi a morsu accurate prospiceret, quæ in phiala supererat jam descripta *Mixtura* unica vice Caniculo deglutienda ingereretur, inque sepositum cubiculum occluderetur. Id ex voto cessit, & Caniculus hora quinta ab illius sumptione edere, ac bibere cæpit, sanusque evasit.

*Præ-*

*Præsentissima Spiritus Vitrioli vis adversus Venena.*

*Neapoli*. Sub vesperam vigesimisecundi diei mensis Junii 1788. Litterarum studiis expolitum virum *D. Onuphrium Tataranni* de Politica Republica editis suis Operibus benemeritissimum, cujus eruditissimo dulcissimoque colloquio bis in hebdomada sub primam noctem levari reficique solitus sum, adii. Mœstissimam ejus Sororem *Dm. Mariannam* inveni, ob instantem mortem sui *Melitensis* quadrimestris Caniculi, quo maxime delectatur, ex Scarabæorum domesticorum, quos externa die esitarat, veneno. Vomitibus enim, Alvi fluxu, & convulsionibus dire exagitatus per duos ferme dies prope ultimum jam exhalabat spiritum. Mente mecum reputans Scarabæos quoscunque iisdem conflari principiis, quibus Cantharides, eorum Alexipharmacum in Vitrioli Spiritu comperire mihi visus sum. Sed res ad extremum ducta erat, incertumque, num, antequam ex Pharmacopola id præsidii genus ad manum esset, Caniculus vitam protraheret. Collapsus enim & sine motu, oculis vitreis, & ore diducto, vix respirare cernebatur. Præscripsi tamen Spiritum ad gutt. sex, ex totidem cochlearibus Aquæ communis. Tempestive adlati cochlear unum in Caniculi œsophagum veluti injicitur. Tum ille caput excutit, exseritque linguam. Bina alia cochlearia eidem ingeruntur, elapsaque hora quod supererat reliquum; dein per vices Aqua ex Saccharo. Caniculus artus movere incœpit. Postridie ambulat, manducatque, ad hunc diem sanissimus. Utinam, quæ pro investigandis minusculis Corporis partibus, nullius in Arte exercenda emolumenti futuris, mactantur animalium plurima, ad præsidia contra Venena hisce experimentis comperienda addicerentur!

# ATRÆBILIS EXCRETIO.

## *Observatio I.*

*Viæmagnæ*. *Carmelus Grasso* agricola quinquagenario major, meribibulus, ac temperamento biliosus a mense Aprili ad totum fere Junium anni 1780, truculentis ac repetitis Intestinorum cruciatibus, *Colicam* sic dictam *Pictonum* æmulantibus, divexatur. Plurium Medicorum simul & Agyrtarum init consilia, variaque incassum ingerit medicamina. Senescente Junio meum expetit consilium. Pillulis ex Rhabarbaro, Gummi Tracag; Sapon. Venet. cum Opii tantillo confectis, & ex unceis quatuor Succi Parietariæ despumati mane & sero, per quindecim dies assumptis, probioreque servata victus ratione, aliquas obtinuit dolorum inducias. Mane diei 16. Augusti ad ipsum advocor. Mecum erant Praxeös Alumni *D. Cajetanus Motta*, & *D. Joannes Platania*. Invenimus ægrotum diris discruciatum doloribus, animi deliquiis, frigidis sudoribus, pulsuum fere *deficientia*, *inquietudine*, jactatione ferme consumptum, & facie Hippocratica horridum, per noctem quater per alvum, perque os *Atrambilem*, qualem nigerrimum Sanguinem, quinimo liquatam picem, & quidem splendescentem, egessisse. Indicto Alumnis, id Pathema horrescentibus mirantibusque, *Hippocratis* Aphorismo: „ *Quibuscumque ex morbis acutis*, *aut ex diuturnis*, *aut ex vulneribus*, *aut alias attenuatis*, *Atrabilis*, *sive qualis sanguis niger*, *desupter exierit*, *postridie moriuntur* "; imperatisque pro ægroto spiritualibus Animæ præsidiis, quum adversus hunc lethiferum Morborum *Productum* neque ex propriis, nec aliorum Observationibus aliquid compertum haberem, quod profuisset, nihil adjiciens ab ægroto discessimus. Sub itinere *Celsi* præceptum mentem subiit, in deploratis aliquid novi experiundi pertentandique. Ad ulcera externa *Aquæ refrigerantis ad ulcera Tachenii*, sive *Calcis* vis sæpius mihi innotuerat; sed aliquo convenienti vehiculo addendam esse rebar. Præsto fuit *Aqua ex alb. alb. Thom. Cornelii*. Constiti, alterique

ex

ex Alumnis, quæ ſequitur, dictavi Formulam: Rec. Aqu. ex alb. alb. Thom. Cornel. libr. duas, Aqu. calc., ſive refriger. ad ulcer. Tachen. unc. octo, miſc., detur ad uncias quatuor omni bihorio, omnique interpoſita hora accipiat ægrotus ovi recentis albumen integrum, & quavis hujus horæ ſexta ovi vitellum in juris vitulini unceis ſex quaſſatum. Alumnus ægroti domum qui repetiit, præſcripta ut appoſite adhiberentur probe aſſidentibus commendavit. Quævis in uſum exacte vocantur. Ab hac incœpta curatione ſeptem exceſſerunt horæ, quum ſub veſperas ad ægrotum regrediebamur. Bis alvum ille depoſuerat ex eadem ferme Atrabili, niſi quod ſecunda dejectio minus ſplendeſceret: Nullus vomitus: Jactatio minor: Cætera fere per eadem. Ab inita curatione non receditur. Nox inſomnis: Vomitus iterum velut ex atro ſanguine: Atrabilis quater per alvum dejecta nigerrima, non vero ſplendeſcens. Poſtridie pulſus percipi potuerunt; Inquies minor, minor & partium extremarum frigiditas. Methodo inſiſtitur. Sub veſperas nullus vomitus; Dejectio fere eadem, ſed parcior; Extremæ partes caleſcere incipiunt; Pulſus clariores; Vultus non cadaveroſus. Inſtitutis inhærere juſſum ad Morbi uſque finem. Tertia, nocturnus vomitus paucus, & melioris coloris; egeſtio fere eadem ac ſecunda die: Cætera meliora. Ad ſolis occaſum nihil novi. Quarta, egeſtio ſanguinolenta, ſed cadaveroſi fœtoris; reliqua laudabilia. Sero per eadem. Quinta, egeſtio qualis carnium lotura male olens: Ægrotus cibum expetit. Quem ſexta quavis hora ſumpſerat, ovi vitellum omni quadrihorio exhibendum conceſſimus; nec ſuſcepta intermittitur Curatio, iterum atque tertio repetita Formula. Sexta, pauca & viridis egeſtio: Ægrotus per noctem ſomniculoſus; calet totum corpus; pulſus elatiores minuſque frequentes; appetitus vividior, unde tenuis permittitur panatella, præſidiumque rarius exhibetur. Septima, alvus ſiſtitur; vires reſurgunt; dolores evaneſcunt; obrepit ſomnus; Febris aufugit; Ægrotuſque paulo pleniori cibo utitur; & ad decimum uſque ſumpta bis de die Aqua ſuperius compoſita ſanus evadit, atque hucuſque vivit.

*Observatio II.*

*Viamagnæ.* *Uxor D. Francisci Cavallaro* rufa, sanguineo-bilioso prædita temperamento, sex Liberos enixa, & tricesimumquartum agens annum, ex animi pathematibus aliisque concurrentibus causis die decimonono Januarii anni 1784. continua acuta Febre corripitur. A tertio ad septimum usque Morbi diem Atrambilem desupter cum magno Intestinorum cruciatu egerit, absentibus fere diris symptomatibus, quæ in superiore contigerunt Ægroto, præter pertinacem vigiliam, & pulsus parvitatem. Superius ex *Calce* & *Ovi Albumine* compositam Aquam, quam *Antisepticam* vocare poterimus, eadem mensura, eodemque ordine a tertio ad septimum diem sumpsit Ægrota, ablato Ovi albumine, vomitum quod ciebat, cujus tamen vices Aqua simplex, & decoctum ex mica panis gesserunt, interposito quavis modo sexta, nunc hora quarta Ovi vitello ex jure gallinaceo. Alvi dejectiones quotidie & pedetentim colorum semper in melius mutationem subierunt; Ægrotaque septima die a Febre libera in Sanitatis gratiam restituitur, inque vivis degit.

*Observatio III.*

*Viamagnæ.* *Uxor Francisci Zappalà* quinquagenaria, phlegmatico constructa corporis habitu, mense Julio anni 1786., quum prope *Castrum Acisregalis* macerando lino ad aliquot dies operam dedisset, in Tertianam continuam gravibus stipatam symptomatibus, & præsertim dysentericis alvi dejectionibus, incidit. His septimo die, sub quo advocor, *Atrabilis* desupter accessit, cum animi defectionibus, sudoribus frigidis, Pulsuum parvitate, & inquietudine. Aqua *Antiseptica* superius indicata, & Ovi albumina juxta jam descriptam methodum usurpantur. Decimo Morbi die Atrabilis recessisse visa est; sed aderat Febris, virium lapsus, alia. Præscriptis adjungitur Cortex Peruvianus. Imperatis haud adamussim obsequitur. Undecima, *meteorismus*, & Inquies. Mu-

Munitur Ecclesiæ præsidiis. Obsequentior reddita omissam resumit *Antisepticam* Aquam. Duodecima Atrabilis insurgit; Febris tamen ad aliquot horas intermittit. Iisdem pugnatur remediis ad vigesimum quartum diem, recurrentibus vicissim Febre, & egestionibus modo atrabilariis, modo dysentericis, quo tandem prorsus in fugam vertebantur, Ægrotaque convaluit, vitaque etiamnum fruitur.

*FINIS.*

## HUJUS SECUNDÆ PARTIS

*ERRATA sic CORRIGE*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pag. 466. lin. | 35. | munitas | munita |
| 512. | 16. | Addit. VI. | Addit. VIII. |
| 514. | 7. | Addit. VII. | Addit. IX. |
| 565. | 27. | plurimam | plurimum |
| 579. | 15. | ſub | *ſub* |
| 581. | 57. | quod, ſi | quod ſi |
| 646. | 16. | laque | lateque |
| 735. | 15. | rega | erga |
| ibid. | 36. | Addit. V. | Addit. VI. |
| 749. | 12. | §. 453. | §. 452. |
| 759. | 11. | Quæ | Quis |
| 763. | 25. | aggrederentur | aggrederetur |
| 780. | 9. | pubblicum | publicum |

*In Elencho Primæ Partis*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 370. | 8. | phœnömenum | phœnomenōn |
| 317. | 4. | Phœnomenum | Phœnomenōn |

SECUN-

# *SECUNDÆ PARTIS*

# PERTRACTARUM RERUM

## *ELENCHUS.*

*Propositiones demonstratæ.*

XCVII. Variolarum ab Infectis Æthiologia ratis innititur Observationibus. 724. 728.

XCVIII. Qui hactenus adversus animatam Epidemicorum Morborum Causam insurrexerunt vel Praeclarissimi Medici, tantum abest, ut eam a veritate alienam evincerent, quin potius solidius confirmarunt. 728. 731.

XCIX. Adhuc repulsa Variolarum vivente Causa, nostrum Institutum circa earumdem omnimodam *Extinctionem* ratum manet. 732.

C. Quae ad nostra usque tempora adversus fere omnes Pestilitates ex faustis successibus veluti specifica commendata sunt Praesidia, vivente principio opem tulerunt. 744. 748.

CI. Etsi Epidemici omnes Morbi tam acuti, quam diuturni plurimis phoenomenis atque pathematibus inter sese ita conveniant, ut Genus sibi proprium constituant; non aliud tamen perpetuo individuum ipsis inest pathognomonicum signum, quo ab aliis Morborum Generibus, Endemico, Pancoino, atque Sporadico sejunguntur, certissimoque internoscuntur, quam unum, quo caeteri carent, Contagium. 749.

CII. Hactenus praepostere praetermissa Contagii, individui bubonicae Pestis comitis, indubiique pathognomonici signi animadversio, innumeras Europaeis Regionibus attulit strages; sicuti & adversus reliquas Pestilitates hucusque non adhibitae, ne proserperent, Custodiae. 750. 757.

CIII. Variolosa, Morbillosa atque Rubeolosa Pestilitates clariores prae reliquis Pestibus actis habent characteres; unde facilius expeditiusque in tota Europa prorsus extingui possunt. 758.764.

CIV. Tuendae Sanitatis Publicae adversus Pestilitates omnes aptiora, expeditioraque prae hactenus adhibitis Instituta, quinis simplicissimis facillimisque Legibus comprehenduntur. 764.

CV. Variolarum, Morbillorum, Rubeolarumque certissima Extinctio, binis omnium simplicissimis, exequutuque facillimis Legibus concluditur. 771. 772.

CVI. Variolarum, Morborumque Contagiosorum Extinctio Medicorum emolumentis minime officit, quinimo summopere favet. 789.

*Evictae Conclusiones.*

XXVI. Quum Tabis apud Thasum epidemica grassatio apprime respondeat illae, quae a Sacris Ignibus Athenis producta fuit (§§. 214. 276.); ipsaque sine principe Epidemico Morbo, cujus Consectaria esse oportuit, consistere non potuerit (§. 329.): quumque alia generica Pestis praeter Sacros Ignes per id temporis in Thaso, vel in tota Graecia vulgata assignari nequeat; demonstratum videtur, Tuberosum Parotidum atque Maxillarum Epidemicum Morbum, simul & populariter grassatam Tabem, qui Thasios multarunt, a Sacris Ignibus, antea ibidem vulgatis, promanasse. 393.

XXVII. Satis firma ratione igitur (§§. 371. 372. 373.) definiri posse videtur, Hippocratem sub Ecthymatum, atque Phlyctaenidum nominibus Morbillosam Pestem descripsisse. 438.

XXVIII. Quicquid itaque de Petechialis Pestis antiquitate intelligere velimus, certum est (a §. 382. ad 388.) ejus vel regressum, vel irruptionem in Europam haud prius, quam decimisexti saeculi initio Medicis innotuisse. 497

XXIX. Ab Hippocrate igitur descriptae Aspretudines in cute miliaceae, culicum morsibus maxime similes, juxta earum Historiam, & Analogiam (§§ 389. 390. 391.) initam, ad Rubeolam potius, Pesti Variolosae, & Morbillosae apprime affinem, quam ad Petechias referendae videntur; extraque omnem dubitationis aleam positum manet (§. 390.) id Morbi genus Arabibus notum, non prius quam initio saeculi decimisexti in Europam transvectum, diversisque sub annis per omnes fere Nationes commercio, & contagione proseminatum fuisse. 500.

XXX. Si Epidemicae Tusses haud prius Europaeis Nationibus inclaruere, quam post longe lateque per ipsas vulgatas Variolas, Morbillos, Rubeolasque (§. 401.); extraque dubium est id Pestis genus nunquam grassatum esse, quin hosce

hosce Morbos vel comitatum fuerit, vel consequutum: haud infirma conjectura concludimus, idem cujuslibet horum esse Consectarium; & Tusses Epidemicas ab Hippocrate descriptas (§§. 399. 400.) illorum alicui supervenisse. 547.

XXXI. Illa igitur, tot vetustis ac recentioribus Historicis pariter atque Medicis Infamis, Athenarum totiusque Græciæ Pestis, ab Æthiopia contagio irrupta (§.80.), & a Thucydide atque Hippocrate (§.177.) graphice descripta, unis Variolis (Concl. XXIII.), Morbillis (Concl.XXVII.), atque Rubeolis (Concl.XXIX), harumque principalium Pestilitatum Consectariis Morbis, Ophthalmia (§. 204.); Anasarca (§.213 ); Tabibus (§.214. 266.328); Febribus Ardentibus & Phreniticis (§§. 252. 337. 347. 357.); Dysenteria (§. 263.); Intermittentibus malignis (§. 266.); Tuberoso Parotidum Morbo (§.320.); Angina ulcerosa (§ 374.); Tussi convulsiva (§. 398.), idque genus aliis Epidemicis Morbis, in septem Popularium Libris ab Hippocrate distincte exaratis, conflata constitutaque fuit: & quidem prorsus eadem, si peracta per nos Analogia firmis innitatur Observationibus, ac illa, quam tota Europa, inenarrabili suorum Incolarum excidio, a sæculo saltem decimo ad hunc usque diem, vel inscia, vel incuriosa infeliciter patitur; & usque adhuc jam admonita ad illam longe a se exturbandam, proh dolor! non expergiscitur. 572.

XXXII. Quum, evoluta Variolosæ Pestis Historia tam veteri, quam recentiore (a §. 408. ad 438.), manifesto liqueat, eam sæculo quinto ante Christum natum, ab Æthiopia primum eruptam, Græciam impetisse; paulo post Syracusas ab Africa transvectam; postmodum a Syria in Italiam asportatam; & sub Herodoto atque Aetio Græciam, & forsan Alexandriam populatam, & quidem Morbi, Sacrorum Ignium, Pustularum Pestilentium, ac Pustulosæ Pestilitatis nominibus insignitam; nuperis vero sæculis adscito Variolarum vocabulo, non alio modo ad nostra usque tempora totum fere terrarum Orbem occupasse, quam exotici Contagii, individui sui comitis, propagatione: piaculum, humanoque generi injuriosum videri debet, hoc Pestis genus ab Europæ finibus, uti Bubonicam, non expellere. 624.

XXXIII. Longa igitur (§. 440.), atque repetita Variolosæ Pestis in Græciam (§. 408. 413.), Syracusas (§. 410.), Syriam atque Europam (§.426.) excursio simul & grassatio, vetustis sæculis minime effecerunt, ut id Epidemici Morbi genus, his Regionibus prorsus exoticum, contubernale evaderet; utpote quia ab Hominibus, nulla per id temporis falsa Hypothesi præoccupatis, uti sibi alienigenum & quidem pestiferum congrua contagii vitatione (§ 440.) e suorum finibus expulsum sit. Hinc vero intelligimus quam longe a veritate illorum aberret opinio, qui asserunt, hanc Pestim vel hæreditaria propagatione (§. 35.) in filios transmitti, vel ubicumque sedem fixerit, ibi sese perpetuo sustentari (§. 437.), occultisque de causis tueri; quin potius patet, ejus in Europa per tot sæcula domicilium, & infinita Hominum excidia, humanæ incuriæ, & præconceptis opinionibus esse tribuenda; vel Experientia (§.440.) id proclamante, cui refragari conantur, quotquot mordicus asseverant Variolas nostris diebus apud Europam vel sponte oriri, vel haud extingui posse. 639.

XXXIV. Totius itaque Europæ Salus (§ 442.) in eo tantummodo posita est, ut abactis, quæ in genuinam Variolarum Pathologiam irrepserunt, exitiosis Hypothesibus, quod primi veræ Medicinæ Parentes Græci eis imposuerunt nomina, Sacrorum, nimirum, Ignium (Concl. XXII.), Pustularum Pestilentium (a §.413. ad 424.), atque Pustulosæ Pestilitatis (a §. 425. ad 429), ab Arabibus ignaviter, & perniciose obliterata, eisdem restituantur; quinimo Pestis omnium lethalissimæ, sævissimæque (Concl. XXIV. & XXXI.) vocabulo insigniantur, quo ab omnibus, pro virili, sicuti vetustis sæculis

peractum, declinentur, eviteanturque; ſimul & a Sapientiſſimis Europæ Principibus, indictis exequutu facillimis circumſpectionibus, ab omni exturbentur Europa. 642.

XXXV. Buboniicam igitur Peſtim, origine Æthiopicam (§§. 443. 444. 445.), vel ſaltem Græciæ reliquæque Europæ atque Ægypto prorſus alienigenam, ideo fere contubernalem non ſuſtinemus, quia Humaniſſimi Europæ Principes a noſtris Regionibus ſummo ſtudio quatuor abhinc ſæculis longe eam abigeruut, & etiamnum longe detinent. 647.

XXXVI. Illa Sudatoria Peſtilitatis ſpecies, quæ Sudoris Anglici nomen obtinuit, ab Auſtro-Orientali Orbis Terrarum plaga ad Europam alienigena anno 1483 primum acceſſit. 656.

XXXVII. Cephalica vel Phrenitica (ſi ita eam vocare nobis liceat) Peſtis, ſub Hungarici Morbi nomine ob primum in eam Provinciam ejus impetum poſteritati conſignata, non ante annum 1566 apud Europam viſa, neque unquam deſcripta (§. 447.), prorſus nova nobis incubuit & alienigena. 664.

XXXVIII. Epidemica itaque Hydrophobia (a §. 448. ad 453.), Europæ certe alienigena, Variolarum, Peſtis bubonicæ, fortaſſe aliarum genericarum Peſtilitatum, conjectura Obſervationibus ſatis conſona, progenies eſſe videtur; ſperandumque, ut illis apud nos extinctis, & ipſa prorſus deficiat. 674.

XXXIX. Si igitur diuturna Leproſa Peſtis, origine, phœnomenis, ac pathematibus (a §. 454. ad 456.) vel ipſis acutis Peſtilitatibus ſimillima, quamquam per quinque fere ſæcula toti pene Europæ contubernalis evaſerat, imo per generationem contagio in filios propagata eſſet, atque quos arripuit poſt ſatis longum vitæ ſpatium ad mortem uſque ſit comitata; opportuna tamen ab ea oppreſſorum a ſanis Separatione prorſus apud Europam extincta fuit: ſatis temeraria, abſurda, & veritati obſiſtens videri debet illorum opinio, qui contendunt, Variolas, cæteraſque acutas Peſtilitates, nullibi perpetuo graſſantes, ſed ex toto deſinentes, & poſt varia temporum intervalla quovis in loco, Sporadicorum more ſub initio recurrentes, facillime apud Europam extingui omnino non poſſe, adhibita ſub primo ipſarum impetu paucorum infectorum a Sanis *Separatione*. 682.

XL. Lichen, ſeu Mentagra, diuturna Peſtis eſt Europæ exotica, & ante noſtram Redemptionem (§. 457.) per contagium in ipſam venit. 684.

XLI. Scorbutica igitur Peſtis (a §. 458. ad 460.), Puſtulis, Ulceribus exedentibus, diriſque aliis conſectariis Morbis, Lui Venereæ, Variolis, ipſique Lepræ perſimillima, utut vetuſtis temporibus in Europam irrepſiſſe credatur, uti irrepſerat Leproſa Lues (§. 455.), decedente tamen ſæculo decimoquinto ab exteris Regionibus alienigena & per contagium in eamdem tranſvecta eſt; &, quibus Lepra, cautionibus extingui poterit. 689.

XLII. Venerea itaque Peſtis, origine potius Africana, quam Americana (a § 461. ad 464.) ſub finem decimiquinti ſæculi uti *exoticus Morbus per Contagium* in Europam irrupit. Nunc in immenſum per ipſum diffuſa, iis vallatur munimentis, ut abſque novis Legibus Socialem Libertatem tuentibus, a Summis Europæ Principibus humaniter ſtatuendis, ab eadem minime expelli poſſe videtur. 698.

XLIII. Epidemici igitur Morbi omnes, tam acuti, quam chronici (a Concl. IX. ad XLII. & alibi), toti Europæ nunquam indigenæ, ſed prorſus exotici fuerunt, uti etiamnum exiſtunt: quæ erat unica totius Operis prima Propoſitionis Pars (§ 60.) demonſtranda. 699.

XLIV. Si itaque in compertis habemus (§. 483) Epidemicam Scabiem, quæ ſub contagioſorum Morborum genere recenſetur, ortum ſuum, ſuamque contagionem debere Vermiculis, adhuc poſthabitis, quæ (a §. 467. ad 484.) excitatæ ſunt, Obſervationibus, ſimul & Phœnomenorum evolutionibus, alibi adnotatum (§. 38) Magni *Newtoni* Principium, quod *Effectuum naturalium ejuſdem generis eædem ſunt Cauſæ*, clare evincit, omnes Epidemicos-

eos Morbos, tam acutos, quam diuturnos unicam possidere genericam ipsorum efficientem Causam, Animalcula, nimirum, specie inter sese diversa pro diversis, quæ ipsorum quilibet excitat, pathematibus, & pro variis inficiendi modis: unde ex his acuti Infecta habere videntur alis donata, in vicina sana corpora ad aliquod distans prosilientia, quibus destituuntur qui diuturni, per fomitem, atque contactum, rependo scilicet, atque serpendo contagium inferentes: quæ hujus Operis secunda erat unicæ Propositionis (§.60.) demonstranda particula. 731.

XLV. Ab analoga itaque (§ 486.) Contagiosorum Morborum Curatione atque Prophylaxi, solis fere Anthelminticis obtenta, haud facile eludendum clueet argumentum, quod evincit ipsorum efficientem Causam ab Animalculis consititui. 748.

XLVI. Quum igitur bubonica Pestis variarum sit specierum (§. 62.); sub versipelli Morborum adhue Sporadicorum larva sæpissime grassetur (§. 452.); & sub suæ grassationis initium non alIud pathognomonicum signum præbeat præter unum contagium (§. 488.), cæteris Pestilitatibus individuum comitem; meridiana luce clarius liquet, Europam non aliud possidere Prophylacticum Præsidium, quo se ab illius aggressionibus, clanculum repentibus, certe certius tutari valeat, quam generalem *Multam* adversus omnes contagiosos acutos Morbos instituendam; quæ nihil aliud importat, quam opportunam, sollicitamque unius vel alterius hominis infecti sub primo cujusque contagiosi acuti Morbi impetu, a Sania *Separationem*, quæque ob perspectam Contagiosorum Morborum exoticam originem (Concl. XXXI. & seqq.), intra brevissimum binorum, ad summum trium annorum curriculum, si ubique amplexabitur, nedum a bubonicæ Pestis grassatione Europæas Nationes immunes reddere, sed ab universa Pestilitatum, tot hominum myriades quotannis interimentium, cohorte aptissime liberare valeat, uti in optatis semper habuimus: idque nostram evincit totius Operis unicam (§. 60) Propositionem. 758.

XLVII. Variolosa igitur, Morbillosa atque Rubeolosa Pestilitates (§ 489.) facillimo præ reliquis expeditissimoque negotio a tota Europa exturbari, longeque abigi possunt. 764.

XLVIII. & *ult.* Summi itaque Europæ Sapientissimi Humanissimique PRINCIPES, quorum *Suprema Lex est Populi Salus*, *Subditorumque Vita Tutela*, paucis *Institutionibus*, exequutuque facillimis brevissimisque *Legibus* (a §. 490. ad 503.) intra brevissimum temporis spatium suas amplissimas Ditiones ab omni Pestilitatum sæva colluvie expurgare possunt, & quidem nullo sumptu, nulloque commercii detrimento: quod Nos ab eorum studio de Hominibus bene merendi, deque suam Progeniem a Variolis in ævum tuendi solicitudine expectare non dubitamus. 772.

*Additiones nuperrimæ.*

*Septima*, quod Tuberosus Parotidum Morbus, ab Hippocrate descriptus fuerit, & exoticus Europæ accesserit, Recentiorum neminem agnovisse sistit. 381. 390.

*Octava*, Evincit fere nullum ex nuperrimis rei Medicæ Scriptoribus facillimam Morbillosæ Pestis apud Europam Eatluctionem demonstrasse. 438. 451.

*Nona*, . . . . iterum græcum verbum *Epidemicum*, *contagiosum*, imo & Europæ *exoticum* significare, Pestilentisque Anginæ originem Europæ alienigenam hueusque incompertam fuisse. 458. 481.

*Decima*, . . . . cavendum esse ne novi Epidemici Morbi Europam aggrediantur. 489. 490.

*Undecima*, . . . . Recentissimos Medicos ab indagando genuino iam Petechialis, quam Rubeolosæ Pestis domicilio longe absuisse. 513. 530.

*Duodecima*, . . . . indubiam Rubeolarum originem ab Europa longe remotam, nemini vero hactenus notam. 531. 535.

*Decimatertia*, . . . . Epidemicam Tussim inconsulto cum Pancoina sive Constitutionali nuper adhuc fuisse confusam haud,


Legatoria GIUDICE





